BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
14 H
21

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13.13.G.10

# PRAELVDIA
## OPTIMI IVRISCON-
## SVLTI, PROBIQVE
## MAGISTRATVS.

*AVTHORE PETRO GREGORIO Tholoſano, Iuris ciuilis & Pontificij doctore, nunc eorundem iurium publico profeſſore, & Decano in noua academia Pontiſmuſſana, Lotharingiæ.*

In quibus tractantur conſultiſsimæ Themidis filiæ quinque, Iuſtitia, Eunomia, Pax, Horæ, & Parcæ, prout iuris tractationi conueniunt.

*Noua authoris prælectione reuiſa, & ab infinitis prope mēdis prioris editionis repurgata: & Græcis ac Hebraicis quibus prior egebat completa, & Indice locupletata.*




*LVGDVNI,*
APVD ANT. GRYPHIVM.
M. D. LXXXIII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

*PRINCIPI SE-natus Tholoſani digniſsimo, D. Ioanni à Daſis, P. Cregorius.*

MIrabaris forſan, præſes dignisſime, quod te ſicut antea per prçteritum quadrimeſtre tempus, vt par erat, minimè ſalutauerim: Habes tamen nunc, moræ meæ rationem, & cauſam etiam, cur neque per eoſdem menſes inter cauſarum patronos, in curiæ ſenatus ſubſelliis, nõ apparuerim.

Nempe quod iam, cùm me dignatus fuiſſes tuo ferè quotidiano graui prudentię & canitiei eruditæ, ornato colloquio, cúmque nihil in me eſſe quod benignitatem hanc & beneficium promereretur, conſcius mihi, animaduerterem: volui veluti radiis tuæ admirationis & fauoris in aliũm à meipſo repentè cõmutatus, & ad maiora quàm pręſtare poſſe putabam excitatus, interim in vltimis & primis gradibus quibus ad tua veſtigia inſequenda datur aditus, vires meas periclitari, & num ad ſtudia diſcẽtium aliquomodo promouenda valerent, experiri. Atque ideo, & ad lectiones publicas intermiſſas, me iterũ contuli, & Dei mitiſsimi ditiſſimíq; mecœnatis mei ope fretus, editioni quorundã pręludiorũ iuris vniuerſi.

verſi operę & otij literarij noſtri partem conceſsi. Vtrúmque enim mihi faciendum eſſe admonebat obligationis vinculum, quo me erga beneneuolos iſtius academiæ auditores valde obæratum ingenuè ſemper fatebor: ſicut & tibi ſatis ſupérque cognitum ſat ſcio, vel ex crebris efflagitationibus quibus mei gratia obnixè ſæpè fuiſti ab illis interpellatus, dum pro profeſſoris publici ſede obtinenda, qua ſe voluntariè abdicauerat dominus Guibertus à Coſta eruditiſsimus, conſultiſsimúſque nunc ſenator, indictæ ſunt publicæ literariæ concertationes, quas nos, profeſſorum academiæ & ſenatus authoritate inter cādidatos conſcripti, triduo quibus potuimus ingenioli viribus exhibuimus. Neque dubito alterū, vel etiam

vtrunque pro moræ purgatione tibi acceptum iri: facilè mihi perſuadens fieri non poſſe, vt tibi, qui reipublicæ totus addictus es commodis, quíque eius ſalutem totis & integris neruis promoues & moderaris, omnia etiam non ſint grata quæ pro ea iuuanda inſtituuntur. Verùm, num talia ſint quæ geſsimus, quæ tamen eo ſolo animo vt profutura eſſent communi ſocietati edidimus, tuæ fideliſsimæ relinquo voueóq; cenſuræ. Tholoſæ, 12. Calend. Februar. 1572.

## AD AVTHOREM VT CAETERA OPERA EDAT

Ioannes Roquelaura Senator.

*Rumpe moras iſtíſque alios annecte labores,*
*Inuida quos nobis amplius arca premit:*
*Suauis vt optata eſt ardenti lympha palato,*
*Sic tua noſtra feret munera grata, manus.*

# ELENCHVS PRO INDICE CAPITVLORVM libri primi.


*Cap.1. Fauorem Dei implorat pag.1.*

*Cap.2. De præcognitione tractandorum, Et cur prius de Iuſtitia agatur. pag. 4.*

*Cap.3. De finitione iuſtitiæ & conſtantia, & eius origine. pag. 10.*

*Cap.4. Diuinitatis iuſtitiæ, à ratione probatio. pag. 18.*

*Cap.5. Iuſtitiam, perfectam anaceph ileoſim virtutum eſſe, & per conſequens à Deo. pag. 20.*

*Cap.6. De legum inuentione & immutabili natura. pag. 22.*

*Cap.7. Cur homines legibus & conſtitutionibus regantur. pag. 28.*

*Cap.8. Qui & à quibus, & quomodo leges latæ. pag. 32.*

*Cap.9. De legiſlatoribus Gallorum & lege Salica. pagina 39.*

*Cap.10. De nomine legis Salicæ, & ſalis myſteriis pagina 43.*

*Cap.11. De vnctione Regum & regno Galliæ & moribus Gallorum, & aliis Salicæ legis notationibus pagina 47.*


Cap.

Cap.12. De authoritate legum & legiſlatorum, & de modo quo olim leges promulgabantur, de legum ſcriptura & obſeruatione. pag. 55.
Cap.13. De conſuetudinis ſcriptura, & interpretatio §. conſtat, de iur. nat. gent. & ciuil. pag. 62.
Cap.14. Quod leges ſint ortæ ex iuſtitia Dei, ſi bonæ ſunt, & de virtute illarum & ratione pœnarum, pagina 74.
Cap.15. Dilutio quorundam aduerſus iuſtitiam propoſitorum, & de parœmia, ſummũ ius ſumma iniuria, déque iuſtitiæ fructu. pag. 85.
Cap.16. Anacephalæoſis ſuperiorum, & de officia excolere vel diſcere volente iuſtitiam erga Deum. pag. 89.

## Capita libri ſecundi.

Cap.1. De nomine Eunomiæ, & quod ius ſit ars. pag. 95.
Cap.2. De acceptione nominis iuris. pag. 97.
Cap.3. De iuris & Eunomiæ præceptis generaliter, & de vnitate eorum. pag. 100.
Cap.4. De nomine præceptorum, & de boni principis diſciplina et inſtitutione pag. 114.
Cap.5. De magiſtratuum diſciplina, præcepta antiquorum. Et quomodo primum præceptum, honeſtè viuere, exequantur. pag. 120.
Cap.6. Principes per ſeipſos iudicaſſe, et vbi, & de loco tribunalis honeſto eligendo. pag. 125.

Cap. 7. *De honeſtate magiſtratuum et veſtitu, et de purpura, atque de ornatu principũ Senatus, ſiue præſidum, cauſæ et rationes. pag. 127.*
Cap. 8. *De magiſtratuum in loquendo, grauitate ſeruãda, congreſſus dignitate, et iudicandi maturitate, et conſultatione. pag. 133.*
Cap. 9. *De vitandis adulatorum ſententiis, & de vtili non præferendo honeſto. pag. 142.*
Cap. 10. *Honeſtum quid ſit, pag. 144.*
Cap. 11. *Quod in omni iure conſideretur honeſtum, & de honeſto in iure diuino. pag. 146.*
Cap. 12. *De honeſto iuris naturalis. pag. 149.*
Cap. 13. *De honeſto iuris canonici & ciuilis. pagina 153.*
Cap. 14. *Quod non liceat ſe in contractibus decipere, & explicata l. in cauſæ, in §. idem Pomponius de minor. in P. pag. 154.*
Cap. 15. *De honeſtate conſideranda, in determinandis à iudice criminibus, & potiſsimum meretricum. pag. 161.*
Cap. 16. *De luxuria contra naturam deteſtabili, & punitione. pag. 170.*
Cap. 17. *De violatione honeſtatis per adulterium, & de eius pœnis variis. pag. 173.*
Cap. 18. *De honeſtatis legibus circa luxum, & conuiuia & mulieres. pag. 182.*
Cap. 19. *De præcepto, alterum non lædere. pag. 185.*
Cap. 20. *De præcepto ius ſuum cuique tribuere. pagina. 190.*

Cap.

Cap. 21. *De principum religione.pag. 197.*

Cap. 22. *Quod coli debeat Deus ab omnibus. pagina 199.*

Cap. 23. *De eo quod debetur Angelis.pag.205.*

Cap. 24. *De poteſtate & honore antiſtitum ſacrorum. pag. 217.*

Cap. 25. *Quod decimæ debeantur eccleſiæ antiſtibus, & quæ antiſtites debeant populo.pag.224.*

Cap. 26. *Quid debeatur principibus à ſubditis. pagina 229.*

Cap. 27. *Principes quid debeant. pag 237.*

Cap. 28. *De monarchia principiis, & ſucceſſione magiſtratuum, Romanorum potiſſimum, pagina. 241.*

Cap. 29. *De Romanorum Monarchia, & magiſtratuum eorum creatione & origine ſub regibus. pag.249.*

Cap. 30. *De ſtatu Reipub. Romanorum poſt exactos reges, & de magiſtratuum per id tempus ſucceſſione & creatione. pag.255.*

Cap. 31. *De temporali & perpetua magiſtratuum gubernatione. pag.264.*

Cap. 32. *De his quæ princeps, concedendo magiſtratibus iuriſdictionem, ſibi retinuit: & generaliter de magiſtratuum claſſibus pag.268.*

Cap. 33. *Cur ciuilia iudicia pecuniaria dici poſſunt. pagina.275.*

Cap. 34. *De iudicum claſſibus Iudæorum, & eorum ritibus in eligendis magiſtratibus. pag. 279.*

*Cap.35. De his quæ ab optimis iudicibus obſeruari debent & quod ſapientia in illis deſideretur, & quid ſit ſapientia. pag. 282.*

*Cap.36. De timore Dei, & quod is magiſtratibus ineſſe debeat pag. 294.*

*Cap. 37. Quod iudices debeant odio habere auaritiam. pag. 299.*

*Cap. 38. Quod veritas in iudice eſſe debeat. pagina 302.*

*Cap. 39. De diſtributione iuris erga patriam: Et quæ illi debeamus. pag. 307.*

*Cap. 40. De diſtributione iuris, inter parentes & liberos pag. 311*

*Cap. 41. De iuris diſtributione erga præceptores & diſcipulos. pag. 316.*

*Cap. 42. De diſtributione iuris, erga pauperes & egenos. pag. 320.*

*Cap. 43. De diſtributione iuris erga mortuos. pagina. 325.*

*Cap. 44. De alio officio circa mortuos, ſcilicet ſepulturæ. pag. 333.*

*Cap. 45. De alio officio & iure in mortuos, circa eorum voluntates vltimas. & de luctu eorum. pagina. 340.*

## Capita libri tertij.

*Cap. 1. Pacem, id quod iuſtum eſt, fouere: & de pacis vtilitate, & belli fine. pag. 345.*

*Cap.*

Cap. 2. *De vtili & eius diſtinctione. pag. 351.*
Cap. 3. *De prælatione vtilitatis publicæ. pagina 563.*
Cap. 4. *De rerum communitate pag. 358.*
Cap. 5. *De neceſſitate diuiſionis rerum, & de dominiorum diſtributione. Et ſuperiorum conciliatio. pag. 345.*
Cap. 6. *Rerum diuiſionem ratione pacis neceſſariam, & iure omni receptam. pag. 351.*
Cap. 7. *De cauſa diſſidiorum poſt diuiſionem rerum & de immutabilitate iuris naturalis. pagina 359.*
Cap. 8. *Legis, Si longius, de iudiciis in P. interpretatio, & de concurſu publicæ & priuatæ vtilitatis. pagina. 363.*
Cap. 9. *De concurſu repetitionis dotis, cum fiſci debito. pag. 386.*
Cap. 10. *De pacis, Eunomia, & iuſtitiæ coniunctione. pag. 389.*

## Capita quarti libri.

Cap. 1. *De ratione nominis Horarum. pag. 393.*
Cap. 2. *De diuiſione & initio diei, ſecundum mores diuerſorum regionum. pag. 399.*
Cap. 3. *Quod temporum obſeruatio & diuiſio, in omnibus diſciplinis exigatur. pag. 408.*

Cap. 4. *De vanis & impiis temporum obſeruationibus.* pag. 411.

Cap. 5. *De temporis obſeruatione in nauigatione, in quantum iura tractant.* pag. 417.

Cap. 6. *De quibuſdam iuris articulis, in quibus temporum diſtinctio neceſſaria, & de feriis.* pagina 419.

Cap. 7. *De neceßitatis legibus in occaſionibus temporum.* pag. 430.

Cap. 8. *De conſideratione & diſtinctione temporum in pœnarum impoſitione, & de iniuriarum iudicio.* pag. 436.

Cap. 9. *De temporis obſeruatione neceſſaria in contractibus.* pag. 449.

Cap. 10. *De tempore obſeruando in mora, teſtamentis et iudiciis* pag. 452.

Cap. 11. *De temporum obſeruatione in vſucapionibus & dilationibus.* pag. 457.

Cap. 12. *De temporum obſeruatione in ſacerdotiorum, ſiuè beneficiorum conceßione.* pag. 463.

Cap. 13. *Digreßio, de ætatum conſideratione apud Iuriſconſultos.* pag. 475.

Cap. 14. *De quibuſdam aliis temporibus, in ſacerdotiis conſideratis.* pag. 480.

Capita

# Elenchus
## Capita libri quinti.


Cap. 1. *Quod ſortium cuiuſque diſtributio ſit à Deo, authoritate ſcribentium docetur pag.485.*

Cap. 2. *Illud ipſum quod in ſuperioribus, ratione probatur & de fato quædam.pag.491.*

Cap. 3. *De fato impiè in delictis, malis, & in voluntate hominis vſurpato pag.501.*

Cap. 4. *De prima parca Lacheſi, & de viuendi initio in naturarum diſtributione facta immediatè per Deum.pag.506.*

Cap. 5. *De diſtributione humanarum ſortium per media, & de diſtinctione perſonarum ſecundum iuriſperitorum regulas pag.515.*

Cap. 6. *De hominum ſecunda diuiſione ratione ſeruitutis & libertatis, vnde aliæ ſortes humanæ. pag.523.*

Cap. 7. *De ſorte & ſtatu filiorum in poteſtate parentum exiſtentium, & de parentum in filios iure & affectione pag.540.*

Cap. 8. *De Lacheſi, in rerum ſortibus & diſtinctionibus pag.550.*

Cap. 9. *De ſecunda parca quæ Clotho dicitur, ſiue de ſortibus & varietatibus, quæ poſt ortum accidunt per circulationes, rebus veluti ſubſtantiam mutantibus. pag.554.*

Cap. 10. *De variis hominum in vitæ progreſſu ſortibus. pag.565.*

*Cap.* 11. *De ſortium mutatione per accidens,in rebus. pag.*571.

*Cap.* 12. *De ſortium & rerum vltima parte. De morte ſiue de parca quæ dicitur Athropos. pag.* 574.

*Cap.* 13. *De morte ſiue interitu rerum omnium. pagina* 581.

Finis Elenchi capitum.

# DE IVSTITIA ET LEGIBVS, LIBER I.

## CAP. I.

1 TRACTATVRIS nobis de concordia, harmoniáque non dicam ciuitatis vnius, ſed totius mundi, nempe de filiabus quibuſdam conſultiſsimæ Themidis, tam ſanctum munus tractare, manibus communibus & illotis, profanum eſſet. Et fruſtrà, hoc ipſum aggredi tentaremus, non aſcita, ab exordio diuini numinis ope. Eſt enim teſte Pindaro.[a]

*Γλυκὺ δ' ἀνθρώ-*
*πων τέλος, ἀρχά τε δαίμο-*
*νος ὀρνύντος αὔξεται.*

hoc eſt, Dulcis hominibus exitus, principium autem Deo impellente creſcit. Et vt Aratus Solenſis ait,[b]

*a in Pithiis Od. 10. Antiſtrophe. verſu 5.*

*b in Phænomen. verſu 3.*

Ἐκ διὸς ἀρχώμεσθα τὸν οὐδέποτ' ἄνδρες ἐῶμεν
Ἄρρητον. μεσταὶ δὲ διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί,
Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραί· μεστὴ δὲ θάλασσα
Καὶ λιμένες πάντη δὲ διὸς κεχρήμεθα πάντες,
Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν, ὁ δ' ἤπιος ἀνθρώποισι
Δεξιὰ σημαίνει, λαοὺς δ' ἐπὶ ἔργον ἐγείρει.

Ab Ioue principium, quem nunquam mittimus ipſi
Infatũ, plena quidẽ omnia Iouis, cõpita.
Omnes itẽ hominũ cœtus, plenũ mare,
Et lacus, vbique autem Ioue indigemus.
Huius autem genus ſumus. Hic verò beneuolus hominibus, cõmoda ſignificat,
Populos autem ad opus incitat,

Quamobrem & à Deo initiũ noſtro huic dabitur negotio, potiſsimùm cùm Themis in conſortio Dei familiaritèr conuerſetur, teſte Homero, qui in hym- 2
*a verſ.2.* no eius ſic cecinit. Quòd Iupiter Θέμιστι ἐγκλιδὸν ἑζομένῳ πυκινοὺς ὀάρους ὀαρίζει. cum Themide ſeorſum ſedente, crebros ſermones miſcet. Tum etiam quòd omne bonum è ſurſum eſt, &c. Quando ſecundum Rabbinum Moſche, filium Maimon הו עלת מציארת כל הנמצאים. i. Hu hillath Metziuth col hannimtzaim, i. ipſe Deus, eſt cauſa eſſentiæ, omnium inuentorum. Eſtque Themis ſiue fas, ius propriè diuinum. b cui omnia reliqua iura ancil-

*b in cano. omnes leges. 1. diſting.1. in parte Decreti Gratiam.*

ancillari conuenit, eatenus recipienda, quatenus ab illo recedere non videntur. Quocirca ô immortalis omnipotens, & ineffabilis Deus, quo authore nos viuimus & ſumus, Da mihi illam, quæ tibi adſtat, ſapientiam, vt quæ ex penu tua deprompſi (quia iuſtitia præparatio ſedis tuæ, vt ait Pſalmographus. [a]Et iuſtitia eſt plena dextera tua,[b]) dignè ac perſpicuè poſteris mandare, diſcentiúmque labores, vel aliqua ex parte leuare poſſim: ad tui nominis gloriam, communémque reipubl. noſtræ vtilitatem. Dáque ne quod mihi verbum excidat, quod animos inficere, verum fucare, aut falſum inducere poſſit, quódve à iuſtitia abhorreat. Quæ omnia in tua tantum, non hominum, ſunt poteſtate. Nam vt Ethnicus poëta dicebat Pindarus. [c]*ἀμφὶ δ᾽ ἀνθρώπων φρεσὶν ἀμπλακίαι ἀναριθμητοι κρέμανται.*
3 id eſt, Circa hominum mentes errores innumeri pendent. Miſcuit enim ſe homo, cùm rectus antea eſſet, infinitis quæſtionibus, & inutilibus.[d] Atque hominis eſt diſponere animam ſuam, Dei autem gubernare eandem.[e] Nec ſufficit homini proprius labor, niſi ex alto edoceatur, potiſſimum diſputaturo de rebus arduis, qualis eſt iuſtitia & filiæ reliquæ

a *Pſal.* 88.
b *Pſal.* 47.
c *ode* 7. *Olym. Stro.* 3. *verſ.* 8.
d *Eccle.* 7.
e *Prou.* 16.

Themidis. Et cùm cõſummauerit homo.

a *Eccl.* 18. inuenire magnalia Dei, tunc incipiet.[a]

---

CAP. II.

*De præcognitione tractandorum. Et cur prius de iuſtitia agatur.*

VT auté futuræ diſputationis [illegible], 1.
& ſumma habeatur, operæpretium
eſt prænoſſe quod Pindarus ſcribit in
hymno Olympio 3. Themin, id eſt, ho-
neſtatem, vel (vt gentiles loquuntur) ho-
neſtatis præſulem & deam, vel id quod
fas & iuſtum eſt, tres habere filias vel par-
tus, Δίκην, nos dicimus iuſtitiam, alteram
Εὐνομίαν, nos bonam legum conſtitutio-
nem, & ciuitatis benè conſtitutũ ſtatum:
Tertiam εἰρήνην, nos pacem appellamus.
Quibus Hæſiodus in Theogonia, addit 2.
Horas, & parcas ex Ioue & Themide na-
tas, verba illius.[b]

b *Heſiod. verſ.* 901.

Δεύτερον ἠγάγετο λιπαρὴν θέμιν, ἣ τέκεν ὥρας,
Εὐνομίην τε δίκην τε, καὶ εἰρήνην τεθαλυῖαν.
Αἵ τ' ἔργ' ὠρχίουσι κατὰ θνητοῖσι
Μοίρας θ' ἧς πλείστην τιμὴν πόρε μητίετα Ζεύς.
Κλωθώ τε λάχεσίν τε καὶ ἄτροπον. αἵτε διδοῦσι.
Θνητοῖς ἀνθρώποισιν ἔχειν ἀγαθόν τε κακόν τε.

Iterum ſcilicet Iupiter, duxit ſplendidam,
Themin

Themin, quæ peperit horas, Eunomian, Dicénque, & Irenem florentem: quæque opera faciũt matura apud homines mortales, Parcas, quibus maximum honorem dedit prudẽs Iupiter, Clothónque & Lacheſin, Atropónque, quæ dant hominibus habere bonum, malúmve. Ex his pẽdet, vt obiter dixerim, Iuris noſtri, atque omnium bene inſtitutarum ciuitatum, robur & fundamentum: omnium denique negotiorum ſymmetria, Rerum publicarum & priuatarum concentus, & rectitudo.

3 Atque vtinam tres Pindari Themiſticæ ſorores ſaltem nobiſcum degerent: futurum enim eſſet, at non hominum ſolum, perfecto Microcoſmo, non tantùm Heroum omnium virtute, verum Dei vera felicitate etiam in terris frueremur. At nos miſeri, terra eas pepulimus. illæque cœlo ſatæ, cœlum relictis & contemptis mortalibus, repetierunt. Nam poſtquam humana calamitas, harum tãtũ ac tã præclarum reſpuit munus, & cãcellos ſuę diuinæ, innatæque naturę, [illegible]tergreſſa eſt: ad terram prouoluta in corpore ſenſili, velut obſcuriſſimo ſepulchro fœtuit, & vitiis circundata, impia emarcuit, Tuncque vt monet Iuuenalis[a]. Pau- a Satyra 6. verſu 19

latim deinde, ad ſuperos Aſtræa receſsit,

Hac comite, atque duce pariter fugêre
ſorores.

Et harum vix nobis ſuperſunt veſtigia, eáque fermè ſcriptis iuribus omnino ex arata, & vſque adeo interdum nube interpretationum obducta, vt difficillimū ſit perſępe iter germanum aſſequi, etiam veteranis, quibus maximus ſæpè iniungitur labor: tyronibus autem & immenſus labor, & ſæpius diffidentia. Quo cir- 4
ca de his pauca ſcribere in iuuenum gratiam, non me tæduit, & illis, non peritis profeſſoribus, legenda: doctoribus autē, & legenda & corrigenda & augenda. Aliquo enim modo iuuari optimę ſpei iuuenes à nobis oportuit, vtpote qui illorum ingenia & laudamus & amamus, cum Socrate, qui illas doceri volunt diſciplinas, quę vtique prodeſſent & ad domum, & ad ciuitatem quam optimè habitandam: Et ad ſimpliciter hominibus, & rebus humanis benè vtendum. vt ait Xenophon. [a] Demum doctoribus me calcaria his addere opus fuit vt intermiſſa rerū maiorum ſolicitudine, meo exemplo vel hortatu ad iuuenum animos informandos animum dimittere, non dedignentur. Porrò nobis incipientibus exponere

*[a] Lib. 4. de dictis Socratis.*

iura,multa dicenda,in mentem deuoluūtur,non tacenda quidem, ſed quæ à probatiſsimis authoribus iam olim & noſtro ſeculo,explicata doctè & luculenter ſcio qui legitimè officio interpretū functi,nihil intactum, potiſſimum de iuris laudibus,reliquerunt:quas & à me tractarī fortaſſis ſperaret aliquis, quum per eiuſdem hippodromi campum,ſimilē curſum videar velle perficere. Cæterum nō is mihi propoſitus eſt ſcopus, Themidis tantum filias parturio,pauciſque perſtringā,& ſciēs prudénſq; multa prætermittā, quæ ad iuris ampliorem calculum pertinent.Decreui namque, non in ſingularū rerum cauſis hærere, pedémque figere, ſed breuiori quantum fieri poterit ſermone Chilonis,quem ideo laudauit Ariſtagoras,abſoluere.

5 Sit igitur initium à iuſtitiæ contemplatione, cuius memoria magis recens, & quę vt ait Ouidius.[a]

Vltima cœleſtū terras Aſtræa reliquit,

Et rurſum apud eundem,[b]Vltima de ſuperis illa reliquit humum, Et vt Vergil. ſcribit.[c]Quodque multis verſibus explicat Aratus in Phœnomenis. Refertque ſtatim ab initio mundi iuſtitiam ſolitam fuiſſe conuerſari familiariter cum homi-

a *Lib. Metamorph. 1.v.148.*

b *Faſtorum 1.ver 250.*

c *Lib. 2. Georgic. verſ.366.*

nibus & mulieribus, tanquam Dominam populorum. Demum nato argẽteo ſeculo, raro cum his conueſci, & nullo modo blandientem, ſed ſolitariam: & in ærea ætate vitiis ingruentibus volaſſe ſub cœlum, vbi adhuc nocturna cernitur hominibus virgo vicinè exiſtens Bubulco. Et ita etiam Nigidius Figulus ſentit, vt voluit Petr. Crinitus[a]. Hanc tamen, prudẽtiſſimi viri, qui vi acie oculorum mentis præſtantes fuerunt, conſpicati & radiis illius participes effecti, vulgi cæcum iudicium. conati ſunt ad eius imperium & tutelam & familiaritatẽ reuocare, cuius rei gratia leges veluti regulas, quæ iter indicarent populis, tradiderunt. In hac 6
quippe iuſtitia iuris vniuerſi ſedes. Nam δίκη νόμου τέλος ἐστὶ, νόμος δὲ ἄρχοντος ἔργον. ἄρχων δὲ, εἰκὼν θεοῦ πάντα κοσμοῦντος. Plutar. in libello ad princ. Indoc. & rurſus, Iuſtitia legis finis eſt. Lex autem principis opus. Princeps autem imago Dei cuncta gubernantis. Hinc & iudicia in iuſtitia fieri debere, admonens Diocle. & Maximi. in l. eos. §. ſi quid. c. 7. de appel. lib. 7. C. tit. 62. & Conſtan. & Lici. in l. placuit. l. 8. de iudic. lib. 3. C. tit. 1. Et Dion Pruſæus ſophiſta, in oratio. de lege, ait, ὅτι καὶ παρθένου τῆς δίκης οὔσης μόνος αὐτῇ διὰ σωφροσύνην συνέστιν

νόμος,

[a] c. 8. lib. 14. de honeſta diſciplina.

θέμος, id eſt, adhæc cum iuſtitia virgine quidem illa, ob caſtitatem ſola lex conuerſatur. Citra hanc, legum omnium corpus & litera, ab illo æquo & bono digreditur, vtque immane ſimulachrum, nihil aliud præter veri ſpeciem, gerit: & velut corpus nulla compactum anima, propriis viribus exhauſtum, iacet. Quia cogitationes iuſtorum iudicia, Prouerb. c.12. iuris lex eſt, lex autem & ius iuſtitiæ & ius à iuſtitia appellatum Vlpiano teſte in Lib.1.παν.ti.1. Lege, iuri operam daturum, quæ eſt l. 1. Vocant enim in ſcholis principium cuiuſque legis, legem. Et ci-
7 tant hoc antiquo & recepto more, iuris reſponſa. Quem ego amplector, ſequórque lubenter, vt pote antiquitatis amicus. Et hic mos etiam tritus inter Hebræos, apud quos quando caput, vel liber in teſtimonium, producitur: principium libri vel capitis plerumque, vt nos initium legis, efferunt. Sicuti conſtat his qui mediocriter linguam illam deguſtarunt, ſi paraphraſes Chaldaicas, Thargumim, vel minimos commentarios illorum obſeruent.

## CAP. III.

### *De finitione iuſtitiæ & conſtantiæ & eius origine.*

IVs ergo ex iuſtitia,& iuſtitia de cœlo, 1
nóſque per conſequens verę, cœleſtiſ-
que doctrinæ profeſſores ſumus: cum &
iura non humana mente, ſed diuinitus
contigerint. Qua in re prodeat non ſatis
laudatum oraculum, ſiue Iuſtiniani Im-
peratoris ſit, ſiue propter authoritatem
datam, Triboniani, qui operam ſuam
præbuit, quo, cùm nobis ea quæ ad Rei-
publicæ ſalutem pertinent, exarare decre
uiſſet, compendioſè interpretatus eſt lo-
cum ARISTOTELIS περὶ ἀρετῶν vbi di-
ctum eſt. δικαιοσύνη ἐστὶ ἀρετὴ ψυχῆς διανεμη-
τικὴ τοῦ κατ' ἀξίαν. Id eſt IVSTITIA in-
quit, eſt virtus animæ, diſtributiua ſecun-
dum dignitatem. Quod paulo latius
CAESAR, qui ex IVRECONSVLTO-
RVM limpidiſsimis puteis, ac puris fonti
bus, hortos irrigauit ſuos, & æquum &
bonum iuriſque originem & finem, iu-
ſtitiæ appellatione circumſcripſit. Cum 2
& æquitas, quæ triplex eſt, illaque quæ
ad homines pertinet, authore Cicerone [a]
ſub iuſtitiæ nomine concludatur. Eſt
enim

[a] In Topicis.

enim alia quæ ad ſuperos pertinet, quæ
alio nomine pietas: alia quæ ad manes, di
cta ſanctitas: vt illa quæ ad homines per-
tinet, dicitur iuſtitia. IVSTINIANVS id-
eo ait Iuſtitia eſt cõſtans & perpetua vo-
3 luntas, ius ſuũ cuique tribuendi [a]. Quod
probat Vlpia. & Et id nouit Appollonius
Rhodius, apud quem Medea Iaſonem
alloquitur [b].

*Ἀλλ' αὔτως εἴρυσο, δίκη δέ τοι ἔμπεδος ἔστω,*
*καὶ θέμις ἣν ἄμφω συναρέσαμεν.* id eſt.

Sed prorſus tuere, Iuſtitia autem ſta-
bilis conſtanſque ſit, & æquitas quam am
bo approbauimus. Quodq; iuſtitia ſit æ-
quitas, ius ſuũ cuique tribuens, docet etiã
Cicero in Rhetoric[c] & alibi [d] annotat eã
habitum eſſe animi qui cõmuni vtilitate
cõſeruata ſuã cuique tribuit dignitatem,
Et hãc affectionẽ quoque iuſtitiã dixit.
Porro ex his duobus (cõſtans & perpetua
volũtas) cognoſcimus, IVSTITIAM eſſe
filiam Iouis & Themidis, id eſt Dei do-
num & inuentum. Vnde Seneca [e]. illud
4 hauſit, Quiſquis Iuſtitiam ſectari deſide-
ras: prius Deum time & ama, vt ameris à
Deo, amabis enim Deum ſi in hoc illum
imitaberis, vt velis omnibus prodeſſe,
nulli nocere: tuncq; te virum iuſtum vo-
cabunt omnes, quod ante Plato dixerat.

*a. ſ. de Iuſtit. & iur. lib. 1. Iuſtitutionũ iuris ciuilis & l. Iuſtit. l. 10. eodem Tit. de inſtit. & iur. lib. 1. ſ. tit. 1.*

b *lib. 4. Argonauticorũ verſu 403.*

c *2. De inuentione.*

d *lib. 2. de inuent.*

e. *De finibus.*

f *Lib. 4. de virtutibus.*

Neque enim inuentio hominis eſt iu-
ſtitia,cum morte hominum non termi-
netur, vt ait idem Plato[a].Quod mutuatũ
ex c. j. Sapientiæ. Vbi iuſtitia perpetua,
& immortalis dicitur. Atque apud pro-
phetam Baruch ſcriptum eſt in fine ca-
pitul.Iuſtitiam ex Deo eſſe. Et Cicero[b].
de finibus,ita inſinuat. Iuſtitiam inquit,
cognitum habes,quod ſit ſummi recto-
ris & Domini numen, quod conſilium,
quæ voluntas,cuius ad naturam apta ra-
tio,vera illa & ſumma lex, à Philoſophis
dicitur. Et quidem Deo ſoli verè par- 5
tes deſcriptionis iuſtitiæ, congruunt.
Qui ſolus perpetuus, conſtans, inuio-
labilis. At omnes homines reliqui decli-
nauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, &
non eſt qui faciat bonum[c]. & in aliquo
non errare ſolius diuinitatis, vt ait Iuſti-
nianus[d].Quamobrem, Iuſtitia fingeba- 6
tur virgo inflexibilis odio vel adulatio-
ne, à Chriſippo lib. j. περὶ καλῦ καὶ ἡδονῆς
teſte Gellio.[e] & à Macrobio[f]. dicitur
virgo in cœlum tranſlata, quæque cre-
debatur, vis ſolaris, quæ ſola faciat na-
ſcentes fructus ad hominum vſum pro-
uenire.Vnde alia colligitur probatio,pro
priè,iuſtitiã Dei eſſe munus, & cõtinere
in ſe virtutẽ admirandã pluſquã humanã.

Quod

a *In ſerm. die reip. inſtantia.*
b *Lib.* 4.
c *Pſal.* 52
d *In l.* 2. §. *ſi quid antẽ, de veteri iure enucleã lib.* 1. *C tit.* 20.
e *Lib.* 14. *c.* 4.
f *lib.* 1. *Saturnalia. c.* 24.

Quod interpretatur Dauid Pſal. ordine apud latinos 118. apud Hebręos, autē 119. ſciui, inquit, quia Iuſtitia tua, præcepta tua ſunt. Ex præceptorū autem obſeruantia, cuncta bona ſcaturiunt populo Dei. Refertáque ſacra pagina iſtiuſmodi pollicitatione. Si præcepta mea obſeruaueritis, bona terræ comedetis, aliis permultis coniunctis benedictionibus [a]. nam & omnia propter mandata Dei fiunt, Eccleſiaſtici. c. 35. vt omnia etiam ſub iuſtitia concluduntur. Idcirco dicitur in Eccleſiaſtico[b]. Qui operatur iuſtitiam ipſe exaltabitur. Et rurſum in Deuterono.[c] Iuſtè, quod iuſtum eſt perſequeris, vt viuas, & poſsideas terram quam Dominus tuus dederit tibi. Atque hic merito, illud animaduertendum eſt, iuſtitiam, quia Deo propriè ſit attributa, apud antiquos Hebræos, & Chriſtianos frequentius, pro Meſsiah, vbi de eo agitur intelligi. Vt Finus Hadrianus Finus annotat[d]. quodque Daniel[e] probat, ibi adducatur iuſtitia ſempiterna, id eſt Meſsiah. Ita Rabbinus Barachias Thalmudiſta libro, Seder olam id eſt, de ordine mundi. Et Ieremiah[f]. vocat eum Tzemach Tzaddik, germen iuſtum. Et rurſum[g]. ſuſcitabo domui Dauidis Tzemach Tzedakah.

a Deuteronomij. c. 7. Exod. c. 12. 34. & 23.
b c. 20.
c c. 16.
d Lib. 6. Flagelli in Iudæos. c. 16.
e c. 6.
f c. 23.
g in c. 33.

ſemen iuſtitię. quo fit vt & iuſtitiã quod ad habitum pertinet, quem ἕξιν dicit Ariſtoteles, ad Deum referamus, quod habitu ſecundum eundem Ariſtotelem, πολυχρονίους καὶ δυσκινήτους habeat effectus, diuturnos & motu difficiles. QVANTVM autem ad DIATHESIM pertinet, cum DIATHESES habeant εὐκινήτους καὶ εὐμεταβλήτους affectiones mobiles & facile mutabiles, ad hominum animam referemus & voluntatem. Et hac in re maxi- 7
mè deceptus Carneades, acutus & ſubtilis magis, quam conſtans & Chriſtianus diſputator iuſtitię, qui iuſtitiã, ſine ſtultitia eſſe poſſe negat: Lactantio Firmiano teſte [a]. Iuſtitiam cum ſtultitiæ ſubiecto conſiderans, falſo tamen. Potiſsimum ſi iuſta trutina appendantur verba Iuſtiniani & iuriſconſultorum, vbi ſemper rati ſumus, & probabilius viſum eſt, dictionem, conſtans, indicare iuris ſtationem quam diximus iuſtitiam: idque periphraſis iuſtitiæ demonſtrat, dũ dicimus ꝙ iuſtitia ſit iuris ſtatio vnde ꝓfluat ius. Quã quidem ſedẽ & ſtationem, Deũ eſſe exiſtimo, in quo ſunt omnes theſauri ſciẽtiæ & ſapientiæ abſconditi. Nec minus eloquenter, analogia dictionis ferit aures, quãdoquidẽ in aliis nominibus, illa recepta, &

a *Lib. 5. de falſ. Inſtit. c. 15.*

pta, & ꝓbati authores non pugnāt: vt interſtitiū pro interuallo, inter vnā & alterā ſtation. Quēadmodū ſtata ædiſicia & tēpora: dicimus. Et Cicero [a]. iuſtitiū edici pro iuris dādi intermiſſione, dixit. Et Liuius ſæpe. Atq; iuſtitia δικαιοσύνη quaſi δικαίου συνεσις, id eſt, iuſti intellectus, qui ſolū verè apud Deū eſt, ex quo ius & eius lex manauit. Cui ſentētię nec illud, ꝙ per certa & diuerſa tēpora leges ꝓmulgatę fuerint, aduerſatur: tum enim non incipit eſſe lex, cùm ſcripta eſt, ſed cùm orta eſt: Orta autem eſt ſumma cum mente diuina. Authore Cicer. [b]. Sic ſecundum Demosthenem [c]. lex donum dei. cuius ſententiam amplectitur Martianvs iuriſconſultus, &c. Et dominus, iudex & legifer noſter [d]. cuique nullus ſimilis [e]. Et huius ſtudij ratione quis nos ſacerdotes legitimè dixerit ait Vlpianvs [f]. & ita iuſtitiam colimus, id eſt Deum authorem iuſti, ita, iuſtitia de
8 cœlo proſpexit, [g]. Quare vt author Cornelius Tacitus, [h]. neque animaduertere, neque vincire, neque verberare quidem, apud Germanos, niſi ſolis ſacerdotibus permiſſum, non quaſi in pœnam, nec ducis iuſſu, ſed velut Deo imperante. Et apud Ægyptios

a. *Oratione de Aruſpicum reſponſis.*
b. 3. *de legib.*
c. *in Ariſtogitonem: & in l. 2. de legi. lib. 1. pin. Tit. 3.*
d. *Eſa. 33. c.*
e. *Iob. 36. c.*
f. *in iam citata l. 1. §. huius ſtudij de Iuſtitia.*
g. *Pſal. 84.*
h. *lib. de mor. ger. manor.*

Reges, à quibus pendẽt leges, ex ſacerdotibus, teſte Diodoro Siculo cręãtur. quod & Plato lib. de regno tradit, imo & reges ſacris initiari cogi ait. Et plerunq; reges Iſraël erãt ſacerdotes, vt Iudas Macchabę⁹ & Alexãder & alij teſte abbreuiatore hebræo Ioſeppi. Tales reges Romanorũ antè conſules, pulſi regno, vt Liuius[a] ait & Dionyſius Halicar.[b] Accedit ꝙ iuſtę & verę viæ regis ſeculorũ dicãtur[c]. Sic Iudices Dij nũcupati ob iuſtitiã in Exodo[d]. nã iudices nõ hominis ſed Dei exercent iudiciũ[e]. idcirco ſtatutũ, & obſeruatur, iudices iurare debere, ſe in omnibus dirimẽdis, æquitatẽ & iuſtitiã ſeruaturos, tactis ſacroſanctis Dei Euãgeliis, ex formula Iuſtiniani[f], vt inquit in verſiculo, ſic enim attendẽtes ſacras ſcripturas, & Dei preſentia cõſecrati, ex maiore prę́ſidio lites dirimãt. Quod chriſtianus rex Galliæ obſeruari, in curiis ſingulis annis, voluit: potiſſimũ in ſenatu, vt Dei timor & obſequiũ, antè oculos, ſupremis iudicibus ſubiiciatur. Et Dei beneficentia deuinciatur: quę duobus prę́cipuè veluti quibuſdam neruis retinetur, pietate ſcilicet & iuſtitia: quibus non inconſultè, imò ſi Deus velit felici omine, inſignia Noſtri Regis Caroli noni, ſunt ſelecta. PIETATI ET

a *lib. 1.*
b *in 5.*
c *Apocal. ſ. 15.*
d *c. 23.*
e *2. Paralipon. c. 19.*
f *in l. rẽ non nouã l. 12. de iudiciis lib. C. 3. titu. 1.*

TE ET IVSTITIA. quibus duobus Deus maximè demulcetur. Ait enim Apollonius Rhodius, Ζεὺς αὐτὸς τὰ ἕκαστ' ἐπιδέρκεται, οὐδέ μιν ἄνδρες λήθομεν ἔμπεδον, οἵτε θεουδέες οὐδὲ δίκαιοι, id eſt[a]. Ipſe Deus, ſingula videt, Neque homines ipſum latẽt perpetuò, Si ſunt pij vel iuſti. Seruius etiam Sulpitius authore Quintiliano Antiſtites, iudices, vt ſacrorum antiſtites, dixit. Et apud Hieremiam[b]. non peribit lex de Sacerdote, nec conſilium à ſapiente. Et Cicero[c] religionem, iudicis officium, habere, docet: eſt inquit ſapientis iudicis, meminiſſe ſe hominem, cogitare tantum ſibi à populo Romano fuiſſe permiſſum, quantum commiſſum & creditum ſit: & non ſolum ſibi poteſtatem datam, verum etiam fidem ſibi habitam, meminiſſe, poſſe, quem oderit abſoluere: quem non oderit, cõdemnare: & ſemper nõ quid ipſe velit, ſed quid lex & religio cogat, cogitare. Et meminit Plato etiã[d]. à Magiſtratibus ſummis, in plurimis Grecorũ ciuitatib⁹ precipua ſacra inſtitui.

*a lib. 2. Argonaut. verſu 1085.*

*b 8. c.*

*c pro Aulo Cluentio.*

*d In libro ciuili. vel de Regno.*

## CAP. IIII.

*Diuinitatis Iuſtitiæ, à ratione probatio.*

DEINCEPS, inſtrumentum quo iuſtitiam comprehendimus, probat

Dei eſſe opus, iuſtitiam. Nempe ipſa ratio, quæ ſui natura diuina, vim habet in corpore mortali ſæpè ipſa mutabilis. Quia Iuſtitia vi rationis eruitur, atque eius, per eam, participes reddimur. Ratione inquam per quam vnicè à brutis, cum animæ immortalitate, diſtinguimur. Et ideo naturalem Iuſtitiam, æquitatis rationem, Modeſtinus dixit[a]. & teſte Rabbino Aben Tybbon, in ſua Hebræa Phyſica, quam vocat רוח החן Ruach Hachen. i. ſpiritum gratiæ, c. i. נקרא זה הכח נפש מהרברת אונפש המשכלת. Nikra ze hacoach Nepheſch hamedabbereth o nepheſch hameſacceleth, i. vocatur hæc facultas propria hominis, vis animæ ad loquendum vel ad intelligendum. & de hac, intellectúque, idem eodem, c. 3. diſputat Tybbon. Et hæc, illa eſt, mea ſententia quam Deus inſufflauit cum anima, in protoplaſtum in eius Geneſi[b]. ſic rectè Cicero[c]. dixit, nos natura iuſtos eſſe factos. Huic etiam rationi, leges in- 2
nituntur, hac fouentur, & iuſſa tuentur: nam legis anima ratio eſt[d]. Ratio autem pars animi, qui quaſi tetrachordum quoddam intellectu ratione, Phantaſia, ac ſenſibus, ſi credamus Platonicis conſtat. Intellectus diuinus eſt, in quo nihil

a In l. ſcire oportet l. 15. §. ſufficit de excuſat. tutor. lib. 27. ff. Titu. I.

b Geneſ. 1. c.

c primo de legibus.

d Cano erit autem lex 4. diſtinct.

nihil eſt niſi ſimplex ac purum & vniforme. Imaginatio & ſenſus mortales partes ſunt, proinde mutationibus varietatibúſque refertæ. Media Ratio propria eſt humanæ naturæ, arbitriúmque anceps habet inclinandi ad diuina, & ad mortalia, vt ait Carolus Valgulius,[a]. ideo hæc ratio cōſummata felicitatem hominis impleuit: vt ait Seneca[b]. Et Phocylides in ſententiis. τῆς δὲ θεολόγος ἐςὶν ἄριςος σοφίης.

*a In proœmio ad Muſicam Plutarchi.*

*b 77. Epiſtola ad Lucillum.*

3 Verū diuinitus inſpiratæ Sapientię ratio, optima eſt. Et tradit Lucretius[c]. Caput eſſe quaſi, & dominari in corpore toto.

*c Li. 3 Verſu 139.*

Conſilium, quod nos animum, mentémque vocamus:
Idq. ſitū media regione in pectoris hęret.
Hic exultat enim pauor, àc metus: hæc loca circum (que eſt.
Lætitiæ mulcent: hic ergo mens animúſ-
Cætera pars animę, p totū diſſita corpus.
Paret: Et ad numen mentis, nomenque mouetur.

QVÆ cum ita vera ſint, & aperta habeāt & nuda principia, non dubium conſiliī firmitatem & certitudinē, ad Deum referendam, qui verax; omnis autem homo mendax. Vt Paulus tradit ad Roman.[d]. & alibi & in illo namq; vt ſcribitur libro ſapientiæ[e]. ſpiritus intelligentiæ ſanctus,

*d c. 3. & in Euangelio.*

*e c. 7.*

humanus,benignus, ſtabilis, certus,ſecurus,omnem habēs in ſe virtutem, omnia proſpiciēs Iuſtitiáque vapor virtutis Dei, & emanatio quædam Claritatis eiuſdem omnipotentis,ſincera,nihilque ideo in ſe coinquinatum habens.

---

## Cap. v.

*Iuſtitiam, perfectam anacephalæoſim virtutum eſſe,& per conſequens à Deo.*

HVivs rei gratia cōſiderari pareſt, 1
Iuſtitiam non tantū virtutē ſimpliciter eſſe,ſed omnium virtutū virtutem, idque exPhiloſophorū omnium cōſenſu. Subſcribit Iuſtinianus[a]. teſtatúrque hanc alias virtutes,in ſe complecti:quod excerptum ex Gnomis ElegiacisTheognidis[b]. & ex Ariſtotele[c].cōſentiente Cælio Rhodigino[d] & Diuo Hieron [e]. Atque & Menedemus Cretenſis,idem eſſe temperantiam,fortitudinem ac Iuſtitiam voluit,& veluti gladiū ac enſem,appellari. Zenóq; Citicus Definiens Iuſtitiā,ait eſſe eā quæ ſuum cuique tribuit: in rebus aſſumēdis, Temperantiam:& in perpetiendis,fortitudinem.Teſte Plutarcho[f].Conſentítque Meno Platonis,quodcunque inquit, cum Iuſtitia ſit,virtus eſt, quod autem abſque illa,

a *Titu.20. collatio 5. in nouellis Rubrica vt omnes obediant indicib. prouinciar.*
b *Carminēq;. 147.*
c *Lib.5.Ethicor.*
d *Lib.23.c. 14.*
e *ad Demetrium.*
f *Lib.de virtute morum.*

illa, eiuſque ſimilibus, Prauitas. Et congruit maximè huic, virtutis vera finitio vel deſcriptio, potiſſimum illa quæ à Nicolao Borbonio Carmine comprehenſa eſt: dum ait.

Virtus eſt ſtudium veræ pietatis, & ardēs
Quod dat donum, Deus.

Nam Iuſtitia verè donum eſt peculiare Dei elargitũ hominibus. Vt cecinit etiã Heſiodus[a]. citatus etiam à Porphyrio[b].

a *In Ergis verſu 274.*

b *Lib. II. De abſtinentia animalium.*

Τὸν δὲ γὰρ ἀνθρώποισι νόμον διέταξε χρονίων,
ἰχθύσι μὲν, καὶ θηρσὶ καὶ οἰωνοῖς πετεηνοῖς,
ἔσθειν ἀλλήλους ἐπεὶ οὐ δίκη ἐστὶν ἐπ' αὐτοῖς,
ἀνθρώποισι δέδωκε δίκην, ἣ πολλὸν ἀρίστη
γίνεται. i. Hãc hominib. legē diſpoſuit Satur. piſcibus quidē & feris, auibus & volucribus, ſe mutuo vt deuorēt: quãdoquidē, Iuſtitia carent. Hominibus autem, dedit Iuſtitiam, quæ multo melior eſt. Quamobrem cum virtutum cumulus omnium, nullo modo ſit in aliquo mortaliũ, quia quiſque ſuos patitur manes & vitiorum habet fomitem, non eſt quod vſurpemus nobis abſolutam Iuſtitiam, ſed oportet ſuo authori Deo relinqui, eam interim quantum conceditur exercentes: & ita nos hac in parte, Theoſophi dicemur, qui probè ſi de ea ſentiamus, & Sophiam Iuſtitiæ profitemur.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

## Cap. VI.

### *De legum inuentione & immutabili natura.*

*a Lib. 7. c. 56.*
*b in §. 1. vt hi qui obligatas per hibent ſe habere res minor in authen. Colla. 6. Tit. 2.*
*c in §. quia igitur de inſtrumentor. fide & cautela.*
*d in l. Final de præſcriptione longi tempor. lib. 7. C. Titul. 33.*
*e in l. leges ſacratiſſimæ l. 9. de legibus lib. 1. c. Titu. 17.*
*f pro Cluentio.*

1 ET ex his omnibus iam etiam apparet, quis fuerit legum verus & primus author: & mendacium gentilium conuincitur, quorum aliqui primam legum inuentricem nudè prædicant Cererem, vt Plinius voluit[a]. & alij, ſicut & quidam Moſem datorem dicunt. Hi enim veram legis originem non callent. Nam ſi fatentur, Iuſtitiam à Deo, vt nemo inficias ibit, legem autem autument ab hominibus, inuentumque illorum, vnum corpus, membratim diſcerpunt, & vim animamque legis, rationem inquam, ab ea ſegregant. Etenim legiſlatores, licentiam & authoritatem legum promulgādarum à Deo acceperunt[b]. Et rurſum[c] dicitur, Deum, ideo de Cœlo Imperium conſtituiſſe, vt leges apparet negotiis ſecundum naturæ varietatem. Et Iuſtinianus[d] ait diuino quodam motu, legiſlatores ad actiones, & earum iura perueniſſe. Hinc leges ſacratiſſimæ dictæ, & conſtringentes hominum vitæ[e]. Et nos ideo ſerui legum vt Cicero docet[f] dum ait. Multo eſt indignius

receder e

recedere à legibus, hoc enim vinculum eſt huiuſce dignitatis qua fruimur in Republica, hoc fundamentum libertatis, hic fons æquitatis: mens & animus & conſilium & ſententia ciuitatis poſita eſt in legibus. Vtque corpora noſtra ſine mente, ſic ciuitas ſine lege, ſuis partibus, neruis ac membris vti non poteſt. Legum miniſtri, Magiſtratus: Legum interpretes, Iudices: legum denique idcirco omnes ſerui ſumus, vt liberi eſſe poſſimus. Et Diuus Paulus ad Romanos[a]. Lex inquit,[a] in homine dominatur quanto tempore viuit. atque ſcire conuenit quod non omnis iuſtitia in lege eſt, ſed lex ex iuſtitia, & lex tantum iis qui ſub lege ſunt loquitur, vt omne os obſtruatur, & ſubditus ſit omnis mundus Deo, per legemque cognitio peccati[b]. Nicander etiam[c]. non id oblitus eſt. Dum Deum eo ſolo amandum cenſet, quod iura reddat dum ait.

Καὶ κ' ἔνθ' ὑπνοπόλοιο καὶ εἰσέτι Νικάνδροιο
Μνῆστιν ἔχοις, θεσμὸν δὲ Διὸς ξένιοιο φυλάσσοις, i.
Iā te Nicādri memorē precor eſſe poetæ,
Atque Iouem iura hoſpitibus reuerebere dantem.

Sic lex à Deo, preuaricatio autē legis à Diabolo, vt ait Diuus Ambroſ.[d]. Cæterū

a c.7.

b ad Romanos c.2.

c carmine finali Alexipharmacon.

d Sermone de Ieiunio. & canon. ſexta die, 35. diſtinctione in Decretis.

& diſtinguenda nobis ſunt iura humana à diuinis ſanctionibus, in quibus maior perfectio quàm in humanis conſtitutionibus, Nam quanuis multum ab illa perfectione participent, humana diuinis tamen comparata iniuſta fermè ſunt. Omnes enim Iuſtitiæ noſtræ abſque Deo, velut pannus mēſtruatæ[a]. Debentque leges humanæ per ius diuinum, quantum fieri poteſt, rectificari, & per eius præſcriptum velut aurum per ignem, probari, ne contrariæ ſint, quanquam non per omnia & in omnibus ſimiles ſint. Habent enim impares fines particulares, quanuis ſalus populi, ſuprema ſit & conueniens diuino iuri, conſideratio. Nam humana iura vt potiſſimum conſiderant pacem hominum, & externa ſemper, cum gloria Dei (qui finis omnium communis eſt) laudem bonorum, animaduerſionem in delinquentes: & ad ſimplices cogitationis fines, qui propriè iuris diuini ſunt, nō progrediuntur. Quocirca Vlpianus ait cogitationis pœnam nemo meretur iure inquam, humano[b]; iure diuino diuerſum tamen eſt, vt liquet ex præcepto, non concupiſces rem proximi[c], & apud Mathæum [d] quicunque viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt.

a *Ieſaia. c.64.*

b *in l. cogitationis, l. 18 de pœnis lib. 48. pan tit. 19. & 5. c.*

c *Exod.*

d *20. c. 5.*

eſt. Commune id tamen, vt. Omnia iura firma & immutabilia conſtitui debeant. Inde Xenophon[a]. probat leges, quas iuris gentium dicere poſſumus, Deum hominibus dediſſe: vt quæ à cunctis hominibus, etiam idioma vnum non intelligentibus, ſeruentur. Idque ea ratione, placuit Iuſtiniano.[b]. Ita lex etiam ad naturæ varietatem, immutabilis & perpetua fertur.[c]. Neque moueat ſcrupulum quod aliquando legibus derogetur, vel hę penitus abrogentur: hoc enim non ex legis natura, ſed ratione accidit ſubiecti negotij, & hominis occaſione, quæ mutabilia ſunt: pro quorum vrgente neceſſitate lex variat iuſſa & decreta: vis legis autem eadem vt ait Innocentius tertius.[d]. Quod probari poteſt ex eo, quod lex diuina conſtans & perpetua eſt. atque ideo lex veteris teſtamenti perpetua dicta & in legalibus, vt affatim ſuppetunt eiuſdem voluminis teſtimonia: Nam in primis circuncíſio ſub fœdere ſempiterno Abrahæ data.[e]. Item eius azimi in æternum [f]. immolatio agni veſpertini. [g]. Feſta.[h]. Nihilominus tamen, hæc lex ceſſauit.[i]. vt prædictum erat per Hieremiam. 31. c. ibi, in diebus, inquit Deus illis, feriam domui Iacob fœdus nouum. Quia aduc-

3 (beside "aliquando legibus derogetur")

*a lib. 4 de factis & dictis Socr.*
b *in §. ſed naturalia, de iure natural. gent. & ciuil lib. 1. inſtit. ciuil. tit. 2.*
c *Iuſtiniã. in §. vt autē lex. de nō alienã. rebus eccleſiæ, in authen. coll. 2. tit. 1. Theodoſ. & Valent. Cæſares, in l. Arrian. l. 5. de hære. lib. 1. c. tit. 8.*
d *in c. non debet. c. 8. de conſan. & affinitæ.*
e *gen. c. 17.*
f *Exod. 12.*
g *Exod. 29.*
h *Leuit. 22. & 29.*
i *Paul. ad Hebr. 8. c.*

niente maiore perfectione & gratia, illa quæ tantum, vmbram præferebant ceſſarunt.i.remanente ſubſtantia,id eſt veritate: & pro occurrentibus neceſſitatibus iura mutari & tolli debere veritas ipſa ſatis docet, quemadmodum nouis plagis & morbis, nouæ medicinæ adhibendæ ſunt. Et nouo generi delictorum, vel delictis ipſis, aliquo in loco frequentatis, pœnę acriores aſperioreſque imponi ſolent. Vt doctè ſtatuit Claudianus ex Demoſthenis teſtimonio, & ex Homero.[a]. Quod quidem fit non iudicis authoritate, ſed eius, qui legis condendæ habet facultatem, vt pote principis vel ſenatus, vel conſilij publici Vlpiano teſte.[b]. Atque idcirco à lege apoſtolorum, qua prohibebatur, actuum.15.c. abſtinendum eſſe à ſanguine & ſuffocato, auctoritate & vſu eiuſdem eccleſiæ apoſtolicæ, receſſum eſt. Sunt enim tempora, naſcentis eccleſiæ, & prouectæ, diſtinguenda. in illis quidem lacte, in his autem ſolido cibo, opus fuit. Vnde colligitur immutabilitas ſubſtantiæ legis & veritatis, etſi forma mutetur interdum. Cæterum homo, inſtrumētum nobiliſſimum eſt, per quod ratio effectum ita diuinum operatur. at non in homine ſiſtendum eſt, ſed vlterius pro-

a *Iliad. 24. in l. aut facta. l.15. de pœnis lib.48. π. tit.19.*
b *in.l. moris. l. 9. eiuſdem tit. de pœnis.*

progredi neceſſe,ad Deum vſque. Nempe qui hominem ſingulari dono & munere rationis & Iuſtitiæ decorauit. Hæc eſt imago Dei,hæc Phronema Anacreōti, & perfecta ſapientia Ciceroni.[a]. hæcque ratio, cuique homini pro lege data, quam ſi tanquam ducem ſequamur, nunquam aberrabimus,vt ſcribit idem Cic.[b] qui & hac nos belluis præſtare voluit: vt verum eſt. Nam neque huius animalis vnquam anima,virtutem percipiet,à quo rationem abſtuleris, vt ait Plato [c].Et hæc eſt mens, & ignis quem furatus eſt Prometheus à Ioue,apud Heſiodum[d].Quem expreſſit Claudianus [e] his verbis.

a 1.*de legib.*

b 1.*offi.1. de legi.* & 3.*Tuſcul.*

c *in Epino.*

d *in ergis.*

e *in 4. Honori, cōſulatu verſu.* 223.

Diſce orbis, quod quiſque ſibi, cùm conderet artus
Noſtros, æthereis miſcens terrena Prometheus,
Sinceram patri mentem,furatus olympo
Continuit clauſtris, indignantemque re uinxit.
Adiunxit gēmas; illæ cùm corpore lapſæ
Intereunt, hæc ſola manet, buſtoque ſuperſtes
Euolat,hanc alta capitis fundauit in arce,
Mādatricem operum, proſpecturámque labori.

ſemen iuſtitię. quo fit vt & iuſtitiā quod
ad habitum pertinet, quem ἕξιν dicit A-
riſtoteles, ad Deum referamus, quod ha-
bitu ſecundum eundem Ariſtotelem,
πολυχρονίους καὶ δυσκινήτους habeat effectus,
diuturnos & motu difficiles. QVAN-
TVM autem ad DIATHESIM pertinet,
cum DIATHESES habeant εὐκινήτους καὶ
εὐμεταβλήτους affectiones mobiles & facile
mutabiles, ad hominum animam refere-
mus & voluntatem. Et hac in re maxi- 7
mè deceptus Carneades, acutus & ſubti-
lis magis, quam conſtans & Chriſtianus
diſputator iuſtitię, qui iuſtitiā, ſine ſtulti-
tia eſſe poſſe negat: Lactantio Firmiano
teſte [a]. Iuſtitiam cum ſtultitiæ ſubiecto
conſiderans, falſo tamen. Potiſsimum ſi
iuſta trutina appendantur verba Iuſtinia-
ni & iuriſconſultorum, vbi ſemper rati
ſumus, & probabilius viſum eſt, dictio-
nem, conſtans, indicare iuris ſtationem
quam diximus iuſtitiam: idque periphra
ſis iuſtitiæ demonſtrat, dū dicimus ꝙ iu-
ſtitia ſit iuris ſtatio vnde ꝓfluat ius. Quā
quidem ſedē & ſtationem, Deū eſſe exi-
ſtimo, in quo ſunt omnes theſauri ſciētiæ
& ſapientiæ abſconditi. Nec minus elo-
quenter, analogia dictionis ferit aures,
quādoquidē in aliis nominibus, illa rece-
pta, &

a *Lib. 5. de falſ. Iuſtit. c. 15.*

pta, & ꝓbati authores non pugnãt: vt interſtitiũ pro interuallo, inter vnã & alterã ſtation. Queẽadmodũ ſtata ædificia & tẽpora: dicimus. Et Cicero [a]. iuſtitiũ edici pro iuris dãdi intermiſſione, dixit. Et Liuius ſæpe. Atq; iuſtitia δικαιοσύνη quaſi δικαίυ συνεσις, id eſt, iuſti intellectus, qui ſolũ verè apud Deũ eſt, ex quo ius & eius lex manauit. Cui ſentẽtię nec illud, ꝙ per certa & diuerſa tẽpora leges ꝓmulgatę fuerint, aduerſatur: tum enim non incipit eſſe lex, cùm ſcripta eſt, ſed cùm orta eſt: Orta autem eſt ſumma cum mente diuina. Authore Cicer. [b]. Sic ſecundum DEMOSTHENEM [c]. lex donum dei. cuius ſententiam amplectitur MARTIANVS iuriſconſultus, &c. Et dominus, iudex & legifer noſter [d]. cuique nullus ſimilis [e]. Et huius ſtudij ratione quis nos ſacerdotes legitimè dixerit ait VLPIANVS [f]. & ita iuſtitiam colimus, id eſt Deum authorem iuſti, ita, iuſtitia de
8 cœlo profſpexit, [g]. Quare vt author Cornelius Tacitus, [h]. neque animaduertere, neque vincire, neque verberare quidem, apud Germanos, niſi ſolis ſacerdotibus permiſſum, non quaſi in pœnam, nec ducis iuſſu, ſed velut Deo imperante. Et apud Ægyptios

a. *Oratione de Aruſpicum reſponſis.*
b. 3. *de legib.*
c. *in Ariſtogitonem: & in l. 2. de legi. lib. 1. pin. Tit. 3.*
d. *Eſa. 33. c.*
e. *Iob. 36. c.*
f. *in tam citata l. 1. §. huius ſtudij de Iuſtitia.*
g. *Pſal. 84.*
h. *lib. de mor. germanor.*

Reges, à quibus pendēt leges, ex ſacerdotibus, teſte Diodoro Siculo creātur. quod & Plato lib. de regno tradit, imo & reges ſacris initiari cogi ait. Et plerunq; reges Iſraël erāt ſacerdotes, vt Iudas Macchabę⁹ & Alexāder & alij teſte abbreuiatore hebræo Ioſeppi. Tales reges Romanorū antè conſules, pulſi regno, vt Liuius[a] ait & Dionyſius Halicar.[b] Accedit ꝙ iuſtę & veręe viæ regis ſeculorū dicātur[c]. Sic Iudices Dij nūcupati ob iuſtitiā in Exodo[d]. nā iudices nō hominis ſed Dei exercent iudiciū[e]: idcirco ſtatutū, & obſeruatur, iudices iurare debere, ſe in omnibus dirimēdis, æquitatē & iuſtitiā ſeruaturos, tactis ſacroſanctis Dei Euāgeliis, ex formula Iuſtiniani[f], vt inquit in verſiculo, ſic enim attendētes ſacras ſcripturas, & Dei preſentia cōſecrati, ex maiore pręſidio lites dirimāt. Quod chriſtianus rex Galliæ obſeruari, in curiis ſingulis annis, voluit: potiſſimū in ſenatu, vt Dei timor & obſequiū, antè oculos, ſupremis iudicibus ſubiiciatur. Et Dei beneficentia deuinciatur: quę duobus pręcipuè veluti quibuſdam neruis retinetur, pietate ſcilicet & iuſtitia: quibus non inconſulte, imò ſi Deus velit felici omine, inſignia Noſtri Regis Caroli noni, ſunt ſelecta. PIETATI ET

a lib. 1.
b in 5.
c Apocal. ſ. 15.
d c. 23.
e 2. Paralipon. c. 19.
in l. rē non nouā l. 12. de iudiciis lib. C. 3. titu. 1.

9

TE ET IVSTITIA. quibus duobus Deus maximè demulcetur. Ait enim Apollonius Rhodius, Ζεὺς αὐτὸς τὰ ἕκαστ' ἐπιδέρκεται, οὐδέ μιν ἄνδρες λήθομεν ἔμπεδον, οἵτε a lib. 2. Argonaut. verſu 1085.
θεουδέες οὐδὲ δίκαιοι, id eſt[a]. Ipſe Deus, ſingula videt, Neque homines ipſum latēt perpetuò, Si ſunt pij vel iuſti. Seruius etiam Sulpitius authore Quintiliano Antiſtites, iudices, vt ſacrorum antiſtites, dixit. b 8. c.
Et apud Hieremiam[b]. non peribit lex de Sacerdote, nec conſilium à ſapiente. c pro Aulo Cluentio.
Et Cicero[c] religionem, iudicis officium, habere, docet: eſt inquit ſapientis iudicis, meminiſſe ſe hominem, cogitare tantum ſibi à populo Romano fuiſſe permiſſum, quantum commiſſum & creditum ſit: & non ſolum ſibi poteſtatem datam, verum etiam fidem ſibi habitam, meminiſſe, poſſe, quem oderit abſoluere: quem non oderit, cōdemnare: & ſemper nō quid ipſe velit, ſed quid lex & religio cogat, cogitare. Et meminit Plato etiā d In libro ciuili. vel de Regno.
[d]. à Magiſtratibus ſummis, in plurimis Gręcorū ciuitatib⁹ pręcipua ſacra inſtitui.

---

## CAP. IIII.

*Diuinitatis Iuſtitiæ, à ratione probatio.*

DEINCEPS, inſtrumentum quo iuſtitiam comprehendimus, probat

Dei eſſe opus, iuſtitiam. Nempe ipſa ratio, quæ ſui natura diuina, vim habet in corpore mortali ſæpè ipſa mutabilis. Quia Iuſtitia vi rationis eruitur, atque eius, per eam, participes reddimur. Ratione inquam per quam vnicè à brutis, cum animæ immortalitate, diſtinguimur. Et ideo naturalem Iuſtitiam, æquitatis rationem, Modeſtinus dixit[a]. & teſte Rabbino Aben Tybbon, in ſua Hebræa Phyſica, quam vocat רוח החן Ruach Hachen. i. ſpiritum gratiæ, c. i. נקרא זה חכח נפש מחרברת אונפש המשכלת. Nikra ze hacoach Nepheſch hamedabbereth o nepheſch hameſacceleth, i. vocatur hæc facultas propria hominis, vis animæ ad loquendum vel ad intelligendum. & de hac, intellectúque, idem eodem, c. 3. diſputat Tybbon. Et hæc, illa eſt, mea ſententia quam Deus inſufflauit cum anima, in protoplaſtum in eius Geneſi[b]. ſic rectè Cicero[c]. dixit, nos natura iuſtos eſſe factos. Huic etiam rationi, leges in- 2
nituntur, hac fouentur, & iuſſa tuentur: nam legis anima ratio eſt[d]. Ratio autem pars animi, qui quaſi tetrachordum quoddam intellectu ratione, Phantaſia, ac ſenſibus, ſi credamus Platonicis conſtat. Intellectus diuinus eſt, in quo

nihil

a *In l. ſcire oportet l. 15. §. ſuffi- cit de ex- cuſat. tu- tor. lib. 27. ff. Titu. 1.*

b *Geneſ. 1. c.*

c *primo de legibus.*

d *Cano erit autem lex 4. diſtinct.*

nihil eſt niſi ſimplex ac purum & vnifor-
me. Imaginatio & ſenſus mortales partes
ſunt, proinde mutationibus varietati-
búſque refertæ. Media Ratio propria eſt
humanæ naturæ, arbitriúmque anceps ha
bet inclinandi ad diuina, & ad mortalia,
vt ait Carolus Valgulius,[a]. ideo hæc ra-
tio cõſummata felicitatem hominis im-
pleuit: vt ait Seneca[b]. Et Phocylides in
ſententiis. τῆς δὲ θεολόγος ἐστὶν ἄριστος σοφίης.
3 Verũ diuinitus inſpiratæ Sapientię ratio,
optima eſt. Et tradit Lucretius[c]. Caput
eſſe quaſi, & dominari in corpore toto.
Conſilium, quod nos animum, mentém-
que vocamus:
Idq. ſitũ media regione in pectoris hęret.
Hic exultat enim pauor, ac metus: hæc
loca circum (que eſt.
Lætitiæ mulcent: hic ergo mens animúſ-
Cætera pars animę, ꝑ totũ diſſita corpus.
Paret: Et ad numen mentis, nomenque
mouetur.

QVÆ cum ita vera ſint, & aperta habeãt
& nuda principia, non dubium conſiliĩ
firmitatem & certitudinẽ, ad Deum re-
ferendam, qui verax; omnis autem homo
mendax. Vt Paulus tradit ad Roman.[d]. &
alibi & in illo namq; vt ſcribitur libro
ſapientiæ[e]. ſpiritus intelligentiæ ſanctus,

a *In proœmio ad Muſicam Plutarchi.*
b 77. *Epiſtola. ad Lucillum.*
c *Li.3 Verſu 139.*
d *c.3. & in Euangelio.*
e *c.7.*

humanus,benignus, ſtabilis, certus,ſecurus,omnem habēs in ſe virtutem,omnia proſpiciēs Iuſtitiáque vapor virtutis Dei, & emanatio quædam Claritatis eiuſdem omnipotentis,ſincera,nihilque ideo in ſe coinquinatum habens.

---

## Cap. v.

*Iuſtitiam, perfectam anacephalæoſim virtutum eſſe, & per conſequens à Deo.*

HVIVS rei gratia cōſiderari par eſt, 1 Iuſtitiam non tantū virtutē ſimpliciter eſſe,ſed omnium virtutū virtutem, idque ex Philoſophorū omnium cōſenſu. Subſcribit Iuſtinianus[a]. teſtatúrque hanc alias virtutes,in ſe complecti:quod excerptum ex Gnomis Elegiacis Theognidis[b]. & ex Ariſtotele[c].cōſentiente Cælio Rhodigino[d] & Diuo Hieron[e]. Atque & Menedemus Cretenſis,idem eſſe temperantiam,fortitudinem ac Iuſtitiam voluit,& veluti gladiū ac enſem,appellari. Zenóq; Citicus Definiens Iuſtitiā,ait eſſe eā quæ ſuum cuique tribuit: in rebus aſſumēdis, Temperantiam:& in perpetiendis,fortitudinem.Teſte Plutarcho[f].Conſentítque Meno Platonis,quodcunque inquit, cum Iuſtitia ſit,virtus eſt, quod autem abſque illa,

a *Titu.20. collatio 5. in nouellis Rubrica vt omnes obediant indicib. prouinciar.*
b *Carminéq;.147.*
c *Lib.5.Ethicor.*
d *Lib.23.c.14.*
e *ad Demetrium.*
f *Lib.de virtute morum.*

illa, eiuſque ſimilibus, Prauitas. Et congruit maximè huic, virtutis vera finitio vel deſcriptio, potiſſimum illa quæ à Nicolao Borbonio Carmine comprehenſa eſt: dum ait.

Virtus eſt ſtudium veræ pietatis, & ardēs
Quod dat donum, Deus.

Nam Iuſtitia verè donum eſt peculiare Dei elargitū hominibus. Vt cecinit etiā Heſiodus[a]. citatus etiam à Porphyrio[b].

*a In Ergis verſu 374.*
*b Lib. 11. De abſtinentia animalium.*

Τὸν δὲ γὰρ ἀνθρώποισι νόμον διέταξε κρονίων,
ἰχθύσι μὲν, καὶ θηρσὶ καὶ οἰωνοῖς πετεηνοῖς,
ἔσθειν ἀλλήλους ἐπεὶ οὐ δίκη ἐστὶν ἐπ' αὐτοῖς,
ἀνθρώποισι δέδωκε δίκην, ἣ πολλὸν ἀρίστη
γίνεται. i. Hāc hominib. legē diſpoſuit Satur. piſcibus quidē & feris, auibus & volucribus, ſe mutuo vt deuorēt: quādoquidē, Iuſtitia carent. Hominibus autem, dedit Iuſtitiam, quæ multo melior eſt. Quamobrem cum virtutum cumulus omnium, nullo modo ſit in aliquo mortaliū, quia quiſque ſuos patitur manes & vitiorum habet fomitem, non eſt quod vſurpemus nobis abſolutam Iuſtitiam, ſed oportet ſuo authori Deo relinqui, eam interim quantum conceditur exercentes: & ita nos hac in parte, Theoſophi dicemur, qui probè ſi de ea ſentiamus, & Sophiam Iuſtitiæ profitemur.

b

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

## Cap. VI.

### *De legum inuentione & immutabili natura.*

Et ex his omnibus iam etiam apparet, quis fuerit legum verus & primus author: & mendacium gentilium conuincitur, quorum aliqui primam legum inuentricem nudè prædicant Cererem, vt Plinius voluit[a]. & alij, ſicut & quidam Moſem datorem dicunt. Hi enim veram legis originem non callent. Nam ſi fatentur, Iuſtitiam à Deo, vt nemo inficias ibit, legem autem autument ab hominibus, inuentumque illorum, vnum corpus, membratim diſcerpunt, & vim animamque legis, rationem inquam, ab ea ſegregant. Etenim legiſlatores, licentiam & authoritatem legum promulgādarum à Deo acceperunt[b]. Et rurſum[c] dicitur, Deum, ideo de Cœlo Imperium conſtituiſſe, vt leges aptaret negotiis ſecundum naturæ varietatem. Et Iuſtinianus[d] ait diuino quodam motu, legiſlatores ad actiones, & earum iura perueniſſe. Hinc leges ſacratiſſimæ dictæ, & conſtringentes hominum vitæ[e]. Et nos ideo ſerui legum vt Cicero docet[f] dum ait. Multo eſt indignius 1

a *Lib. 7. c. 56.*
b *in §. 1. vt hi qui obligatas per hibent ſe habere res minor in authen. Colla. 6. Tit. 2.*
c *in §. quia igitur de inſtrumentor. fide & cautela.*
d *in l. Final de præſcriptione longi tempor. lib. 7. C. Titul. 33.*
e *in l. leges ſacratiſſimæ l. 9. de legibus lib. 1. C. Titu. 17.*
f *pro Aulo Cluentio.*

recedere

recedere à legibus, hoc enim vinculum eſt huiuſce dignitatis qua fruimur in Republica, hoc fundamentum libertatis, hic fons æquitatis: mens & animus & conſilium & ſententia ciuitatis poſita eſt in legibus. Vtque corpora noſtra ſine mente, ſic ciuitas ſine lege, ſuis partibus, neruis ac membris vti non poteſt. Legum miniſtri, Magiſtratus: Legum interpretes, Iudices: legum denique idcirco omnes ſerui ſumus, vt liberi eſſe poſſimus. Et Diuus Paulus ad Romanos[a]. Lex inquit,[a] in homine dominatur quanto tempore viuit. atque ſcire conuenit quod non omnis iuſtitia in lege eſt, ſed lex ex iuſtitia, & lex tantum iis qui ſub lege ſunt loquitur, vt omne os obſtruatur, & ſubditus ſit omnis mundus Deo, per legemque cognitio peccati[b]. Nicander etiam[c].[b] non id oblitus eſt. Dum Deum eo ſolo amandum cenſet, quod iura reddat[c] dum ait.

Καὶ κ᾽ ἔνθ᾽ ὑπνοπόλοιο καὶ εἴσετι Νικάνδροιο
Μνῆστιν ἔχοις, θεσμὸν δὲ Διὸς ξένιοιο φυλάσσεις, i.
Iã te Nicãdri memorẽ precor eſſe poetæ,
Atque Iouem iura hoſpitibus reuerebere dantem.

Sic lex à Deo, preuaricatio autẽ legis à Diabolo, vt ait Diuus Ambroſ.[d]. Cæterũ

a c.7.

b ad Romanos c.2.

c carmine finali Alexipharmacon.

d Sermone de Ieiunio. & canon. ſexta die, 35. diſtinctione in Decretis.

& diſtinguenda nobis ſunt iura humana à diuinis ſanctionibus, in quibus maior perfectio quàm in humanis conſtitutionibus, Nam quamuis multum ab illa perfectione participent, humana diuinis tamen comparata iniuſta fermè ſunt. Omnes enim Iuſtitiæ noſtræ abſque Deo, velút pannus mẽſtruatæ[a]. Debentque leges humanæ per ius diuinum, quantum fieri poteſt, rectificari, & per eius præſcriptum velut aurum per ignem, probari, ne contrariæ ſint, quanquam non per omnia & in omnibus ſimiles ſint. Habent enim impares fines particulares, quamuis ſalus populi, ſuprema ſit & conueniens diuino iuri, conſideratio. Nam humana iura vt potiſſimum conſiderant pacem hominum, & externa ſemper, cum gloria Dei (qui finis omnium communis eſt) laudem bonorum, animaduerſionem in delinquentes: & ad ſimplices cogitationis fines, qui propriè iuris diuini ſunt, nõ progrediuntur. Quocirca Vlpianus ait cogitationis pœnam nemo meretur iure inquam, humano[b]; iure diuino diuerſum tamen eſt, vt liquet ex præcepto, non concupiſces rem proximi[c], & apud Mathæum [d] quicunque viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt.

a *Ieſaiæ. c.64.*

b *in l. cogitationis, l. 18 de pænis lib. 48. pan tit. 19.* & *5. c.*

c *Exod.* d *20. c. 5.*

eſt. Commune id tamen, vt, Omnia iura firma & immutabilia conſtitui debeant. Inde Xenophon[a]. probat leges, quas iuris gentium dicere poſſumus, Deum hominibus dediſſe: vt quæ à cunctis hominibus, etiam idioma vnum non intelligentibus, ſeruentur. Idque ea ratione, placuit Iuſtiniano.[b]. Ita lex etiam ad naturæ varietatem, immutabilis & perpetua fertur.[c]. Neque moueat ſcrupulum quod aliquando legibus derogetur, vel hę penitus abrogentur: hoc enim non ex legis natura, ſed ratione accidit ſubiecti negotij, & hominis occaſione, quæ mutabilia ſunt: pro quorum vrgente neceſſitate lex variat iuſſa & decreta: vis legis autem eadem vt ait Innocentius tertius.[d]. Quod probari poteſt ex eo, quod lex diuina conſtans & perpetua eſt. atque ideo lex veteris teſtamenti perpetua dicta & in legalibus, vt affatim ſuppetunt eiuſdem voluminis teſtimonia: Nam in primis circuncisio ſub fœdere ſempiterno Abrahæ data.[e]. Item eius azimi in æternum.[f]. immolatio agni veſpertini.[g]. Feſta.[h]. Nihilominus tamen, hæc lex ceſſauit.[i]. vt prædictum erat per Hieremiam. 31. c. ibi, in diebus, inquit Deus illis, feriam domui Iacob fœdus nouum. Quia adue-

3

*a lib. 4 de factis & dictis Socr.*
b *in §. ſed naturalia, de iure naturali gent. & ciuil lib. 1. inſtit. ciuil. tit. 2.*
c *Iuſtiniã. in §. vt ante lex. de nõ aliena. rebus eccleſiæ, in authen. coll. 2. tit. 1. Theodoſ. & Valent. Cæſares, in l. Arrian. l. 5. de heret. lib. 1. c. tit. 8.*
d *in c. non debet. c. 8. de conſan. & affinitæ.*
e *gen c. 17.*
f *Exod. 12.*
g *Exod. 29.*
h *Leuit. 22. & 29.*
i *Paul. ad Hebr. 8 c.*

progredi neceſſe, ad Deum vſque. Nempe qui hominem ſingulari dono & munere rationis & Iuſtitiæ decorauit. Hæc eſt imago Dei, hæc Phronema Anacreōti, & perfecta ſapientia Ciceroni.[a] hæcque ratio, cuique homini pro lege data, quam ſi tanquam ducem ſequamur, nunquam aberrabimus, vt ſcribit idem Cic.[b] qui & hac nos belluis præſtare voluit: vt verum eſt. Nam neque huius animalis vnquam anima, virtutem percipiet, à quo rationem abſtuleris, vt ait Plato [c]. Et hæc eſt mens, & ignis quem furatus eſt Prometheus à Ioue, apud Heſiodum[d]. Quem expreſſit Claudianus [e] his verbis.

Diſce orbis, quod quiſque ſibi, cùm conderet artus
Noſtros, æthereis miſcens terrena Prometheus,
Sinceram patri mentem, furatus olympo
Continuit clauſtris, indignantemque re uinxit.
Adiunxit gēmas, illæ cum corpore lapſæ
Intereunt, hæc ſola manet, buſtoque ſuperſtes
Euolat, hanc alta capitis fundauit in arce,
Mādatricem operum, proſpecturámque labori.

a 1. *de legib.*

b 1. *offi.* 1. *de legi.* & 3. *Tuſcul.*

c *in Epino.*

d *in ergis.*

e *in* 4. *Honori, cōſulatu verſu* 223.

## Cap. VII.

### *Cur homines legibus & conſtitutionibus regantur.*

NVnc autem obſeruatione dignum videtur, cur homini leges datæ cũ præſtãti illa vi animę obſeruẽtur. Quamobrem & reminiſci par eſt, nõ ſolum homini, legem ſui officij datam fuiſſe in creatione, ſed etiam rebus omnibus, à qua tamen nuſquam, niſi pro magno miraculo & prodigio, recedũt: homine dempto ſolo, creaturarum nobiliore, qui ſua cum deflenda pernicie, cum dignitate ſibi indita, longè à tramitibus legis ſuæ rationis, proprię ducis, ſciens prudenſque aberrat. Miſer certè hac de cauſa, & ceteris peius animal, rebus inanimatis deterior proſtituens diuinitatem ſuam, & declinãs ad reliquorum animantium ſpurcitiem, factus ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus.[a] Cum enim in honore eſſet, non intellexit, & comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus ipſis[b]. Imo peior. Nam teſte Iſaia.[c] Bos cognouit poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui, homo autem nec Deum creatorem, nec ſe ipſum nouit. Idque & admirandum, quod in ordinatio-

a *Pſal.* 31.
b *Pſal.* 48.
c *Ieſaiæ.* c. 1.

natione Dei perſeuerat dies[a]. Et ipſo mã- a *Pſal.118.*
dante omnia creata ſunt, ſtatuitque ea in
ęternum, pręceptum poſuit & non præte
ribit[b]. Et vt ait Dion. Chryſoſtomus, b *Pſal.148.*
Pruſæus. Sophiſta[c]. περὶ νόμου ἐστὶν ὁ τὴν θά- c *libello de*
λατταν κατείργων, ὁ τὴν γῆν ἥμερον ποιῶν ὁ τοῦ *lege.*
Διὸς ἐτεὸν υἱός, ὁ τὴν ἀήττητον καὶ ἀνυπέρβλητον
ἰσχὺν ἔχων, id eſt lex inquit Mare eleuat,
terram inferiorem tenet, eo quod Iouis
filia verè, quę inuictam & inſuperabilem
habet vim. Deus mari legem litorum
poſuit, quã nõ tranſgreditur.[d]. Terra, cõ- d *Pſal.48.*
tra legem ſibi impoſitam, ſurſum non aſ-
cendit, motu proprio: Et cum dictum il-
li, producat terra herbam virentem, ha- *Geneſ. 1.*
bentem in ſe fructum, factum eſt ita [e].
Ignis deorſum per ſe nõ fertur. Cœlum-
que lege ſua continenter rotatur. Et Ni-
cander ita fatetur in Alexipharmacis cum
de Corio loquitur.

Καὶ γὰρ inquit, δὴ τὸ, ποσειδάωνι συνδαίμεναται ἐχθραῖς
Πῦρ μὲν ἀείζωον, καὶ ἀχύνετον ἔτρεσεν ὕδωρ
Ἀργέσταο, χαίρ' ἡ μὲν ἀκοσμήσασα φιλοργὸς,
Δεσπόζει νικῶντι καὶ ἐμφορέων ἀΐζηλον,
Ὕλη δ' ἐχθομένοιο πυρὸς κατὰ θεσμὸν ἀκούει, id eſt

Pontum Neptunus, & ignem
Ventorũ leuibus voluit ſeruire procellis,
In partéſque rapi varios metuẽtia vẽtos.
At maris imperio tumidi, lõgęq; carinæ,

Et iuuenes parẽt, q per vada cæca ferũtur,
Sylua inimico igni, naturæ ſubdita lege
eſt.

a ad Hebræos. & Pſal. 77.

Angeli legẽ miniſterij implent.[a]. Stellæ circuitus, progreſſus, regreſſus ſeruãt: quatuor anni tẽpeſtates recurrũt. Res deniq. omnes & ſingulæ, in officio, legéque naturæ perſeuerãt & cõtinentur, dempto vno homine. vt iã pro certo habeatur verè Plinium dixiſſe.[b]. nihil eſſe miſerius vel ſuperbius homine. Quocirca, hominibus quotidiè à iuſtitia & ratione declinantibus, nullo faciente bonum, nec vno ſolo,[c]. opus fuit vt diuina quadam ope, ſubueniretur. & vt pars illa animæ nobilis, in illis, veluti à mandragora ſopita, exercitaretur, ſaltem in aliquibus: cum in manu Dei ſolius ſit poteſtas hominis, & ſuper faciem ſcribæ imponat honorem ſuum, & in tempus ſuſcitet vtilem rectorem ſuper terram[d]. Hoc quoque negotium commiſſum legi. quæ eſt infirmitatis humanæ tutum quoddam præſidium, q Dion. Pruſieus vocat gubernaculum[e] verè humanæ ſuperbiæ frænum, a Deo optimo maximo ceruici iniectum. Vnde prodiit Dauidis oraculum.[f]. De cœlo auditum fecit Iudicium Deus, terra tremuit & quieuit. Ex hac lege caſtigatio-

b lib. 2. c. 7. & lib. 7. c. 50.

c Pſal. 14.

d Eccleſiaſt. c. 10.

e in oratione de lege.

f Pſal. 15.

gationes, pœnæ & vindictæ, ob ſcelera quæ ab hoc homine cõmittũtur, & mors ipſa. Nec cõtemnẽdum teſtimoniũ Rabbini Moſche filij Maimonis, qui maximę opinionis inter Hebręos eſt Iudæos. Hic itaque in epiſtola de Aſtrologia, ſic ait.

היא תורת משה רבינו ע"ה שכל מאורעות
שארעו בעולם וכל יסורין שיבאו בדרך
מקרה לכלל בני אדם דין ומשפט הם:
וכן אמרו חכמי האמת רבותינו ע"ה אין
מיתה בלא חטא ואין יסורין בלא עון.

Eſt ipſa lex Moſis piæ memoriæ, Omnia in mundo contingentia, & omnes caſtigationes, quæ vniuerſis filiis hominum adueniunt, ius eſſe & iudicium. Et ſic dixerunt verè ſapientes magiſtri noſtri, quorum memoria ſit in pace, non eſt mors abſque peccato, & non ſunt caſtigationes abſque delicto. Et Diuus Auguſtinus[a]. Legem in veteri teſtamento poſitam ait, vt conuinceret tranſgreſſores. Ideoque lex opus Dei, quia Deus conſcripſit, & conſtituit[b]. Nataque caſtigatio legis, quia homo Deo non obtemperauit. Idcirco Deus in Ezechiele[c]. ait ſe dediſſe Iudæis, non bona præcepta, id eſt aſpera, quòd ingrati fuerint ex tot bonis: dictãte Iuſtitia, vt præceptis ſeuerioribus premerentur. vt interpretatur. Idem Auguſtinus[d], neque id alia mente, quàm

a *Lib. 2. quæſt. in Exo. quæſt. 116.*

b *2. Cor. 5. c. & Romano. 7. i. 6. 20.*

d *quæſtio. 44. in quæſtionibus veteris & noui teſtamenti.*

vt homo ſe hominem eſſe cognoſcat. Scriptum enim eſt.[a]. Conſtitue domine legiſlatorem, vt ſciant gentes quoniam homines ſunt.

a *Pſal.9.*

## Cap. VIII.

*Qui & à quibus, & quomodo leges latæ.*

MAgnum igitur beneficium Dei, Iuſtitiæ interpetes leges, quæ aliquando purè, Dei ore prolatæ fuerunt, vt Diuina vtriuſque teſtamenti præcepta Decalogi & Euangelica, aliquando per ora principum etiam impiorum, mouente mentem Deo, hominibus conceſſæ. Nunquam enim Deus, Qui omnium rerum, prouidentia ineffabili, curam gerit, vel potuit hominis qui princeps creaturarũ ſuarum mortalium, obliuiſci, quin monitis naturalibus & diuinis non admonuerit à vitiis & impietatibus eſſe diſcedẽdũ. Quibus intrinſecus tacti quantumcumque corruptam habuerint erroribus mentem, non potuerunt lumen rationis naturale homini, ſed diuinum conceſſione, omnino contemnere. Et ita leges propalare, qui magis defęcata erant mente inter Ethnicos aggreſſi ſunt. Atque vt profanum vulgus ad obſeruationem incitarent,

rent, Dei mandato proferre eas ſe, prætexuerunt. Sic Numa Romanorum Rex, à Nympha Egeria leges accepiſſe perſuaſit Plutarcho authore.[a] Et Lycurgum ſibi Spartiatæ perſuadent, à Pythia leges acceptas & edoctas tradidiſſe, authore Herodoto.[b] Et fuit quidē neceſſaria hæc perſuaſio, cum hominis vitioſa conſuetudo, improbos, non omnino inſulsè, omnes iudicet homines. Et quæ, niſi altior iuncta ſit poteſtas, vix poſsit, vel difficulter, ſecundum Pyrrhonis Elienſis ſententiam, hominem exuere: neque homo, quùm ſub perpetuo motu agat, vt ait Ariſtoteles, per ſe iuſtus & conſtans verè dici poteſt.

a *in eius vita.*

b *Herod. lib. 1.*

Tanquam ſit firmum, puncto quod mobilis horæ,
Nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc ſorte ſuprema

Permutet animos, vt ait Horatius. epiſtola vltima.[c] Et Mercurius Triſmegiſtus[d] ait Deum ſolum immutabilem & ſtabilem, cætera omnia mutabilia. Et teſte D. Ambroſ.[e] proclinis, & mutabilis eſt humana conditio, vt quò intenderit eò vergat. Quod firmat Theognides in Gnomis elegiacis[f] & eius reddere videtur rationem, dum ait.

c *lib. 2. epiſt. verſ. 169.*

d *in aſclepi. c. 11.*

e *lib. de Ioſeph.*

f *carmine 27.*

Ἀμαρτωλαὶ δ' ἐν ἀνθρώποισιν ἕπονται
Θνητοῖς, Κύρνε θεοὶ δ' οὐκ ἐθέλουσι φέρειν.
Καὶ βραδὺς εὔβουλος εἷλεν ταχὺν ἄνδρα διώκων
Κύρνε σὺν ἰθείῃ θεῶν δίκῃ ἀθανάτων,

Peccata,homines inſequuntur mortales, dij verò nolunt ferre: & lenta cõſultatio, cœpit celerem hominem, Cyrne, cum recta deorum immortalium,Iuſtitia.Primus autem Deus per ſeipſum legem dedit homini,vel ad regulam vel in peccatorum cautionem, ne in ea impingeret, vt gen.2.c. De fructu vitæ non comedes, in quacunque hora comederis morieris, Deinceps & maiori indignatione, iuſta tamen commotus, & leges alias, idem ipſe cum ſeueritate locutus,mandauit.Idque tantum per ſeipſum in peculiari populo, fecit:at inter nationes à vero cultu alienas, quæ ſe Dei colloquio indignas reddiderunt, per huius ſeculi prudentes homines & per naturales diuinitatis igniculos,leges promulgari fecit,ne poſthac ignorantiæ vllam obiicerent excu-
ſationem.Et hoc ordine conſtat leges la- 2
pidi digito Dei inſcriptas,à Moſe populo ſuo primũ datas.[a] Et cũ cœpit popul⁹ Dei
a c.31. Exo. ſcriptis vti legibus.Ideo Rabi Moſche filius Maimõ, in articulis fidei Iudæorũ ait.
העיקר השמיני היא תורה מן השמים:

והוא שנאמין כי כל זאת התורה בידינו
היא חב:וכה למשה 'והיא מפי הגב:ורה.
ר'ל' כי הגיעה אליו כלה ספי הגבורה.
ההגעה הנקראת דבור: ולא נרע איך היתה
החגעה ההיא אלא עהוא ע"ה ידע אותה
אשר היתה מגעות אליו:

[a]Octauum fundamentum Lex de cœlis venit. Credamus neceſſe eſt totam iſtam legem, quæ in manibus noſtris verſatur, datã Moſci ab orefortiſsimi Dei, hoc eſt, quod tota deriuata ſit ad ipſum, ex ore fortiſsimi Dei. Deriuatióq; illa vocatur loquutio Et nos quidẽ ignoramus quomodo facta fuit defluxio illa. At ille (ſcilicet Moſce) ſuper eũ pax, nouit per quẽ modum ad ſe peruenit. Hactenus Rabi Moſce. Ita lex per Moſem data vt etiam teſtatur Strabo. [b] Et Iuſtinus ex Trogo [c]qui multa Bibliæ loca truncatim refert. Vt etiam Cornelius Tacitus [d] qui & Moſem nouos ritus dediſſe ſuis, tradit. De hac lege Moſis meminit Galenus lib. 2. de differentiis pulſuum. Et Iuuenal. Iudaicum addiſcunt, & ſeruant, ac metuunt ius, Tradidit arcano quodcũque volumine Moſes. De hoc etiam meminit; & vult extitiſſe eum, tempore Inachi regis Argiuorũ, Ptolomeus Mendeſius, in rebus Ægyptiis. Item Hellanicus, Philochorus,

a c.31. Exo.
b lib. 13.
c lib. 36.
d lib. 21.
e Saty. 14.

Caſtor, Tullus polyhiſtor, Ioſephus, Philo, Diodorus Siculus in 1. Et Iuſtinus martyr in libro ad gentiles. Diuus Iohãnes in Euangelio ibi, nonne, &c. Alij autem populi aliis leges acceptas ſuas referunt notæ præſtantiſſimæ viris. ſic à Phoroneo Argiui primum leges acceperunt: is autem fuit vt vult Pauſanias[a] filius Inachi qui primus diſperſos ante homines & ſeorſum habitantes, in vnius ciuitatis ius compulit. Et vt ait Plinius. [b] Is fuit antiquiſsimus Græciæ rex, qui & Argos condidit, quanquam alij ab Arga Agenoris filio conſtructum opinentur, inter quos eſt Higinius, & Euſthathius Homeri interpres, cui tamen reluctatur communis ſcholiaſtes in annotationibus εἰς τὴν ά ῥαψῳδίαν quem vide, cum Nicolao Gerbellio. [c] Et à Mercurio Theutate acceperunt Ægyptij leges ſuas, vt quidam volunt. Et Cicero conſentit, [d] à Minoe, Cretenſes: teſte Pauſania [e] Qui & de legibus ferendis Minoem, Iouem conſuluiſſe refert, & Strabo [f] & hic in Camerina ciuitate Siciliæ occubuit, rex Cretæ vt refert Herodot. in Polyhymnia [g] & Ariſtoteles [h] iſque poſt mortẽ, propter inſignem ſuam Iuſtitiam, iudex animarum factus fingitur, cum Rhadamãtho

*c. 1. & 19.*

*a lib. 2. in rebus Corinthijs.*

*b lib. 7. c. 56.*

*c lib. 7. in picturã ſiue deſcriptionem Græciæ Sophiani.*

*d lib. 3. de natura Deorum.*

*e lib. 3. in Laconicis*

*f lib. 10.*

*g lib. 7.*

*h lib. 2. polit. c. 8.*

tho,teſte eodem Strabone.[a] Et Homero a lib 3.
[b] qui ita ſcribit. b odiſſea. 1.
Ἐνθ' ἤτοι Μίνωα ἴδον διὸς ἀγλαὸν υἱὸν ver. 594.
Χρύσεον σκῆπτρον ἔχοντα θεμιστεύοντα νεκύεσσιν·
Hic Minoa Iouis clarum de ſanguine
vidi.
Qui aurea ſceptra tenens,dat iura rigentia functis.

Et meminit Vergilius[c] Quæſitor Minos c lib. 6. AEneid. verſ. 432.
vrnam mouet, &c. Et Plato de eo plura, in Dialogo qui Minos inſcribitur, vbi & de Rhadamantho iudice & Talo, qui ab illo curam acceperat obeundi vniuerſam prouinciam in ſingulos annos, legum cuſtodiendarum gratia. Vocat etiã [d] Cicero hunc Minoem, inferorum iudicem inexorabilem. Locrẽſibus autem leges ſtatuit Zaleucus, de quo & de Minoe etiam,meminerunt Valerius maximus [e] & Ariſtoteles [f] & de Zaleuci legibus agit Diodorus Siculus.[g] Porrò iſte, leges ex Cretenſibus, Spartanis & Areopagitarum inſtitutis mutuatus eſt,nouè tamen pœnas, quæ iudicum arbitriis tribuebantur,ſuis legibus terminauit. Putauit enim iudices ipſos haud eandem, eadem de re,habituros ſententiam,oportere autem eaſdem approbare,& de contractibus iiſdẽ, ſimpliciori quodã modo

d primo Tuſcul. lib.
e in 5. c. 6.
f lib polit.
g lib. 12. Biblioth.

inſtituere. vt author eſt Strabo. [a] Hic Zaleucus Pythagoræ diſcipulus, vt etiã Charundas, vt refert Diogenes Laertius [b] in Pythagora. Hos imitatus in legibus ferendis Plato, vt vult Cicero [c] vbi paruifacit Timæi opinionem, qui Zaleucum fuiſſe negauit, vt etiam rurſum idem Cicero in epiſtolis ad Atticum [d] omnium epiſtolarũ epiſt.108. Timęum in eo Theophraſtum non iure reprehendiſſe ait. Charundas autem fuit legiſlator Thuriorum. Vt ait Diodorus Siculus [e] & Mazencii eius legibus vtebantur, eligentes aliquem legisperitum, qui eſſet eis legũ interpres, quemadmodum apud Romanos ſunt Iuriſconſulti, vt dicit Strabo [f] Draco & Solon Athenienſibus dederũt leges, vt apud Plutarch. [g] Et apud Iuſtinianum, [h] Pauſaniam, [i] Iuſtinum, [k] Athenæum, [l] & alios. Et ita Lycurgus perſuaſit Lacedæmoniis, Zaleucus Thuriis, Solon Athenienſibus vt legibus ſuis vterentur. Hic Solon, leges ſuas non ſolum promulgatione, ſed etiam iure iurando eorum qui iudicaturi erant, confirmandas cenſuit, vt ait Demoſthenes: [m] Huic ſucceſſit Ariſtonicus, qui legem fecit piſcium vendundorum, vt ait Athenæus. [n] Androdamus autem Rheginus, primus legem

a lib.5. Geogra. lib.8.
b lib.2 de legibus.
d lib.6. epi. ad Attic. epiſt.1.
e lib.12.
f lib.12.
g in eorũ vitis.
h in § ſed ius quidẽ ciuil. de iure natu. gent & ciuil lib.1. inſtit. ciuil. tit.2.
i lib.1 rei. atti.
k lib 2.
l lib.1 dipnoſo phiſtõ. c.2.
m in orat. pro Cteſiphonte, ad uerſus Aeſchinẽ
n lib.6. dipnoſophiſt. c.2.

legem dedit Chalcidenſibus,& Onomacritus primus etiam, ſecundum aliquos Cretenſibus, vt teſtis Ariſtoteles[a] qui & plura de Lycurgo, Philolao Thebanorũ legiſlatore,& Pittaco. Mantinęis dedit etiam Nicodorus pugil. Authore Nicolao Gerbellio[b] Et Spu. Poſthumius, Manlius, & P. Sulpitius Athenis Romam leges tranſtulerunt. vt ait Liuius.[c] Aliique aliis nationibus primi dederunt.

*a 2. polit.*
*b lib. 1. piſtu. Sophiani.*
*c lib. 4. ab vrbe condita.*

---

CAP. 9.

*De legislatoribus Gallorum & lege Salica.*

1 GALLIS autem legiſlatores primi feruntur Druidę, vt teſtis eſt Iulius Cæſar[d] qui ex Britannia, in Galliam fuerunt tranaſlati, vt eodem ſcriptum eſt loco. Illis publica & priuata negotia, propter inſignem Iuſtitiam, demandata, circaque ea, ius ſtatuendi tributum vt ait Strabo:[e] erant enim ij ſapientes & Magi Galliarũ vt ait Plinius.[f] Quãuis Beroſus[g] aſſeruerit Comerũ Gallũ, qui nomẽ Regno de ſuo dedit, leges & Iuſtitiã docuiſſe ſubditos. Verũ poſtea forsã quędã

*d lib. 6. de bello Gal.*
*e lib. 4.*
*f lib. 16. hiſtor. nat. c. 44.*
*g lib. 5.*

adiecerunt Druides poſtremi: Quique perſeuerarunt vſque ad Claudium Cæſarem, qui eam religionem Druidarum, vt pote diram & immanem, ciuibus interdictam ſub Auguſto, penitus aboleuit. vt refert Suetonius Tranquillus,[a] Verum antiquiſsima lex Regni, in Gallia ab his Druidibus non emanauit, proprio nomine dicta Salica. Qua & cauetur, vt regia dignitas ad proximiores, eoſque maſculos, regis poſt obitum ſemper deuoluatur, omnino fœminis ſecluſis. néve ad exteros regnum, quouis titulo, donationis, legatíue, vel inſtitutionis iure perueniat. Condita tempore Pharamundi Regis Francorum, Ab Vſugaſte, Loſogaſte, Salogaſte, & Viſogaſte, quatuor viris Sapientiſsimis Sicambris. In quos omnes reipublicæ, & regni magnates, proximíque regis, conſenſerant[b] imitati priſcos aliquos, apud quos per genus, vt inter Lacedemonum, Macedonúmque reges, Imperium deferebatur. vt refert Diogenes Laërtius. Et hac in re Diuinum quoddam veſtigium retinetur ſanctionis regni, non aufferetur ſceptrum de Iuda. Vt Reges populi electi Dei, ex ſtirpe regia erant, ſicut conſtat liquidò ex libris

a in Claud. c. 23.

b Robert. Gaguinus in annal. Gallor. lib. 1. c. 3.

c lib. 3. in vita Plat.

d geneſ. 49

Regum & Paralipoménon. Non aliter quam vt & Sacerdotes ex genere Sacerdotum etiam eſſe debebant [a]. Conſecratus quippe Aaron, cum ſemine ſuo, in ſempiternum & reſeruati in miniſterium Domini filij Leui [b] vnde filij Ioia, filij Acis, filij Berzelai, à Sacerdotio pulſi, quod non inueniſſent ſcripturam Genealogiæ ſuæ [c]. Et Galenus [d] ait, Regnorum ſucceſſionem fuiſſe hæreditariam, [e] qua nobilitas retinetur, potiſſimum ex vnica ſuccesſione maſculorum. vt non immeritò etiam inter populares, lege diuina in populo Hebræorum, non ſuccederent filiæ directo ſtipite, niſi deficientibus maſculis, quæ lex ponitur in Numeror. lib [e]. Et conſuetudine Feudo-
3 rum ſuccedunt maſculi tantũ, in Feudo paterno [f], in Feudo fœmineo etiam maſculi primi [g] quinimo hac conſuetudine, paternum Feudum non conſequebatur filia mortuo patre, ſine maſculis, niſi filia à Domino redemiſſet, vel dominus illi conceſsiſſet [h]. nam qui Feudo ſucceſsit debet exequi quæ ad Feudi naturam pertinent, quæ tamen mulier præſtare commodè nequit citra labẽ pudoris, & incõmodum domini, propter plures rationes quas enumerat & probat Baldus [i]. Quibus

a *Exod. 28.*
b *Nume. 3. c. & 8.*
c *lib. 1. Eſd. c. 2.*
d *comẽ. in aphor. 59. lib. 5.*
e *c. 27.*
f *c. 1. de ſucceſ. feud. lib. 1. feud. tit. 8.*
g *c. 1. de feud. ſfœmin. lib. 2. feud. tit. 30. & in c. 1. de natur. ſucceſ feud. eod. lib. 2. Tit. 50.*
h *c. 1. quẽ-ad. feu. ad filiã perti. lib. 1. feud. tit. 24.*
i *in l. quoties. C. de ſuis. & legiti. hæred.*

forſan, vel potentioribus rationibus, ſuaſit M. Cato legem populo Romano, ne quis mulierem hæredem inſtitueret, vt refert. L. Florus [a]. Quique hanc tuliſſe ſcribit Q. Volũnium Saxam, Tribunum. Quod tamen, inter nobiles hodiè diuerſum, nam admittuntur & fœminę, niſi vel pacto, vel lege maiorum prohibeatur, tunc enim excluduntur vt ſæpe iudicatum fuit: nec munus virile iniunctum, eas arcet à ſucceſsione, quia id poterit mulier per alium implere quod per ſe non poteſt, ſi formam fidelitatis & iuramentum contempleris, de quo in titulo De noua forma fidelitat. [b] permiſſum enim eſt ſatisfacere muneribus, per ſubſtitutum, [c] cuius rei qui ſitim omnino ſedare deſiderat, videat Petrum Iacobi [d], Guillelmum Benedicti [e], & ita in Gallia ſeruatur, excepto regno, in quo lege Salica mulier omnino reiicitur. Rationes autem ſubiicere, cur hoc receptum ſit, non expedit, nec compendium patitur. Erat & alia particula legis Salicæ quæ primogenitos maſculos præfert in ſucceſſione: de qua habes textum in c. vnico de filiis natis & matrimonio ad morganaticam contracto [f].

a *lib. 41 Epito.*
b *in vſib. feudor. lib. 2. tit. 7. & in cano de form 22. quæſt. 5.*
c *L. quiſquis cenſibus fuerit. l. 16. & in l. ad ſimilitudine. l 21 de Epiſc. & cleric. lib. 1. C. tit 6*
d *in practi tit. de arbor. ſucceſ. feud.*
e *in repet. cap. Raynuntius, in verbo duas habens filias. numer 67.*
f *lib. 2. feu. tit. 29.*

CAP.

## CAP. X.

*De nomine legis Salicæ, & ſalis myſteriis.*

SEd quia in legem Salicam incidimus,
1 placet, quia noſtri regni propria eſt,
de eius nomine quędam repetere. de quo
variæ fuerunt opiniones. Et poteſt qui-
dem primum à Salicibus dici. Eo quod,
tempore quo lata eſt, cùm Galli ſiue
Franci nullas elegiſſent ſedes, Galliis
nondum ſubactis forſan inter Salices lata
fuit, indéque Salicta vel Salica dicta. Al-
ciato, & Beato Rhenano [a] ante eum,
vnde ille omnia, à Saliis Germaniæ popu-
lis nomen trahit: hi enim etiam in Fran-
conia vulgo dicta, habitant, vnde pulſi
fuerunt Galli. Accedit quod Amianus
Marcellinus lib. 17. de Conſtantino ſcri-
bens, Francos vulgo Salios, appellari
ait: Quos ita nuncupatos putat Andreas
Althamerus in Tacitum, à Sala fluuio,
quo pars Franciæ Orientalis irrigatur.
Alij à ciuitate Salechanti Germaniæ vl-
tra Rhenum, vbi Galli habitabant dedu-
cunt nomen. Alij à ſalis condimento, ſed
quare ita, nemo explicat. Refert tamen
2 Guillelmus Benedicti [b] nihil vltra. At
ſubeunt mihi monumenta & reliquiæ

a *lib. 1. rer. germ.*

b *in repetit. capi. Raynunti in verb. duas habens filias nume. 75.*

antiquitatis, quibus edocemur, pacta, ſacrificia, leges, actúſque reliquos, ſalis aſperſione cõfirmatos. In primis Leuit. [a] ſic ſtatutũ eſt. וכל-קרבן מנחתך במלח תמלח ולא תשבית מלח ברית אלהיך מעל מנחתך על כל קרבנך תקריב מלח: Et omne donũ oblationis tuæ in ſale ſalies. Et nõ facies quieſcere ſalem, fœdus Dei tui, quin ſit ſuper ſacrificium tuum. Super omne munus, aſperges ſal. Et libro Numerorum. [b] erit fœdus & pactum ſalis in ſeculum. Quod explicatur in traditionibus Iudęorũ, in peruſchim mitzvot lo tahaſe, præcepto. 320. vbi לא להקריב קרבן בלא מלח שנאמר לא תשבית מלח ברית אלהי▭ מעל מנחתך על כל קרבנך תקריב מלח כי להקריב ל'ה' אשר נבחרים ואשר תעם טוב. i. nõ offerendum munus ſine ſale, quẽadmodũ ſcriptũ eſt: nõ quieſcere facies ſal fœderis Dei à ſacrificio tuo, ſuper omne munus aſperges ſal. nã oblatione ad Deũ, actus ſimiles fiũt reb. electis, & boni guſtus[c]. Quomodo autẽ factũ fuerit, hoc fœdus ſalis, nobis ignotum eſt, nec ſcriptum reperimus. Cùm, quod ea forma cognita forte cùm vulgo foret, à Moſche non exprimatur: tum verò quod tempus edax, & vſum & memoriam ademit. vt ingenuè etiam Cardin. Caieta-

a c.2.

b c.18.

c Marci, 6.

Caietanus,doctiſsimus alioquin vir,fateatur ſe neſcire,vt & Thomas de Veio [a]. Id tamen remanet,Salem in pacto & fœdere interueniſſe,firmiſſimamq; dediſſe fidem,non minus ac ſi apud Scythas inſtillato in calicem digitorum inciſorum ſanguine proprio. intinctis gladiis, duo vel tres ad ſummum, poculum propinantes combibiſſent, amicitiæ fœdera ſancientes, pro more illorum, teſte Luciano.[b] Vtq. Medos & Lydos,in firmiſſimo feriendo fœdere, Herodotus ait [c] brachia, qua parte humeris connectuntur, mutuum ſanguinẽ delingere ſolitos. At myſteria ſalis,minimè nos latent, hic enim eſt ſimilitudo, & allegoria,vt quemadmodũ ſalis vires hæ fœliciores ſunt, vt diſsipet & digerat humidũ totumq; abſumat:& quod reliquũ eſt ſubſtantiæ ſolidæ, adſtrictione contrahat,.& conditura ſua carnes à putredine tueatur,ſecundum Galenum [d] & Ariſtotelem [e] & Amatum Luſitanum [f].Item Macrobiũ [g].Sic etiam accedente ſalis extrinſeca adiectione, id, cui accedit incorruptum eſſe debere demonſtrabatur. Et quemadmodum omne ſalſum fit mediocre cum mediocri calore,vt ſcripſit ſubtilis medicus Hieronymus Çardanus [h].Sic pactum, negotium

a in annotatio. in dictum c. Lenit. 2.

b in Toxa vide.

c in prime.

d lib. 11. de natur facult. & lib. 9. c. 9.

e lib. problemat. ſectio. 21. queſ. 5.

f in contenta in Dioſcor. Anazarañ lib. 5. enarratione. 86.

g lib 7. Saturna. c. 12. in pri quaſ.

h lib. 3. de rer. varietate. c. 14.

& lex, omnia iuſta, ſignificantur, quæ in mediocritate, & æqualitate conſiſtere, & moderata eſſe debent. vt ait Ariſtot.[a] Non tacebo Homerum,[b] Salem diuinũ appellaſſe πάσσε δ' ἁλὸς θείοιο quod doctiſsimè examinat Plutharchus[c] conferens locum Platonis vbi ait, τοὺς αἰγυπτίους, ἱερέας ἁγνοὺς ὄντας ἀπέχεσθαι τὸ πάμπαν ἁλῶν. ὥστε καὶ τὸν ἄρτον ἄναλον προσφέρεσθαι, id eſt Ægyptios ſacerdotes caſtitatem agentes & purificatos, abſtinere prorſus ſalibus: panémque inſalitum comedere, vt puto quòd maximæ authoritatis ſal in ſacris, vt legitur apud Vergilium[d].

Iāq; dies infanda aderat, mihi ſacra parari,
Et ſalſę fruges & circum tēpora vittæ. 3

Et mola ſalſa in ſacrificis efferebatur, vt ait Pluthar. eodē, pariter & Plinius[e]. Ideo neque mirum ſi à ſale lex ſit Salica myſticè dicta, & ſi ſal in eius ſanctione interuenerit. Fueruntque antiquis temporibus ſolemnitates obſeruatæ, quæ diuerſæ à noſtris ſunt, v naquæque namque ætas ſuos habet ęmulos & aſſeclas. Et hęc forſan non videbuntur antiquitatis amatoribus infrugifera, quāquam & lubens cum Rhenano, Claudiano, Amiano Marcellino, Gallorum gentem à Saliis populis dictam fatear.

a lib. 5. Ethicorum.
b Iliade. 1.
c in Sympoſio.
d lib. 2. Aeneid. verſ. 132.
e lib. 10. c. 73. & lib. 31. c. 7. & li. 11 c. 42. in hiſto. naturali.

CAP.

## CAP. XI.

*De vnctione Regũ & regno Galliæ & moribus Gallorum & aliis Salicæ legis notationibus.*

1 VErum Regnum Galliæ in hoc maximè, antiquitatem retinet, & diuinam inſtitutionem: quemadmodum etiam in eo quod noſter Rex vngitur oleo, vt eius imperium de cœlo confirmatum eſſe doceatur. veluti legimus primum Regem Saul, conceſſum Populo Dei, à Deo ita approbatum, vnctione Samuelis, nam Regum lib. 1. [a] ſcriptum eſt. Tulit autem Samuel lenticulam olei, & effudit ſuper caput Saulis, & deòſculatus eſt eum, dicens. Ecce vnxit te dominus in principem. Dauid Rex ſecundus, etiam vnctus iuſſu Dei [b] ab eodem Samuele: vnde & is proprius Regibus Iudæorum ritus perſeuerauit vt ait Lactantius [c] & Salomon à Sadoch Sacerdote vnctus, qui ſumpſit cornu olei è tabernaculo & vnxit [d] & hi in adoleſcentia fuerunt vncti[e], vt etiam plures in Gallia potiſsimum duo fratres, quorum vnus ſuperſtes, cui det Deus, fortitudinem & timorem Dei Dauidis, & Sapientiã Salomonis. Vnctus

a c.10.
b 1. regum. c.16.
c lib. 4. de vera ſapiẽtia. c.7.
d 3. reg. c.1.
e vt ait Can. preſbyter. 78. diſtinc.

a reg.3.c.19 etiam. Namſi in regem ſuper Iſrael, & Hazael ſuper Syriam [a]. A quibus autem vngi debeant Reges, non immorabor, nã ex ſuperioribus conſtat, id fieri debere à Sacerdotibus. Et Imperatorem à ſummo antiſtite vel eius mandato [b]. Alios verò Reges à ſuis Metropolitanis: Regem Galliæ, à Remenſi: Regem Angliæ, à Cantuarienſi. Et in reliquis, conſuetudo inſpicitur, quemadmodũ in obſeruando mẽbro quod inungi debet. Quandoquidẽ Galliæ & Angliæ regum capita, inunguntur etiam & reliqua mẽbra quæ ex pontificiali libro, quiſq. colligere poterit: Et ex ſumma Hoſtienſis, in titulo de Sacra vnctione[c]. Chriſtianorum certè regum, vnctio propria. Quod Chriſtiani ſint. Et Devs noster Iesvs Christvs & Meſchiah, ideſt vnctus, dicitur. ideo Ieſaias ait, Spiritus domini ſuper me, eo quod vnxit me. Et in Geneſ.[d]. Ego ſum Deus Bethel, vbi vnxiſti lapidem. & oleũ effuſum, nomen Dei eſt [e] & hæc vnctio quam accepimus omnes à Christo docet nos, vt ait Diuus Ioannes [f]. Quod in figura prędictum erat in Exodo [g] vbi iuſſit Deus Moſchi vt componeret oleum ſanctum, quo vngeret tabernaculum Teſtimonij, Arcam teſtamenti, men-

b c. venerabi. §. 1. ver. ſed et princeps de elect. lib. 1. decretal. tit. 6.

c §. a quo & qua liter. verſ. vnctiõ Regis

d c. 31.

e Cantic. 1.

f epiſto. 1. c. 2.

g c. 30.

menſamque cum vaſis & candelabrum. Et Deus verbum caro factum, verè fuit vnctus & vnctio, de eoque dictum, dilexiſti Iuſtitiam & odiſti iniquitatem, propterea Deus vnxit te pręconſortibus tuis[a].quod expreſsè de Meſchiach dictum eſt vt explanat Chaldaica verſio, in qua legitur vt ſequitur: A tô tu Rex Meſchiach, quoniam dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lętitiæ abundantius, quã cõſortes tuos. Ab hoc CHRISTO, qui rex regum eſt, & dominus dominorum[b]. Cæteri reges Chriſti dicti ſunt. pſalm. 104. ibi nolite tangere Chriſtos meos, vbi in Hebræo Chaldæo & Arabico legitur, nolite tangere Meſhichai, id eſt vnctos meos. Et apud Ieſaiã[c]. Hæc dicit dominus Cyro Chriſto eius. Vbi Cyrus ita dictus, eo quòd Deus in miniſtrum eum aſciuerat: nam in eodem capite ſequitur, cuius aprehendi dexteram, &c. Verùm magis proprio & particulari nomine, ſuper reges omnes, noſter rex Chriſtus & vnctus dicitur, quòd fauore & bonitate Dei oleo diuinitus conceſſo, non ab hominibus expreſſo, vngatur, & à tempore quo fides illi prædicata eſt ſemper, miraculosè approbatꝰ è cœlo

a *pſalm. 44.*

b *Apocalyp. 19.*

c *c. 45.*

fuit. Percuſſúmque hoc fœdus primum cum Clodoueo primo Chriſtiano Galliarum rege. Cui baptizando à Beato Remigio, cùm Chriſma deficeret, è cœlo allatum eſt numine diuino, vt refert Annonius monachus[a]. Gaguinus, Æmylius & alij Galliæ Chronographi, & adhuc remanet tantæ rei tamque ſacroſancti pignoris miraculum: ſupereſt namque phiala, qua delatum eſt Chriſma, apud Remos, quæ cum ingenti & admirando miraculo, plena ſemper remanet, citráque humanum opus decreſcit appropinquãte regis interitu, & rege vngendo, iterum repletur. Refértque Gaguinus[b] Ludouicum xj. à Remenſibus hanc ipſam ampullam auocaſſe, vt tempus ſuæ mortis ex ea addiſceret: quę demum priſtinum in locum reſtituta eſt. Ex hac diuina vnctione nemo eſt qui dubitet regẽ Galliæ, miraculorum operatorẽ euadere, vt Dei opt. Maximi chariſſimum & certum miniſtrũ. is enim ſanat ſolo tactu Chæradas ſiue ſtrumas, quas vocant, *eſcrouelles* Galli, Itali, Scrofole, & Hiſpani lamparones. Et ego horum teſtis ſum qui bis Tholoſæ, in eccleſia Metropolitana ſancti Stephani, anno 1565. plures curari à Carolo 9. cum Gallias luſtraret, vidi: teſtantur itidẽ omnia

a *lib. 1. de geſt. Francor. c. 16.*

b *in vi. Lodoic. 11.*

nia circumuicina regna, à quibus, mede-
læ cauſa, ad regem ſingulis annis turma-
tim accurrũt. Adde huic Chriſtianiſſimo
regi, eſſe pro inſigniis lilium. De cuius
laudibus & triumphis, & triplicitate, ab-
ſolutum extat opus Iohannis Ludouici
Viualdi in opere regali. Hoc autẽ lilium
2 è cœlo ſimul conceſſum, cum antea reges
Galliæ Bufones pro inſignibus haberẽt.
Vtrumque in natura ſigillo abdito re-
conditum, nunc forſan à me primo, ſcri-
pto propalatum. Si quidem, quod non
ſemel admiratus ſum, in capite Galli
Gallinacei in cerebro integrè ſine fra-
ctura exoſſato, (quod fit facilè in mul-
tum elixato) comperies, facie vna Bu-
fonem, quo in dorſum verſo, altera facie
exprimitur miro artificio lilium. Vnde
mihi ſymbolum certiſſimum, monar-
chiam vltimam in regem Galliarum de-
uolui debere. vtpote qui à Deo tantis de-
coretur cœleſtibus donis, vt quemadmo-
dum à Gallis cœpit poſt inundationem
aquarum, diſſeminari genus humanum,
ita in eos vltimum imperium redeat.
Fuerunt enim Galli dicti, hi qui in ar-
cha Noachi ſalui euaſerunt, id eſt inunda-
ti. Hoc enim, Galli nomen, Hebraice de-
notare creditur. Indéque dictum genus

nauigij, quod Galléras dicimus. vt ſcribit Ann.us Viterbenſis[a]. & expreſſè Xenophon[b]. Iuuátque noſtram hanc opinionem, Naturæ affinitas, & veluti mores G:lli gallinacei, cum moribus pares fermè Gallorum, de quibus Plinius[c]. compendiosè refert. Gallos aues, natura genitos vigiles, in excitandis ad opera, mortalibus: noſce ſydera, horas cantu diſtinguere, cum ſole ire cubitum, diei ortum nuntiare, ſuo generi imperitare, regnum in quacunque domo exercere, pugnaces, victores cantare, victos tacere, ægrè ſeruitium pati, ſuperbos gradiri recta ceruice, terrorem leonibus ferarum generoſiſſimis, incutere: Diis gratos eſſe. omitto cætera, quæ de Gallis notat ipſe, & quæ refert Ariſtot.[d]. Et Rhodiginus[e]. ſimiliter & fabuloſa de adoleſcente in auem conuerſo, de quibus Homerus etiam[f]. & Ouidius[g]. Lucianus[h] in Gallo. Sufficit Plinij iam annotatus locus, quem Galliæ hominibus congruere cōſidera. Sunt enim vigiles, pugnaces, natura feroces ingenióq. acres, vt dixit Iſidorus. & vt Strabo.[i] præter vim & audaciam, nullū ferentes bellis adiumentū. Et multa illorū bella finitimis, Delphis, Romanis, Orientalibus illata, id teſtautur. Neque aliud ſupereſt,

a *In commentariis ad libr. 5. Beroſi.*
b *Lib. de æquinoctis tempor.*
c *Li. 10. naturalis Hiſtor. c. 21.*
d *lib. 1. de animal. & libro 2. c. 12. & 17. Et libr 4. c. 9.*
e *Libr. 16. c. 13.*
f *Odyſſea 21.*
g *Libr. 4. Metamor.*
h *in Dialogo de Somno.*
i *Libr. 4.*

eſt. quàm quòd cum ſole eant cubitum, & eatenus criſtam & galeam erigant, & pro capite Galli, cerebrum, id eſt lilium victorem educant in lucem vltimum remanſurum, quando Deo Optimo Maximo id manifeſtum fieri libebit. Fuerunt enim etiam apud antiquos Galli victoriarum certiſſima auſpicia. Vt Plinius ait. Et Bellonus[a]. Atque ex his conſtare poteſt pactum imperij, regibus noſtris à Deo firmatum vnctione & lilio: vti in pactum regni, regibus Romanis dabatur ſceptrum, ſymbolum fortitudinis & Iuſtitiæ cum Diademate, authore Dionyſio Halicarnaſſeo[b]. Diuinum certè hoc, diuináque Salicæ legis ſucceſſio, regníque à patre in filium tranſmiſſio. Et ita tandem Salicam intelligis legem: cuius & aliæ poſſent & adduci cauſſæ, vel quòd ornatam præclaram habeat rationem & gratiam & ſapientiam, quemadmodum dicimus ſales orationis. & Paulus ad Coloſſenſes cap. 4.[c] ſermo veſter ſemper in gratia ſale ſit conditus. Vel quòd ad vitam tranquillam ſubditorum, ob reges pulſos alienigenas, reſpiciat, Aliáque capita forſan neceſſaria vitæ ſubditorum & principum, contineat. Quæ ſalis nomine conti-

a *Libr. 1. de natura Auium. c. 22. & lib. 5. c. 7.*

b *Libr. 3. Antiquitat. Romã.*

c *c. 4.*

nentur, vt Horatius libr. ſermonum pri-
*a Satyra 5.* mo[a].
*verſ 45. & Acron.* Proxima Campano ponti quæ villula, Tectum[a]
Præbuit & parochi, qui debent ligna ſalémque.

At iſta multis non placent, nec id quod comminiſci liceret, à quodam Salo latam. Et per manus Sicambrorum promulgatam. vt de Saliorum nomine ait Plutarchu[b].
*b In vitam Numæ.* Porrò vt quæ ſentiam paucis aperiam, quanquam quæ de fœdere ſalis diximus maximè placeant, vt potè veriſſima & antiquiſſima, veruntamẽ, exiſtimarem ego aliunde, & Salicæ nomen haberi. Et vt vnctionem, ſucceſſionem, inſignia, Reges à Sanctiſſimo Ducunt Hebræorum & Chriſtianorum vero & ſolo Deo: ita & nomẽ Salicæ legis Hebræum eſſe dixerim. vocant nãque Hebræi propaginem ſiue ramum ex quo fructus & arbores naſcũtur, שלחה Selucha, vt apud
*c c.16.* Ieſa.[c] עד יעזר נגעו תעו מדבר שלוחתיה נטשו עכרו ים i. vſq; ad Iaazer plaga eorũ: errauerunt in deſerto, propagines eius relictæ ſunt, tranſierunt mare. Et in Canti-
*d c.4.* cis[d]. vnde & lex Scheluchah, nunc corruptè Salica, dicta eſt lex propaginis, Regum galliæ lata à quatuor Sicambris: nemo

mo tamen ante hæc quod ſciam, animaduertit. verum Deo laus, qui nouit & illuminat abſcondita tenebrarum.

---

## Cap. XII.

*De authoritate legum & legiſlatorum. Et de modo quo olim leges promulgabantur, De legum ſcriptura & obſeruatione.*

1 SI quis ex ſuperioribus, authoritatem Iuſtitiæ & legum colligere voluerit, non poterit non admirari, & legiſlatores ipſos, & ipſa ſancita. Tum antiquitatem eſſentiæ cogitabit, & cognoſcet quòd ante homines erat, vt conſtat ex caſu Luciferi: qui Iuſto Dei iudicio demerſus eſt in profundum abyſſi, vt legitur apud Ieſaiam[a]. Et apud D. Auguſtinum[b] & quia ſemper lex quædam Dei, inter mortales viguit. Nam vt homines in cœtu, & vt benè viuant, opus eſt firmaq; lege, eáque, cuius tanta ſit authoritas, vt nemo vel violentia, vel dolo præuaricari ſe poſſe, aut debere confidat. Talis autem lex eſſe non poteſt, niſi legiſlator ſit, exiſtimetúrque diuinus: oportet autem eum ad homines mitti, diuina quadam prouidentia: quem ideo & prophetam, & humani generis

a *Ieſaiæ 14. c.*
b *de caſu Lucife.*

diuinum ducem, Plato & Auicenna cognominant. Et poetæ, quia Ioue, vel Iehoua, nullum ſanctiorem Deum nouerant, ab eo etiam leges fluxiſſe ſcribunt: & inter cæteros præcipuus, Homerus[a]. dum introducit Agamemnoni Achillē iratum, Dicentémque. Iuro tibi per ſceptrum, ἐν παλάμῃς φορέουσι δικασπόλοι, οἵ τε θέμιστας πρὸς Διὸς εἰρύαται, id eſt, quem in manibus ferūt iudices, quique leges à Ioue hauſerūt. & Galenus[b]. id docet, is enim ait legem ferre in primis deorum eſt, ſiquidem Deus rerum omniū pater, inter deos, omnia lege diſpoſuit. nam mundus imperio eius mouetur. & cęt. quæ late explicat. Et ita Ariſtot.[c] cum leges imperant, Deum imperare ait. Et rurſum Plato[d]. Quemadmodum beſtiæ, à beſtia, ſine homine, nequeunt feliciter duci: ita neque homines ab homine, ſine Deo. Et in Protagora ait, non potuiſſe homines ſimul viuere abſque lege, neque legē ſufficientem accipere ad hoc, à Prometheo, id eſt, à creata prouidentia, potuiſſe: ſed Iouem vnà cum lege miſiſſe Mercurium, id eſt, prophetam aliquem & interpretem: tradit & Marſilius Ficinus[e].

2 Cæterum ferendarum legum modi multiplices ſunt, aliquando enim & vt plerunque

a *Iliad. 1.*

b *In lib. an animal ſit quod in vtero eſt. docte in calce operis.*

c *3. Politicōn.*

d *lib. de regno.*

e *lib. 10. theolog. Platon. c. 9.*

runque & propriè videtur lex dici, quæ ſcripta eſt [a]. ſicut etiam Theophylactes [b]. in euangelio Iohannis ait, omnem ſcripturam legem dici. Et leges potiſſimum apud Romanos olim aliquæ, antequam populum adſtringerent, publicè elimina ri & deſcribi ſolitæ, ne quid addi, minui & dubitari poſſet. Idque nundinis ternis, quarum ſingulæ nouem dies continebāt, nono quoquo die Ruſticis ad mercatum, & ad leges accipiendas Romam venientibus. vt ait Macrobius [c]. obſeruatum cō modè, vt ſcita atque conſulta, frequentio re populo, referrentur. Et vt annotauit Beroaldus [d]. erat integrum per id tempus intercedere, ac tollere, ſi quid parum probaretur, aut videretur quippiam ineſſe vitij: trinundino verò elapſo, inciſa in tabulis æneis, reſcindi amplius ac infirmari, fas non erat: meminit Cicero de his, in Philippicis [e]. ibi, vbi inquit lex Didia. Et cæter. qua de re ſi plura deſiderantur, conſulendus Manutius Aldus [f]. Legimus etiam Gracchum, ſcribę iuſſiſſe, vt legem Agrariam recitaret, & M. Octauium Tribunum pleb. alterum, ſilentium ſcribæ impoſuiſſe, vt narrat Appianus [g]. Et pariter leges Romanorum ſcriptas æreis columnis, didicimus; illas inquam pręcipuè,

*a in canon. lex. 1 diſtinctio.*

*b in enarrationi. c. 12.*

*c lib. Saturnalio. 1. c. 16.*

*d in primā Ciceronis Antonian.*

*e philippica. 5.*

*f in additamen. ad Ambroſ. Calepinū, in dictione lex.*

*g lib. 2. de bellis ciuilibus.*

quæ à Decemviris, cum ex Græcorum
ſcripto iure, tum ex patriis conſuetudini-
bus mutuatæ fuerunt, & decem tabula-
rum dictæ ſunt, in vulgus emiſſæ, vt om-
nibus parerent, probarentur, & cuſtodi-
*a lib. 10.* rentur. Dionyſio Halicarnaſſeo teſte a.
quibus duæ aliæ fuerunt additę, quę pro-
pterea leges duodecim tabularum dictę.
Hę poſtea conflagrarunt, & igne ęra le-
gum fuerunt liquefacti, Cotta & Torqua
to conſulibus. vt Cicero autor b. ita lapi-
*b 3. catilinaria.* deas tabulas legum fuiſſe Hebræis, dixi-
mus. Et Solon leges ſuas axibus ligneis
inciſas, Athenienſibus tradidit. vt ſcribit
*c lib. 2. c. 12.* Gellius [c]. Verum ſciendum eſt verbum
noſtrum lego, à qua legis nomen profi-
ciſci dici poteſt, omnino Græcum eſſe
λέγω, quod dico ſignificat. quare & omne
ſancitum lex dici poteſt, omnéve quod
populo ſeruandum ſtatuitur, ſiue id ex
ſcripto, ſiue ſine ſcriptura proponatur
*d in vit. Homeri.* Quamuis Plutharcus [d]. dicat. καὶ ὁ νόμος λέ-
γεσθαι ἔοικεν ἀπὸ τοῦ νέμειν τὰ ἴσα πᾶσιν κατ' ἀξίαν
ἑκάστῳ. id eſt, νόμον legem dici ἀπὸ τοῦ νέμειν.
à diuidendo cuique æqualia ſecundum
dignitatem. Sed hoc de notatione nomi-
nis Græci. Nec etiam me præteriit à lego
etiam dici, id eſt ab eligendo, apud nos.
quæ interpretatio nobiſcum facit: patet
enim

enim latiſſimè, legis appellatio. Sic iuris regula, rectè lex dicitur. Papiniano[a]. Et Hellines ſignificãtius demonſtrarũt, ſcripturam legem non efficere, nec nomen tribuere: ſed quod iuſtum eſt, legem eſſe, eã *νόμον* nominantes. Et nouè ego duco à verbo Nomizo, quod rectè & legitimè puto, ſignificat.] Et inde etiã conſuetudo, analogiã trahere poteſt. quæ illis *νομὰ*. Et cuius loco ſignificãtes legẽ non ſcriptam & cõſuetudinem antequam, aliud nomen Emphaticoteron in promptu eſt, nempe Theſmos, ſecundum autem Pindarum[b] Thetmos & éros. Et antiqui non ex litteris diſcebant legem ante Moſem, nec ex libris, ſed munda præditi mente, ſpiritúſque illuſtratione, illuminabantur ſecundum Theophylactem c. Atque ſcriptura ſola, nec vim nec effectum per ſe addit, ſed memoriam rei retinet & ne gotij, vt vult Caius Iuriſconſultus d. Diocletian. & Maximie. Et Hebræi, morem, inſtitutum & legẽ, per vnũ vocabulũ exprimunt Thorah. à verbo Iarah, id eſt, docuit, vel vt magis placet, à thor, à conſiderando. Idcirco apud eoſdem diffinitur Thor.h, vt ſit intelligẽtia prçceptorũ, quõ ea fieri oporteat. heb. ita התורה היא Doctè etiam :תבונת המצוה היאך תעשה

a *in l. in his quæ contra natural. 14. de legib. lib. 1. Pin. tit. 3.*

b *c. hymno olim.*

c *in præfatione euãg. Matthæi.*

d *in l. contrahit. l. 4. de pignor. lib. 19. Pin ti. 20.*

e *in l. cum res non inſtrumen. l. 12. de probation. lib. 4 C. tit. 19.*

illam non ſcriptam. cum ius ſcriptum tamen ſit ſępius,non ſemper:vt ait Ariſtotel.[a]. Addo leges antequam literę eſſent, cantari ſolitas, ne obliuioni darentur. Et morem hunc Agathyrſis fuiſſe etiam cũ literis, vnde leges cãtilenæ dictæ ſunt,vt ait Ariſtotel.[b]. Et lex ideo diuina, ſcripta fertur,quod indigni eſſent homines reuelationibus,& diuini ſpiritus illuſtratione. vt ſcribit Theophylactes[c].Plenitudo autem legis,inquit D. Paulus[d].Eſt charitas infuſa, vt eodẽ, cap.5.in cordibus noſtris, per ſpiritum ſanctum,qui datus eſt nobis. quare Dominus IESVS,Iudæis ſcripturam nominatim oppoſuit, ſcriptum eſt in lege veſtra,quia ego dixi Dij eſtis[e]. Et ſcriptura in lege nihil aliud certè eſt, quã imbecillitatis, & corruptionis humanæ exemplum.Nam ante ſcripturam, lex vt lex naturæ,quam,ſcripto caruiſſe cùm ante Moſem eſſet, nemo negabit. nam & ante Moſem,qui legem ſcriptam è monte à Deo datam detulit,multi fuerunt iuſti, qui legem illam tranſgredi timebant. Et propter eam peccata vindicata,& diluuio,& igne, in Sodomis[f]. Et lex ſeruitutis filiis Chami à Noacho ſine ſcripto impoſita, propter eius peccatum[g]. Lex circunſionis data Abrahæ[h]. omitto longas

a *li.1.Rhetho.ad Theodectẽ.c.15.*
b *lib.problē.Sect.19.queſt.28.*
c *enarra.in euan.Math.in prolo.*
d *ad Rom. c.13.*
e D.*Iohã: in euangel.* c.10.
f *gen.c.7. & 19.*
g *gen.9.*
h *gene.c.7.*

Romæ vſurpatum ab inſtitutis duarum ciuitatum, Lacedemoniorum & Atheníenſium a. Aliter ſuperuacanea infinita iureconſultorum loca, vbi mores inſcripti Romanorum reperiuntur, qualis is, qui priſca Romanorum obſeruatione, circa ſubſtitutiones decedentium verſabatur b. de quo & Appianus c de Bellis ciuilibus. Conſuetudo, inquit Romanorum, in teſtamentis fuit, primis hæredibus ſecundos addere: vt ſi primi hæreditatem non adiiſſent nanciſcerentur vltimi: Qui mos d tamen ſcriptus eſt, & alij plurimi. & vt alius apudu Vlpia. Alius ab eodem. e Alius

2 per Iulianum, f. Alius, per Paulum g, & apud alios. Cæterum noſſe oportet, conſuetudines probas omnes, leges eſſe, non autem omnes leges eſſe conſuetudines. & Dion, Chryſoſtomus ſophiſta Pruſæus oratione περὶ ἔθους conſuetudinem per legem, veluti per genus, definit. Dum inquit ἐςὶ inquit δὲ τὸ ἔθος γνώμη μὲν τῶν χρωμένων κοινή, νόμος δὲ ἄγραφος ἔθνους ἢ πόλεως, δίκαιον δὲ ἑκούσιον, καὶ παντάπασιν ἀρέσκον, εὕρεμα δὲ ἀνθρώπων οὐδενὸς, ἀλλὰ βίου καὶ χρόνου, id eſt, Conſuetudo eſt communis lex eorum. qui ea vtuntur. Gentis verò aut ciuitatis lex non ſcripta, ius voluntarium, omnibus placens, nullius hominis, ſed

a §. & non inelegante eod. titul. quo ſup. de iur. natur. apud Inſti. inſtitutio. b in l. moribus l. 2. de vulgar. & pupil. ſubſtit. lib. 28. P. ti. 6. c lib. 2. d in l. moris eſt lex. 9. de pœnis li. 48. Pin. tit. 19. e in l. more noſ. ciui. l. 8. de acqui. vel amitten here. lib. 29. Pin titu. 2. f in l. more maio. l. 5. de iuriſdict. omniū indic. li. 2. Pin. tit. 1. g in l. more. Rom. l. 8. de feriis. lib. 2. P. t. 12.

vitæ humanæ ac temporis inuentum. Habet enim præſcripta iuris & æquitatis regula, ſua quædam tempora, intra quæ nomina ſibi alia atque diuerſa parit. Quia ſtatim, vbi norma illa prodiit, ſiue ſcripta à populo ſiue non, lex dicitur. Vbi autem adoleuerit, & tacito vel expreſſo vtentiũ conſenſu vetuſto obſeruata fuerit iliabata, & ārma, conſuetudo rectè dicetur. Nec differt tunc vtium ratione an ſcriptura conſtet a. & conſuetudo lex dicitur, ſed priuata eius tantum loci vbi ſeruatur. Quia diuerſa ratione aliquid æquum vno in loco videtur, quod in alio forſan iniquum eſſet, ratione ſubiecti diuerſi: quæ fuſius explicare prætermitto, ſufficiat autem, æquo & iuſto, melius eſſe poſſe: vt ait Ariſto. in ethicis[b] vbi cùm lex, inquit omnis vniuerſalis ſit, fieri non poteſt vt de quibuſdam, vniuerſaliter rectè dicatur. Et in his lex id accipit quod fit plerumque, non ignorans peccatum, & eſt nihilominus recta. Peccatum enim non eſt in lege, nec, in legiſlatore, ſed in ipſa rei natura &c. Plures tamen ſunt conſuetudinis, & legis differentiæ, & efficacia horum diuerſa, cum hodie lex ſit propriè principis, ad quem propriè pertinet legẽ condere & interpretari, vt Imperator Con-

a *cano. conſue. 1. diſtinctione.*

b *li. 5. ethic. c. 10.*

Conſtantinus [a] & Iuſtinianus [b] aiunt, vt potè lege regia, omni poteſtate ad illum tranſlata. vt ait Vlpianus [c] Tribonianus [d] & Pomponius.[e] Conſuetudo autẽ & ſtatutum, propriè populi, & locorum dicuntur, bonorum inquam conſenſus: vt conſuetudinem ſermonis, vocauit Quintilianus, conſenſum eruditorum: De quibus, & an legem ſcriptã vincant, videnda lex. 2. Quæ ſit long. cõſuetud.[f] & ibi ſingularis gloſſa magna, & interpretes, addita l. de quibus, de legib.[g] Et l. diuturna 32. cũ, 4. ſequentibus eo. Et ibi ſcribentes. Notandum tamen eſt, ſignificantius & plerumque apud iuris profeſſores, ad faciliorem rerum cognitionem & diſtinctionem, ſcriptam ſanctionem ius dici proprium cuiuſque ciuitatis: nõ ſcriptã autem, generale nomen conſuetudinis retinere etſi diuerſis nominibus interdum dicantur. Vt in iam dicto canone conſuetudo 1. diſtinctioni. Et Hebræi ita etiam legem diſtribuunt, in ſcriptã & non ſcriptam. Dicuntque תורת ב כתב ותורת שבעל פה, id eſt, legem eſſe, in ſcriptura, & legem in ore, vtramq; à Moſce in monte Sinai receptam à Deo, vt in Exod.[h] vocántque non ſcriptam Kabalã, quam literis tradere, nulli cõceſſum fuit:

a in l. 1.
b in l. final. de legi. li. 1. C. tit. 17. & in nouel. conſti. 138.
c in l. 1. de conſtit. princ. li. 1. ti 4.
d in §. ſed quod prin. plac. de in. natur. gẽt. & ciuit. in inſtitu. ciui. l. 1. tit 2.
e in l. 2. § nouiſ. de origi. iur. li. 1. tit. 2.
f lib. 8. C. tit. 53.
g lib. 1. ti. 4.
h c. 19. & c. 20.

ita enim cautum eſt in Talmud parte ſecunda, quæ dicitur ſeder moed, in Maſſecheth, ſiue tractatu 12. qui dicitur. Haghiga, id eſt ſolemnitatis c. incipiente én Dorſcin, id eſt, non prædicatur. De qua tamen pauca euulgauit Rabi Scimeon Ben Iohai, Picus, Paulus Iſraëlita, Auguſtinus, Iuſtinianus, Nebienſis epiſcopus in ſcholiis pſalmorum: & Capnion, & Galatinus. kabalam autem dicunt, eoquod משה קבל תורה מסיני ומסרה ליהושע ויהושע לזקנים וזקנים לנביאים ונביאים מסרוה לאנשי כנסת הגדולה: id eſt, Moſche, accepit legem de Sinai, & tradidit Iehoſcuah, Iehoſcuah verò ſenioribus, & ſeniores viris Sinagogæ magnæ. ſic enim ſcriptum eſt apud illos in pirke aboth. c. 1. Et apud Iacobum de Valentia.[a] Quocirca legis appellatio ad traditiones ab illis extenditur. vt etiã Galenus in Hipocratem[b] legem ſiue nomon, hominis arbitrium & decretum, dixit intelligi debere, & phraſin eſſe antiquorum vſitatam. Item Ariſtoteles[c] dixiſſe ideò videtur, legem eſſe opinionẽ multitudinis, ſiue ſcriptura adiiciatur, ſiue literæ deficiant. Scriptura namque in gratiam ſucceſſorum, & memoriæ, non efficaciæ accedit. Hac ratione leges noſtræ

a *ſup. pſal. 81.*

b *com. 1. de huma. nat.*

c *lib. 1. Elẽcho. c. 12.*

noſtræ Municipales Tholoſanæ, Biturigum,& aliæ ſcriptę ſunt. Fiunt enim ſcripturæ, vt quod actum eſt facilius probari poſsit. vt notat Caius in l. contrahitur 4. de Pignorib. vbi gloſſa in verbo, valet, excipit caſus aliquot, qui ſcripturam de ſubſtantia habeant. Et gloſ. in c.1.§Poſtquam, de cēſibus, lib.3. ſexti Decretal. tit. 20. enumerat triginta caſus, qui vel maiorem animi deliberationem deſiderant vel iudicium, vel de arduis agitur: quæ omnia ſcriptura exarata, magis & perpenduntur & fidem faciunt, vt in eo etiā ſolo vtilitatē ſcripturæ poſuiſſe videatur Cicer.[a] de oratore & in Bruto, ſiue de Clar. orator. Ita etiam ea ratione prophetiæ olim ſcribebantur præ foribus templi, vt legerentur à populo, quod ex Abacuch colligitur. Inde apud Oſeam [b] ſcribere pro Vaticinari, & pariter ſcribere verbū apud Hebræos, ſumitur pro ſtatuto & cognitione, cum iudicio & conſilio facta. vt apud Ieſaiam [c] Vę qui condunt leges iniquas. & ſcribentibus iniuſtitiam. addit enim ſcripturæ nomen, teſtimonium aliquod certitudinis rei, vnde inuenies ſcrutamini ſcripturas, ipſę enim ſunt quæ de me teſtimonium perhibent,[d] potiſsimum cum publicę & auctoratę ſcripturę

a lib.1.

b c.8.

c c.10.

d D. Iohā. in Euā. c.5.

ſunt, æquum enim eſt tabellis conſignatis credere, vt ait Plaut.[a] quanuis placuerit non minus valere, quod ſcriptura, quã quod vocibus lingua figuratis exprimitur, vt ait Vlpianus in. l. nõ figura, l. 37. de actio.[b] At quanquam minus nobilior ſit ſcriptura voce, tamen inter hæc duo, quæ mentis concepta promunt, ſuntque velut imagines animi, vnum eſt alio perẽnius, & litera durabilior voce, cum vox ſit aër quidam motus, qui cum humiditatis quam plurimum habeat, more aquę perfluit, & momento diſsipatur. vt ait Ariſtot. lib. problem.[c] Significat tamen, & apta eſt mentem exponere, potiſsimũ ſi planè articulata ſit, & à ſono, in vocalẽ tranſeat. Hinc annotato duas dictiones, nempe, vox ſignificat, in Pauli reſponſo in l. in ambiguis 3. de reb⁹ dubiis[d] Et apud Martianum in l. nam & magiſtratus, l. 8. & ibi gloſ. ſingular. de Iuſtit. & iur.[e] Et ex hac viua expreſsione, mortua & iacẽs, tamen remanens, ſcriptura trahitur. Et conſtat ideo vocis affectiones dixiſſe literas, Ariſtot. lib. problemmat.[f] præſtátque viua vox, mortuæ, ſiue ſcripturæ & libris: præcipuè rudibus. ideò Galenus[g] dixit non inſcitè vulgò dici ſolitum: optimam eſſe doctrinam, quæ viua voce tra-

a in Bacch.
b l. 44. tit. 7.
c & ſecti. xi. q 45.
d lib. 34. P. tit. 5.
e lib. 1. P. tit. 1.
f ſecti. xi. q. 60.
g de alim. facult l. 1

traditur, neque enim quemquam ex libro naucleium, aut alterius artis artificem, euadere. Libri addit, ſunt iis, qui ante eruditi fuerunt monumenta, non rudium & indoctorum doctrina perfecta: Et eadem rurſus fermè refert alibi.[a] Demonſtratio magis animos mouet cum verbis iuncta,[b] vt ait Iuſtinian.[c] Et ideo Ariſtoteles librum reliquit, titulo phyſicæ auſcultationis: vbi quędam ſecreta latent, quæ à demonſtratione verbali protinus pendent, non autem à demonſtratione mathematica, vt etiam id reſpondiſſe ferunt Ariſtotelem, Alexandro Magno conquerenti, quod hi phyſici libri euulgati fuiſſent: vt eſt author Plutarchus,[d] requiritur etiam ita in legibus & conſuetudinibus viua vox, id eſt magiſtratus: parum enim eſt iura eſſe, niſi ſit magiſtratus qui ea exequatur, & veluti eſt anima corpori, ita voce legem animet, Pomponio iuriſconſulto teſte:[e] hæc itaque duo ſimul gradiuntur magiſtratus & lex: ſiue ea conſuetudinis, ſiue principis ſit. Et idcirco reſcriptum, iudices ſecundum leges iudicare debere, vel regni vel patrias, à Iuſtiniano.[f] Quid eſt iuſtum quod legitimum, quod verò ſit contrarium, id eſt violētū, vt notat Xenophō[g],

a *Lib.6 de cōp medic. local. in principio.*
b *vt Tribu. in § final. de gradi. cogna. li.3. inſtit. ciuil. tur. tit. 6.*
c *in § ſin aūt demſt. ſid et caut. coll 9. ti.3.*
d *in vit. Alexand.*
e *in l.2. § poſt origi. de orig. tur. l.1. P. tit.2.*
f *in l. nemo l.13. de ſēt. & inter l. omniũ in d. lib.7. C. tit. 17.*
g *in 7. Cyropædiæ.*

Et Lyſias in apologia de Heratoſthenis adulteri nece. ἐγὼ δὲ οἶμαι πάσας τὰς πόλεις, inquit Lyſias διὰ τοῦτο τοὺς νόμους τίθεσθαι ἵνα περὶ ὧν ἂν πραγμάτων ἀπορῶμεν, πρὸς τούτους ἐλθόντες σκεψώμεθα ὅ,τι ποιητέον ἡμῖν, Ego puto ciuitates omnes ideo leges ferre, vt de rebus ambigentes, quid nobis faciendũ ſit, ad eas confugientes ipſas conſulamus. Et ita Valent. & Mar. Cęſares [a]. Leges inquiunt, ſacratiſsimæ, quæ conſtringũt hominum vitas, intelligi ab omnibus debent, vt vniuerſi, præſcripto earum manifeſtius cognito, vel inhibita declinent, vel permiſſa ſectentur. Addo aduerſus iniuriam temporum, & vt conſeruentur diutius incolumes, conſuetudines conſcribi ſolitas. Ouidio namque teſte.[b]

*b l.leges ſacratiſſi. lib.1.C.ti. 17.*

*c. 15. Met.*

Tempus edax rerum, tuque inuidioſa ve
  tuſtas,
Omnia deſtruitis, vitiatáque dẽtibus æui
Paulatim lẽta consũmitis omnia morte.

Vt non immeritò Amaſius vetulus Cornelius Gallus, ita conqueratur.

Cuncta trahit ſecum, vertitque volubile
  tempus,
Nec patitur certa currere quémque via.

Et vetuſtas nõ pauca deprauat, multa tollit: quem puerum vidiſti formoſum, hunc vides deformem in ſenecta. Tertium ſeculum

culum non videt eundem hominem, quē vidit primum. vt ait Marcus Terentius Varro.[a] Omnia enim ſunt ſub perpetuo motu vt nouit Inſtinian.[b] Quin etiā Plato, cœli motum tempus exiſtimauit, & Eratoſtenes, ſolis circumuolutionem. Galeno teſte,[c] quamuis contrariæ opinionis diſputator ſit Ariſtoteles, qui motum tempus neget eſſe[d] quæ nunc diſcutere, preſentis non eſt operis: cum etiam idē Ariſtot. fatearur ſine motu, tempus non eſſe: quod nobis ſufficit ad rerum varietatem & interitum conſtituendum, ab eo euincere: ad cuius remedium, velut imbecillitatis humanæ præſidiū, datus eſt literarum vſus & ſcripturæ, quæ tamen aliquando & ipſa perire longa carie & ſenectute poſſunt. Cùm & monimēta fatiſcāt, & vt ait Auſonius, Mors etiā ſaxis nominibuſque venit. Neq; quidquam perpetuum ſub ſole: Generatio quippe præterīit, & generatio aduenit,[e] & mortalia hæc, nec in eodem manent, vt ait Euripides.[f]

Et *τα θνητὰ τοι αὖτ' ὐ δὲ ἐν ταῦτω μένει*

Non ſecus ac flumen, neque enim conſiſtere flumen
Nec leuis hora poteſt: ſed vt vnda impellitur vnda

*a lib. I. de ling. latina.*
*b in §. aūt lex. de non alien. reb. eccl. in aut. coll. 2.*
*c. li. de hiſt. Philoſophi.*
*d li 4. phiſ. c. 10.*
*e. c. II. eiuſ. lib.*
*f Eccleſiaſt. I. c.*
*g in Tragoed quæ lon. act. 3. verſ. 143.*

Tempora ſic fugiunt pariterque ſequntuur,
Et noua fiunt ſemper.[a]

Neque etiam legum vim ex ſcriptura peudere, pro certo habendum eſt. Et ita tenuerunt viri maximæ authoritatis inter iuris interpretes, Iohannes Andreas & Domin.[b] Angelus.[c] Et rurſum ad ſatietatem vſque idem Iohannes Andreas in mercurialibus,[d] & Felinus.[e] Id tamen obiter notandum eſt, quæ lege nominatim ſcripta ſunt, nunquam aut vix, æquitate non ſcripta ſuperari, ſi credamus Vlpiano.[f]

---

## Cap. XIIII.

*Quod leges ſint ortæ ex Iuſtitia Dei, ſi bonæ ſunt, Et de virtute illarum & ratione pœnarum.*

SEd redeamus vnde defluximus, & ex ſuperioribus, annotetur, omnem legem ſiue ſcriptam, ſiue non ſcriptam, & quocunque vocetur nomine, è fontibus Iuſtitiæ deriuatam: tum quod à Deo authoritatem, robur ac vim accipiat, tum quod ex ea diſtributiuus diuinúſque quidam ordo, in homines promanarit. Quod

a Ouidius li. 15. Metamor.
b in c. 1. per illum text. de renunt. lib. 6.
c in § ex non ſcript. de iur. nat. gent. & ci.
d ad c. nemo ad impoßi. de regul. iur. in ſexto.
e in rubri. de cōſt. nume. 3. & 4. vbi adſert. alter. ſententi: interpretes.
f in l. proſpexit l. 12. qui & à quibus manumißi. li. nō fiant. li. 40. P. ti. 9

Quod probat Ariſtoteles[a] libro περὶ ἀρε- a li. peri a-
τῶν, cuius verba ſunt hæc, δικαιοσύνης δέ ἐστὶ reton.
τὸ διανεμητικὸν εἶναι, τοῦ κατὰ ἀξίαν. καὶ τὰ πα-
τρῷα ἔθη καὶ τὰ νόμιμα. καὶ τὸ σώζειν τοὺς γεγραμ-
μένους λόγους, καὶ τὸ ἀληθεύειν ἐν τῷ διαφέροντι,
καὶ τὸ διαφυλάττειν τὰς ὁμολογίας. hoc eſt, Iu-
ſtitiæ eſt diſtributionē exercere, ſecundū
quod par eſt. Seruare mores & inſtituta
patria, ſcriptáſq. leges cōſeruare. Veritatē
vbicūq. dicere, pacta cuſtodire. Cōſequē
ter probatū, ad ꝓtypū Deū, iuſtitię autho
rē, omne quicquid in legib⁹ ineſt boni re
ferendū. Conſentit nobiſcum etiā Heſio
dus[b] dum ait, ἀλλ' αὖθι διακρινώμεθα νεῖκος b in Ergis.
ἰθείῃσι δίκῃς αἵ τ' ἐκ Διὸς εἰσιν ἄρισται, id eſt,
ſed iterum litem diſcernamus rectis iu-
diciis, quæ ex Deo ſunt optima. De quo
Dauid[c] cantat צרקתך צרק לעולם c pſal. 19.
ותורתך אמת. i. Iuſtitia tua in æternum, & ad He-
lex tua veritas. Et ita leges & iuſtitia, o- breos
riginem habent, non ab hoc cœnoſo ho-
mine, ſed ex illo Homerico dolio, vnde
haurit legiſlator vel princeps, cuius cor
in manu Dei eſſe, ſcriptura teſtatur Pro- d 21. c.
uer. lib.[d]. Et in epiſtola inter claras[e]. e lex 4. de
Quo fit vt nullo modo ſit tutus à pœna ſum Trinit
criminis, qui legum præcepta impunè & fid. ca-
tranſgreſſus, in laqueos diuinæ Iuſtitiæ, thol. li. 1. C.
cuius, leges hæ ſunt riuuli, incidit, cuiuſq; tit. 4.

habeant, illa perturbatio non verbis ſed vi cedit, vt ait Ariſtot.[a] ſed & Plato.[b] cũ punitio inquit, moderatur res, iuſtiores efficit, veluti medicina quædam improbitatis:& quantumuis homo animalis ſit tamen fieri non poteſt, quin aliquando cogitet, ſibi mortis periculum in delictis grauibus imminere: qui etiã, & mortem metuat, cũ cõmunes ſint hominibus cũ brutis, conſeruãdæ vitę affectiones. vt ait Cicero.[c] Et doctè diſputat Galenus contra Chryſippũ & Stoicos,[d] ex authoritate Homeri, Orphei Tyrtæi. Sthcſichori, & Euripidis. Et Horat.[e] ſic, Nemo adeo ferus eſt, vt non miteſcere poſſit. Et pœnarum exaſperatio eo etiam tendit, Calliſtrato teſte[f] cuius ratio deſumpta eſt ex.[g] Deuterono. His accedit. Iuſtitię & quod boni eſt cõmunis omniũ velut innatus affectus & reuerentia, etiam inſtinctu quodam naturali inter feras, & animalia bruta conſeruata: vſque adeo vt in officio propriæ particulariſque naturæ ſemper perſeuerent, & cuique quod ſuum eſt relinquant, mira à natura illis ſolertia data pro ſe: vt ait Plinius[h] potiſsimum ad euitanda contraria, & vtilia ſibi & ſuis eligenda. vt rurſum Plinius alibi ait[i], & Galenus[k], & Ariſtot.[l],

a *li. ethic. x. c. fin.*
b *in Gorgia.*
c *1. officio.*
d *lib. de decretis Hipo. & Pla. 4.*
e *lib. 1. epiſtol. 1.*
f *in l. capit. 28. de pœnis lib. 48. pan. tit. 19.*
g *c. 17. & 19.*
h *lib. 8. c. 12*
i *lib. 20. c. 23. & lib. 27. c. 2. & 3. & lib. 10. c. 33. & aliis multis locis.*
k *lib. x de methodo mede. & li. 6. de locis affectis*
l *lib. 8. c. 1. & libro. 9. c. 6.*

& Iuſtinianus ſiue Tribonianus[a], vt nec mirũ videri debeat, ſi ab hominibus regulæ iuris ciuilis cuſtodiantur, cùm à iure naturali non recedant omnino. Vlpiano authore[b]. Sitq; propriũ homini cœlũ & ſydera, id eſt Deum & Iuſtitiæ effectus, contemplari. Nam Deus, vt ait Ouidius[c].

Pronaq; cũ ſpectẽt animãtia cętera terrã,
Os homini ſublime dedit, cœlũq. videre
Iuſſit & erectos ad Sydera tollere vultus.

Habetque animã diuinis animatã mẽtibus, vt ait Cicero[d]. Et Macrobius[e]. Nec, vt ait Manilius[f] dubium eſt, habitare Deum ſub pectore noſtro,

In cœlũq; redire animas, cœlóq. venire.

Et ſi primordia noſtra,[g].
Authoremq. Deum ſpectes,
Nullus degener extat,
Ni vitiis peiora fouens.
Proprium deſerat ortum.

Atque Cicero[h] ait homines ex humo excitatos, rectos & celſos natura conſtitutos, vt Dei cognitionem, cœlum intuentes, capere poſſent. Sunt enim ex terra homines, non vt incolæ & habitatores, ſed quaſi ſpectatores ſuperarum rerum atque cœleſtium, quarum ſpectaculum ad nullum aliud animantium genus pertinet, 3

a in §. 1 de iur. natu. gent. & ci. lib 1. inſtit. ciuil. tit. 2.
b in l. iuſ ciuile 6. ff. de iuſt. & iur. lib. 1. pan. tit. 1.
c lib. 1. Metam.
d in ſomn. Scipi.
e in lib. eund. 1. c. 14.
f lib. 5.
g Boetius lib. 3 de cõſolatione.
h lib. 2. de natu. Dei.

net,& iterum [a] in legibus, quum natura cæteras animantes abieciſſet ad paſtũ,ſolum hominẽ erexit. Et ad cœli quaſi domicilij priſtini, cognationiſq. conſpectũ excitauit:erectũque vnum ſolum natura, adſtipulatur & Ariſtoteles [b]. Et videtur attribuere illud cerebro, quod homini maius proportione eſt,item quod habeat pulmonis cordiſque locum calidiſſimum [c] quanuis idem exiſtimet,& verè,id contigiſſe, quod diuinitatis ſit ſolus inter animalia particeps:& ita expreſsè profeſſus eſt lib. 4. de partib.animal. [e] dum ait, ſolus animalium omnium, homo erectus eſt. Eadem ſentit Galenus [f] & Plutarchus [g], vbi cum Platone hominem erectum, plantam cœleſtem vocat. vt Plato in Cratylo hominem anthropon dictum putat; quaſi Anatron & contemplantem quæ vidit, ſolũque illud illi datum. cum ſolus animalium ratiocinetur & intelligat:vt plures docent: ſed non prætermitto authoritatem doctiſsimi Iohannis Franciſci Pici Mirandulæ qui id ait [h]. Additque, non alia de cauſa ei hoc ipſum contingere, quam quod vim quandam cœleſtem: nempe diuinam & immortalem habeat: animam ſcilicet. Ita intelligitur etiam. c. 1. & 2. Geneſeos vt fusè.

a *lib. 1:*
b *lib. de communi. animal. greſ. duobus in locis & in li. de ſpiratione.*
c *lib. 2. de parti. animal. c. 7.*
d *in c. 9. eiuſ li. ſecũ.*
e *c. 11. 10.*
f *li. 3. de vſu partium corpo. huma c. 3.*
g *lib. de exilio.*
h *lib. de imagi. c. 2.*

à quibus impii declinãt, iterũ legibus & ſanctionibus adigere ſapientibus viſum eſt facilimũ, repreſentatis in illis, naturæ diuinæ reliquiis, puta Iuſtitia, qua admoniti pleriq; à ſcelere reſipiſcunt, & alij in officio cõtinẽtur. Et ideo Plato, [a] neceſſe eſt inquit, hominibus leges ponere, vt ſecundũ leges viuãt: Nã ſi abſq. his viuerẽt nihilo à feris diſcreparent. Cuius rei cauſa eſt, quia nullius hominis ingenium ita natura inſtitutum eſt, vt quæ ad publicum humanæ vitæ bonum conferunt, ſufficienter cognoſcãt: & ſi cognouit, vt optimum id quod nouit, ſemper agere poſſit aut velit &c. Et profectò ſiquis hominum diuinæ ſortis fauore, ea natura præditus eſſet, vt cognoſceret publicum beneficium, ad idque generosè & ſemper intenderet, nullis legibus ſibi dominaturis egeret: nunc verò nuſquam hæc reperitur ſcientia, ſed minimum quid ipſius apparet. Quare lex eligenda ſequẽdáque eſt, à qua plurima quidem perſpiciuntur, cuncta quanuis videri non poſſint. Aliter in tam corrupta hominum via, non eſſet hoſpes ab hoſpite tutus, nihil proprium, nihil ſacrum, nihil religioſum, nõ ocium, non quies, non pax, non tuta vita: ſed omnia vi, fauore, ſanguine, impetu,

a lib. de legib.

& armis ſubuerterétur. Demereturq; illa concordia hominũ, qua vnicè videtur conſtare regula, vt ſuũ cuique tribuatur. Et ſæpe cum alterius iactura robuſtiores & audaciores diteſcerent, quod ex diametro, cum ſanctione & decreto naturæ pugnat, vt ait Pōponius[a] & Papiniã [b] Vlpia.[c] & Bonifacius Pontifex[d]. Quę ſi quiſque examinaret, certè motus illi inquieti & efferati, qui reſpublicas populantur, & ciuitates infeſtant, cōquieſcerent & ſopirẽtur. Bella peſſum irent, & ſilerẽt fremitus armorũ inter principes, nullæ, aut paruæ eſſent in Repub. ſimultates, nō truces inimicitię, nō funebre iurgiũ, non popularis inſtabilitas, non priuatorũ inuidiæ: neque tot ſceleratæ Metiorũ nouitates, partes diuerſas concitarent: quæ omnia velut ex equo Troiano, ex contẽptu legũ & Iuſtitiæ prodierunt, cum iſtius ſeculi comuni luctu. Nam vt ait Vergilius[e].

Quippe vbi fas verſum, atque nefas, tot
    bella per orbem,
Tam multę ſcelerũ facies: nō vllus aratro
Dignus honos: ſquallent abductis arua
    colonis,
Et curuæ rigidũ falces cōflãtur in enſem.
Vicinę ruptis inter ſe legibus vrbes,
Arma ferũt, ſęuit. toto Mars impi⁹ orbe.

Subro-

a *in l. nam hoc natura 14.*
b *in l. hæc condict. 66. de condict. indeb. lib. 12. pã. ti. 6*
c *in l. iure natur. 206 de regu. iur lib. 50. pin. tit. 17.*
d *in. c. locupletari 48. de regul. iur. lib. 6. decretaliũ. lib. 5. tit. vlt.*
e *li. 1. Georgic.*

Subrogantur enim hæc omnia exultante Iuſtitia, quæ quietis amica & mater pulcherrima, ſuauiſſimáque eſt. vt ait Pindarus[a]. φιλόφρον ἡσυχία, δίκας ὦ μεγιστόπολι θύγατερ βουλᾶν τε καὶ πολέμων ἔχουσα κλεῖδας ὑπερτάτας, id eſt,

[a] lib 8. Pythiorum hymn. 8. ſtroph. 1. verſu 1.

O blanda mente, tranquillitas Iuſtitiæ filia, Maximas vrbes efficiens, conſiliorum & bellorum
habens claues ſupremas.

Ex Iuſtitia igitur, omnium actuum humanorum, auctoritas, fides, iúſque prodeunt, & præcepta Honeſtè viuere, Alterum non lædere, & quod diximus, Ius cuique ſuum tribuere. In quibus tribus velut intra circulum, vniuerſa iuris philo-
6 ſophia continetur. Hæc Iuſtitia, ſacra à profanis, propria à communibus, priuata à publicis, permiſſa à vetitis, æqua ab iniquis, diſcriminat: ab hac omnium artium ſtabilimentum, & ſcientiarum omnium ducitur ornamentum, laus & gloria, vtilitas, ſecuritas rerum publicarum: ſine huius numine & propugnaculo, ſcientiæ omnes & artes, vt acephalæ & conculcatæ, inutiles partim, ſine præmio, rubigine ſepultæ. Non grammaticorum vllus in initiandis bonæ ſpei iuuenibus extaret labor: non Dialecticorum ad verum

indagandum argutiæ: Nulla Rhetorum ad bene conceptus exprimendos, præcepta: Non Declamationum, quæ animos adoleſcentium ad publica acuunt, exercitationes: Non oratorũ vera narratio: Nulla patronorum, afflictorum clientela: Nõ indagata phyſices arcana: Nõ eſſent Poetarum liberæ reprehenſiones & oracula: Non hiſtoriæ, quæ ſpeculum præteritorũ eſt temporum, memoria: Non Mathematicorum apodixes, geometrorum diuiſiones, quæ iurgiis terminorum finem imponunt, & demonſtrationibus certis, cum optica, numerorum ordinem admirari & ſeipſas homines cogunt. Non forent aſtrologorũ, ad temporis tempeſtatúmque mutationes præcauendas, prædictiones. Non Theologiæ Salus cognita, non ordo iudicij. Neque tam pulchræ & vtiles humani ingenij ad præſidium vitæ humanæ, eſſent inuẽtiones inter nos: ſed velut fera animantia, homines, laſciuirẽt. nullus amor, nulla charitas, ſocietas, nec coniugium nec affinitas. Et egregiè quidem Heraclitus Epheſinus, ſi credamus Laertio[a] reſpondit: Ciues pro legibus non minus pugnare debere, quam pro mœnibus: quod abſque legibus, nullo modo poſſit eſſe incolumis ciuitas, ſine mœnibus.

a *lib. 9. de vita Philoſophor.*

nibus poſſit. Et vt ſemel dixerim, ſine hac perperam Dei numen inquiritur, à quo omnia bona manant. Nam per hanc facilè ad Dei contemplationem & obſeruantiam, veluti manu ducimur.

## CAP. XV.

*Dilutio quorundam aduerſus iuſtitiam propoſitorum: & de paræmia, ſummum ius ſumma iniuria: déque iuſtitiæ fructu.*

1 AT inſurget forſan aliquis, hæc incaſſum & fruſtra à nobis effutita. Nam dicet, quæ eſt, & vbi illa conſtantia Iuſtitiæ inter nos? quale perpetuum? ideóne tantopere iuris cognitio expetenda eſt? An non tritum eſt, nihil adeo conſtans ſanctúmq; quin (teſte Cicerone pro Roſcio,) aliquando non violet audacia? Addere licet, iudicum cæterorúmque magiſtratuum perniciem & corruptelam: qui ſæpè, ſuæ ſalutis immemores, oculis caliginoſis & conniuentibus, Iuſtitiæ legis, iuríſque ordinem, æqui & boni lineas, prætergrediuntur, & aberrant: & homo, quaſi aquam bibit iniquitatem, vt Iob. c. 15. Hócne iuſtum à Deo ſcaturiens? hæc ne iuris præcepta firma? nonne perſpicuum, omnia in peius, naturâ ipſa rerum, ruere? Et vt Horatius ait[a].

a *lib. 3. Od. carm. 6. ver. 46.*

Damnoſa quid non imminuit dies!
Ætas parentum, peior auis, tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitioſiorem.

a *lib.11. Æneid.* Et Vergilio teſte[a].
Multa dies, variuſq; labor mutabilis æui,
Rettulit in melius, multos alterna reuiuiſens
Luſit, & in ſolido rurſus fortuna locauit.

Non ergo ius dominatur, non imperat, non tribuit quæ ſua ſunt. ſed omnia, ſi quę probè fiant, fato cõtingere videntur.
Deniq. ſub pedibus terra cũ tota vacillat
Concuſſæque cadunt vrbes, dubiæque minantur,
Quid mirũ ſi ſe temnunt mortalia ſecla?

b *lib.5.* Vt ait Lucretius[b]. Cæterùm cur hæc nos torqueant, cúrque à legum doctrina & Iuſtitia amplectenda animos deterreant, non video. Nam, vt omnes norunt, quanquam prætor iudéxue, magiſtratus princépsve iniuſtè ius cuique diſtribuant & iudicent, non ideo minus ius eſt integrum, non quidem relatione habita ad id quod actum eſt, ſed ad id quod principem omnem magiſtratúmve agere oportebat. vt ait Paulus Iuriſcon.[c] Demum, quid nobis cum temporum etiam mutabili tempeſtate? quaſi tempus obnoxium ſit 2

c *l. penult. ff. de iuſti. & iur. lib. 1. tit. 1.*

ſit Iuſtitiæ, quæ ab illo & in illo eſt qui tempora creauit regitque. Et hic ſummũ ius nobis dicitur quod ab aliquo eludi nequit. Ex quo detegitur alius error, illorum qui ſummum ius ſummam iniuriam paſſim dictitant, quo nihil magis pugnans & aduerſum Iuſtitiæ, dari poteſt: non ſecus quam ſi igni aquam obiicias, quorum imperium integrum ſimul & ſemel non poteſt, vt potè contrariorũ, ſubſiſtere. Neque ſit quicquam magis à iure diſſonum iniuria, cum iniuria nihil aliud ſit, quam quod iure non fit: ſecundum Iuſtinian. Et Vlpianus[a]. Siquid igitur iure fit, iniuria nulla ſubeſt, cum ex eodem fonte non poſſint ſimul emanare. vt ait D. Iacobus[b].

Nec eſſet Pollux ſi tibi caſtor eras.

Neque iuſtitia, non ius, ſi iniuria[c]. natus tamen hic error, ex iuris inſcitia. Nam ſi ius cuiúſque hac vera Iuſtitiæ trutina expendatur, non iniuria, ſed quod æquum eſt orietur. Ius enim atque lex, in opinione proba conſiſtunt: Et in eo quod bonum eſt, vnde malo miſceri non poteſt. vt dixit Creuſa apud Euripidem[d] his verbis, κακῷ γὰρ ἐσθλὸν οὐ συμμίγνυται, Malo bonum nõ miſcetur. Eſtque lex veritatis inuentio. vt ait Plato[e]. Quanquã frequenter

a §.1 do in iuriis apud Iuſtinia. lib. 4. inſtit. ciuil. tit. 4. & Vlpian. in lib. eodem tit. lib. 47. Pand. tit. 10.

b epiſt. can. c. 3.

c Laertius lib 3. in Platone.

d in Tragœ. quæ dicitur Ion. act 3. verſ. 292.

e in Euthyphrone ſiue de ſanctitate.

ſub authoritate iuris ſcientiæ, pernicioſè vel plerumque erretur. vt ait Paulus[a]. Nēpe quòd virtutum nomina, ſæpè vitiis tribuuntur, ad faciliùs homines ineſcandos. vt ait Plutarchus & Ouidius[b].

Et mala ſunt vicina bonis, errore ſub illo
Pro vitio virtus crimina ſæpe tulit.

At ne illorum interpellatione decipiamur, multis vigiliis efficiemus, ſi aſſiduo quoda & pertinaci labore, iuriū medullas excutiamus, & cortice detracto ad nucleum vſque peruenerimus: iura enim vigilantibus cōſulunt, & ſcripta ſunt & nō dormientibus: teſte Scæuola[c]. Et ita verā iuris ſedem aſſequemur. Deus enim non patietur, vt ait Lactantius[d]. Lumen veritatis inquirētem, per tenebras exteriores vagari. Poſtmodū autem, cum omnibus neruis, iuſtitiæ inſeruierimus, vita æterna in futuro ſeculo fruemur. Quia ſtabūt 4 iuſti in magna conſtantia, & iniuſti vidētes turbabuntur timore terribili, dicentes: ecce quomodo ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos illius, ſors illorum[e], Deo enīm nos ſimiles reddit cū prudentia, Iuſtitia & ſanctitas, vt ait Plato[f]. & rurſum alibi[g]. Iuſtum totū Beatū & felicem, iniuſtum contra, dixit. nobilitátque hęc Iuſtitia hominem, qui eam vt connatam & ſibi

a in l. ſi ſeruum l. 91. § ſequitur de verbor. oblig. lib. 45 Pand. tit. 1.
b 1. de remed. amor.
c in l. pupillus 24. quæ in fraudem credit. lib. 42. Pand. tit 9.
d lib. 1. de falſ. religio. c. 1.
e Sapien. 5. c.
f in Thæætetο.
g in Gorgia.

bi affinē, amplectitur: eſt enim ἥ τε ἀρχὴ τοῦ βίου δικαία, id eſt, ipſa primordia vitæ iuſta, ſi credamus Lyſiæ[a].

a in oratio. fune. pro Athenien. defu.

---

### Cap. XVI.

*Anacephalæoſis ſuperiorum & de officio excolere vel diſcere volentis Iuſtitiã erga Deum.*

1 Constat igitur finitionem, & Iuſtitiam, ad Deum Optimum maximum, cuius benedictum nomẽ ſit, referri: quò nemo Iuſtior. Quique non aliũde, nec ex alio quam ex ſe ipſo, pendet: Atque eius largitione gratis communicatam. Quamobrẽ magnopere referre puto, qua ſit probitate, is qui Iuſtitiæ cognitionem, progreſſum, & finem aſſequi volet: quíve eius partes exequi cupiet, ſiue hæ fuerint diſtributiuæ, vel cõmutatiuæ,
2 Arithmeticæ vel Geometricæ. In primis autẽ admonitos iuris diſcipulos deſidero, vt verã, erga Iuſtitiæ authorẽ, fidẽ colãt: priuſq; animas, poſtea autem linguas erudiant. vt chriſtianè loquutus eſt Iuſtin. in procemio pãdectarum[b]. Nam in maleuolam animam non intrabit ſapientia, neque habitabit in corpore ſubdito peccatis[c]. Eſt enim hæc tutiſſima & compẽdiaria via ad omnes artes addiſcendas, & ad ſapientiam parandam, à Deo petere.

b §. illud ſatis neceſſarium.

c Sapien. 1.c.

a *Eccleſiaſti.1.c.*
b *Iacobi.1. cap.*
c *Lib 1 Metaphy c.2. & latè lib. de Mundo.*
d *Lib. de morbo. ſacro.*
e *Idem lib. de inſomniis. Et li. de languētium ſomniis.*
f *In lib. de natura fœminea in principio.*
g *Stromat. 5.*

Omnis enim ſapientia à domino[a] & ſiquis ſapientia indiget poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter: poſtulet autem in fide, nihil hæſitans, qui enim hæſitat ſimilis eſt fluctui maris qui à vento mouetur & circumfertur[b]. Cauſa enim & principium omnium rerum Deus eſt, vt fatetur etiam Ariſtot.[c] & pro purificatione animę litandum eſſe docuit Medicorū princeps Hippocr.[d] Itē pro optimis viſionibus[e]. Atq; iterū[f] dixit cauſam maximā & potiſſimam in hominibus, eſſe diuinum numen. Aliter autem fruſtrà in pluribus potiſſimum in diuinis, animos diuexaremus: ſcribitur enim apud Clementem Alexandrinum[g] & apud Theodoretum. τί ἐλπεῖς σοφίας ὀλίγον τι ἀνὴρ ὑπὲρ ἀνδρὸς ἔχειν; τὰ θεῶν βουλεύματα ἐρευνᾶσαι βροτέᾳ φρενὶ δύσκολον. & poſt pauca, Θεῷ δὲ δυνατὸν ἐκ μελαίνας νυκτὸς ἀμίαντον ὄρσαι φάος, κελαινεφεῖ δὲ σκότει καλύψαι καθαρὸν ἁμέρας σέλας, id eſt. Quid ſperas homo ſapientiæ modicum. vltra alium hominē te habiturum? Deorum decreta inueſtigare, menti humanæ difficile. Deo autem poſſibile ex atra nocte, lumen labe carens, excitare, & nigri nubilis tenebris operire diei iubar. Pro exemplo propone Salomonem, qui ait. Optatiui mihi ſapiētiā, & 4
datus

datus eſt mihi ſenſus: inuocaui, & venit in me ſpiritus ſapientiæ. in omni autem ſapientia, diſpoſitio legis. Eccleſiaſtici. c. 19. Nec mirum cum Deus lux ſit, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum[a]. Hic labia aperit, non enim ſumus nos qui bona loquimur, ſed ſpiritus Dei qui eſt in nobis[b], hic eloquentem & ſcientem reddidit Moſcem, Aaronem & ſeptuaginta viros qui repentè de ſpiritu Moſcis repleti ſunt[c]. hic Hieremiam eloquentem fecit[d]. Et Ieſaiam[e]. Hinc tot præclari apoſtoli, qui variis linguis loqui eo ſpiritu cœperunt, loquẽtes magnalia, antea rudes & amuſi & analphabeti ferè omnes[f]. Pluresque alij docti & peritiſſimi miraculoſè. Atque teſte Ioſepho[g], Moſces antè omnia neceſſarium exiſtimauit, recta diſpoſituro, vel alij leges poſituro, Dei cognitionem habere: & conſideratis eius operibus, egregium illud exemplar imitari, quantum viribus contendere poterit, alioquin nuſquam ſe bonam mentem paraturum ſperare oportere legiſlatorem: & ideo Iuſtinianus[h]. ait. Deum ſemper conſiderantes, vt ei placiti videamur. Et idem cum in §. fin. procœmijinſtitutionum ciuilium excitat iuuenes, Dei opem addit: & hinc legum

a *Ioan. in euangel. c. 1.*
b *Matthæ. 1. c. 10. Et cano. cathecu. de conſecr. diſtin. 4. in decreto.*
c *Numeror. c. 11.*
d *Hieremi. c. 1. cano. in ſcriptu. cauſa 7. q. 1.*
e *Ieſaia. c. 6.*
f *Actuũ. 24. & 19. c.*
g *In prologo libri primi antiquitatum.*
h *In Principi. titu. de triente & ſemiſſe. col lat. 3. tit. 5.*

thropia, hoc eſt, amor hominum: quorum altera ſuum cuiq; tribuit, neque appetit aliena: altera ad miſericordiam declinat,& debitorum incõmoditate egentes, liberat hęc conſeruare rempublicam, hæc pulcrè humanam nouerunt gubernare vitã. Adde quod Deus per Michęã. 6.c. requirit tantum ab homine, vt faciat Iuſtitiã,& diligat miſericordiam. Et Prouerbior.c.26. Hæc omnia vegetant, & cõtinent Iuriſconſultorũ & iudicum mentes, Hæcque fræna hominibus iniiciunt. vt difficile, imo prorſus impoſſibile ſit, ſine his, ducem ſe multitudini præbere. vt nouit Pindarus[a]. ἀσκεῖται Θέμις ἔξοχ' ἀν- a *Lib. O-*
θρώπων· ὅτι γὰρ πολὺ καὶ πολλᾷ ῥέπει, ὀρθᾷ δια- *lympi. ode.*
κρίνειν φρενὶ, μὴ παρὰ καιρὸν, δυσπαλές· τεθμὸς *epode.1.&*
δέ τις ἀθανάτων. καὶ γὰρ δὲ ἁλιερκέα χώραν παντο *Stro 2.in*
δαπ:ῖσιν ὑπέστασε ξένοις κίονα δαιμονίαν, id eſt, *princi.*
Colitur inquit Iuſtitia eximiè inter homines, quod enim multum, & multas in partes vergit, recta diſcernere mente nõ intempeſtiuè, difficilè eſt. Sed decretum quoddam immortalium, & hanc mari cinctam regionem, omnigenis ſubiecit hoſpitibus, columnam fœlicem. Conſentit Euripides[b]. b *in Iphigenia auli-*

Τὸ πολὺ γὰρ, inquit, δεινὸν κακόν *denſe.*

Quod multum eſt, & graue malum eſt.

# LIBER SECVNDVS

## De praeceptis inſtitutionis reipublicæ ſiue de Eunomia

## Περὶ Εὐνομίας.

### CAP. III.

*De nomine Eunomiæ. Et quod ius ſit ars.*

POSTVLAT ordo tractationis Iuſtitię, vt præcognita eius præſtantia & diuinitate, legúmque dignitate, rectam ipſarum vim & iuris præcepta percurramus: quæ per vnicam Eunomiam, veluti in compendioſa imagine exhibentur. Nam vt ait Solon.[a] Εὐνομία δ' εὔκοσμα καὶ ἄρτια πάντ' ἀποφαίνει, καὶ θαμὰ τοῖς ἀδίκοις ἀμφιτίθησι πέδας, id eſt, Eunomia omnia ornata & recta exhibet, & ſemper iniuſtis compedes iniicit. Et ideo, vt dixit Pindarus.[b]

a *In ſententiis.*

b *In olympiis ode. 9. Antiſtrophe. 1. verſu. 8.*

Θέμις, θυγάτηρ τέ οἱ·
Σώτειρα λέλογχε
μεγαλόδοξος Εὐνομία.

Id eſt, Themis, & filia eius ſeruatrix Eunomia ſortita eſt magnæ gloriæ nomen. Eunomiam autem, nos interpretamur optimam legum moderationem, atque ius. παρὰ τὸ εὖ νέμεσθαι à bona diſtributione, vt ait Plutarchus[a]. Hanc ἀνομίαν partibus tribus cōſtare voluit Plato, vt refert Diogenes Laertius[b]: quarum prima, vt leges ſint optimæ: Secunda vt intra illas maneatur: Tertia vt præclaris conſuetudinibus ſtudiiſque viuatur. Et pariter anomiam huic contrariam Eunomiæ, dicit, eámque tres partes contrarias autumat habere. primam, ſi ſint leges latæ, ciuibus & peregrinis noxiæ: Alteram, ſi iis quæ ſunt, minimè obtemperetur: Tertiam, ſi bona nulla omnino ſit lex. Ex quibus verè omnis ars boni & æqui, colligitur, nempe ius. vt placuit Vlpiano[c]. neque etiam dubito quin omnes aſſentiantur ius in artem reductum: potiſſimum, cum ars ſit habitus faciendi, recta cum ratione. Vt Ariſtoteles[d]. ſitque ars earum rerum quæ ſciuntur, vt ait Cicero[e]. & apertius Galenus[f]: Artis nomine, comprehenſionum & opinionum

*a in vitam Home.*
*b lib 3. de vita Platonis.*
*c In l. 1. de iuſti. & iur. lib. 1. P. tit. 1.*
*d lib. 6. Ethicor. ad ad Nicom. 1. c. 4.*
*e 2. de oratore.*
*f in Iſagoge, in lib. dicto, introductio, ſiu Medicus.*

nuum ad finem quendam vitæ ſpectantium collectionem, certa quantitate & qualitate commeditatam, intelligit. Quæ omnia & reliqua quæ arti tribuuntur, ſanctius in iuris ſcientia continentur. Quamobrem meritò, & inter artes eam non piget annumerare: quæ tantò cæteris præſtat, quantò exactior,& quo res excellentiores pertractat: quibus duobus ſcientia nobilior efficitur. Secundum Ariſtotelem a. ſunt & huic ſua compendioſa præcepta vt docebimus, ſola magis nomine artis digna, ſi ars, vt verum eſt, ἀπὸ τῆς ἀρετῆς à virtute nomen acceperit. Diximus enim, Iuſtitiã de qua hic tractatur, virtutum præcipuam eſſe: Ius autem à Iuſtitia.

a *lib. 1. de Anima. c. 1.*

---

## Cap. II.

### *De acceptione nominis iuris.*

SEd quia de iure nobis eſt tractatio inſtituta, & quia hinc iuriſconſulti, iuriſprudentiam, iuriſdictionémque & Iuſtitiam ipſam, nominarunt, Non erit ab Eunomia alienũ, admonere, iuris nomine plura ſignificari. Et in primis facultatem & licentiã: Huius exempla, ſi dicamus ius eundi, ducendi, &c. ius dominij, ius ſeruitutis. vt loquitur Vlpian. [b] & in titulis

b *in l 1. de rer. diuiſio. li. 1. P. ti. 8.*

*a in l. 1. de vſufru. li. 7. P. ti. 1.* lib. 8. P. de ſeruituti. tam ruſticor. quàm vrbanor. prædior. ſic ius vtendi fruendi *b in l. 1.* dicitur apud Paulum Iuriſconſul.[a]. Et ius *c in l. 2. de iure delib. lib. 6. C. tit. 3.* adeundę hęreditatis, apud Anto. Cęſarem b. & apud Alexandrum.c. ita ius petendi bonorum poſſeſſionem.[d]. hinc quidam *d in §. in extraneis de hæred. qual. & differen. li. 2. inſtit. ciuil ti. 19.* dicti ſui vel alieni iuris. vt ex propriis titulis conſtat. De iis qui ſunt ſui vel alteri. iur. inſtitut. & P. Et in hac ſignificatione videtur ius vſurpaſſe Suetonius[e]. cum ait ius nundinarum, in prędia priuata à conſulibus petiit. & apud Terentium in *e in Claud. c. 12.* fratrum comœdia[f].

*f in Adelphis.* Do, pręter mitto, nõ neceſſe habeo omnia Pro meo iure agere. & Ouidius[g].

*g Faſtor. 6.* Ius tibi feciſti, numen cœleſte videndi.

*h lib. 3. de geſtis Alexandri.* Sic apud Quintum Curtium[h]. legitur, ius admonendi. Et hoc ius eſt quod Gręcis ἐξουσία dicitur. Non tamen, mea ſententia, *i lib. 12. epiſt. familiarium.* à vero aberrabimus, ſi in his locis ius pro authoritate, interpretemur vt Cicero[i]. ad *k epiſtol. 242.* Caſſium ſcribens.[k]. Res tamen, ait, publica, breui per nos ius ſuum recuperabit. Se *l in l. fin. de iuſtit. & iur. li. 1. P. titu. 1.* cundo loco, ius ſumitur pro vinculo, hinc ius neceſſitudinis, agnationis, affinitatis apud Martianum[l]. & Modeſtinum[m]. Iuſti- *m in l. iur* nianum[n]. Sic ius ſocietatis, & pleraque di-

*autem agnatio. l. 35. de is. lib. 2. P. ti 14.* n *in §. final. de legit. agnat. tute lib. 1. inſtit iur. ciuil tit 16.*

cimus.

eimus alia. Tertio loco ponitur ius, pro diſpoſitione ipſa legis. Et ita Vlpianus.[a] & Paulus.[b] Vſurpatur autem quarto, pro loco ius redditur, & vbi iudex tribunal habet, [c] ſic accipitur in lib. 2. pandectarum titulis ¦de in ius¦ vocan. & in ius vocati veniant. Si quis¦ in ius vocatus non ierit, Ne quis eum qui in ius vocatus eſt vi eximat, [d] & hoc ipſum eſt ex vno genere Troporum, quem trāſpoſitionem nominis vel μετωνυμίαν dixerunt Grammatici, apud Rhetores hipallage, vt ait Cicero, [e] & denominatio dictā, quā continens pro contento accipitur. vt & Vergilius. [f] Aſpera ſecula, dixit pro hominibus ferinis, eius ſeculi. Aſpera, inquit, tunc poſitis miteſcent ſecula bellis, & apud eundem Vcaleon, pro Vcaleonis domo. Et frequentius apud latinitatis authores & hiſtoriographos patria & locus, referunt incolarum nomina & morum titulos, vt Gallia ferox dicta, Græcia mēdax Hiſpania iactabūda olim, Affrica verſipellis, Liguria vana, Germania laborioſa & tolerans. Roma elata & ſupercilioſa: Sic ſedes iudicis ius, imò & iudex ipſe dicitur ius, nam vt ait Ariſtoteles.[g] Iudex eſt vt iuſtum animatū ſuapte natura. Quamobrem & cum contro-

a in l. non ambig. l. 8. & l. 39. & 49. de legi. li. 1. P. lit. 3.

b in l. ſi. vnus ex argent. 28. §. pactus ne peteret, de pact. lib. 2. P. tit. 14.

c l. penult. de iuſt. & iur.

d tit. 4. 5. 6. 7. li. 2. P.

e in ora. ad Brutum. & ab eod. 4. de Orat. & lib. 1. Æneid.

g lib. 5. eth. c. 4.

uerſiam habent, ad iudicem ipſum confugiunt, ire autem ad iudicem eſt, ire ad ipſum iuſtum. Quinto volunt aſſumi ius pro eo quod æquum & bonum eſt, quod neque probatione eget. Sexto pro ſtatuto. [a] Et ego ſuperioribus adſtipulor, dummodo intelligamus hæc iuris ſunt participent, veruntamen hinc iuris ſpecies non conſtitui dico. Neque quia ius pro poteſtate aliqua accipiatur, idcircoq́ue poteſtatem omnem ius, vel à iure dici, debere probo, ſed quatenus poteſtas bono & ęquo innixa eſt: quemadmodum ius poteſtatis rectè dicetur, quùm poteſtas à iure conceditur: aliam autem poteſtatem iure improbatam, non ius ſed tyrannidem voco: in principe, in priuato vim legibus inimicam & vindicandam. vt reſcripſerunt Cæſares, Val. Theod. & Arc. [b] Et conſtat ex titulis, quod vi aut clam [c] De vi & vi armat. [d] Et ad legem Iul. de vi public. & de vi priuata. [e] Sic etiam, omnia, turpia, extrà poteſtatem à iure conceſſam, ſunt. teſte Paulo Ic. [f] Nec affinitatis vinculum hoc, iuris 3 ciuilis adminiculo fulciretur, ſi à iure

*a vt in dicta l. penul. de iuſti. & iure.*

*b in l. ſiquis in tantam. 7. vnde vi, lib. 8. C. tit. 4.*

*c lib. 43. P. tit. 13.*

*d lib. eod. titul. 13.* *e lib. 48. ti. 6. & 7.* *f in l. filius qui in poteſtate l. 15. de condit. inſtitu. lib. 28. P. tit. 4.*

non

non probetur, ſicut tradit Modeſtinus.[a] Sciendum, inquit, neque affinitatem neque cognationem eſſe poſſe, vbi nuptiæ interdictæ ſint, ex, quibus coniungitur, quod & in ſponſalibus accidit, cum nuptiæ non pendeant ex concubitu, ſed ex conſenſu[b]. Et mutuo etiam conſenſu ſponſalia contrahantur[c]. Atque adulterium comittitur in ſponſa[d]. Diciturque rurſum affinitas ius, ratione ſocialis naturæ hominum, æquitatem & bonum quoddam habens, etſi forſan aliter ſucce-
4 dat, quod tamen non conſideratur. Nam iura, quanquam ad indiuidua ex facto trahantur, contemplantur tamen ea quæ plerunque, non quę raro contingunt. Ita enim Theophraſtus ait, iura conſtitui in his quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον non in his, quæ ἐκ παραλόγου eueniunt, teſte Martiano[e]. Quocirca nec generaliter poteſtas, ius eſt: ſed ea quæ legitima eſt, hoc eſt, à iure conceſſa. Pariter in affinitate, vbi ius, non eſt vinculũ reale, ſed affinitas trahit ſibi vinculum honeſtatis, & publicum ex iure. Eo pacto omnia incorporalia, de quibus Iureconſulti meminerunt ſparſim, iura dicuntur, quòd naturam circunſcri-

a *in l. non facile 4. de gradi. affinit. lib. 38. P. tit. 10.*

b *Vlpia in l. nuptias 31. de reg. iur. lib. 50 P. tit. 17 §. nuptias de nuptiis in authẽ. collat. 4. ti. 1. l. imperat. Hermog. in l. final. C. de repud. ti. 17. cano. ſufficit. & ca. matrim. cauſa. 27. q. 2. in dec. Alexand. 3. põtifex in c. cum locũ c. 14 de ſpõſal. lib. 4. Decret. tit. 1. & clem. 3. in c. tuæ 25. eo. tit. 1.*

c *Vlpian. l. ſufficit. & in l. Spõſalia. xi de ſponſ. li. 23. P. ti. 1.* d *Vlpian. in l. ſi vxor. l. 13. §. diuus ad legẽ Iuliã de adult. & Stupro lib. 48. P. tit. 5.* e *in l. 2. Põponius in l. 3. & Celſus in l. 4. de legi. li. P. tit. 3.*

ptam à iure recipiant. Quod autem incorporales res dicantur iura, proprium & peculiare iuriſprudentię eſt. Extra quã, alio modo res diuiſionem ſumũt. vt apud Ciceronem, [a] qui diuidit res, in eas quæ ſunt, nos corporales in iuriſprudentia dicimus: & in eas, quæ eſſe intelliguntur. Et hæ apud nos iurium incorporalium nomen ſortiuntur, ſed ad cætera.

a *in Topicis.*

---

CAP. III.

*De Iuris, & Eunomiæ præceptis generaliter, & de vnitate eorum.*

EVnomiæ autẽ & Iuris, pręcepta tria in ſumma ab Vlpiano traduntur. [b] Gregorio [c] & à Iuſtiniano. [d]

1 Honeſtè viuere.
2 Alterum non lędere.
3 Ius ſuum cuique tribuere.

Quæ omnia ſi ſimul iungantur, poſſent contineri ſub vno horum membro, ius ſuum cuique tribuere, Quod generaliter conſiderari conuenit, veluti in republica,

in

b *in l. Iuſt. eſt l.* 10. §. *iur. præcep. de Iuſt & iur. lib. p*o*ti* 1.
c *in proem. decretal.*
d *Iur. præcep. de iuſt. & iur.*

in regno, in ciuitate: poſtea particularis cuiuſdam hominis deſignatione. Vt diſputauit apud Platonem,[a] Socrates ab Adamanto & Glauco, de hoc dicere inuitatus, Vt & annotauit Galenus.[b] Proinde hæc tria præcepta verè Rabi Dominus noſter IESVS CHRISTVS in duo coniecit, vndè pendere dixit omnem legem & vatum oracula. Diliges dominum Deum tuum, &c. Et proximũ tuum ſicut te ipſum.[c] De DEI dilectione tractatur pluribus locis,[d] ſicut de dilectione proximi.[e] Et hęc duo rurſum ad vnum reducuntur præceptum, vt diligamus. Et ita dilectio, eſt compendium & epitome totius diuini & humani iuris, quo nihil facilius bonis. Siquidẽ vnũ quodq; natura, diligit ſibi ſimile. vt ait Eccleſiaſticus,[f] & Ariſtotel.[g] Porrò homo habet Dei ſimilitudinem, cum ad imaginem ſuam creauerit Deus eum, vt Moſes ait.[h] Eccleſiaſticus.[i] & Mercurius Trimegiſtus.[k] & Ouidius, eſt Deus in nobis, &c. ſimilitudo autem hominis ad hominem, nota eſt: ob quam homo homini debet obſequium, vt ait Papinianus.[l] Quamobrem naturalis ergà

a in repub.

b lib. 9. de Hipoc. & Plat. decr.

c Matthæi 22. Mar. 12 Luc 10.

d Exod. 20. Deut. 6. & 10.

e D. Paul. ad Roma. c 13. ad Galat. 5. 1. epi. Pet. 20. c. Leuit. 19. Paul. 1. epi. ad Theſſal. 4. D. Iohã. epiſt. 1. c. 4.

f c 13.

g lib probl. ſection. 10. q. 53.

h geneſ. 1.

i 17. c.

k in Pimandro. c. 8.

l in l. ſi ſeruus l. 7. § final. de ſeruis exportan. lib. 18. P. tit. 7.

Deum dilectio imò & facilior. Cum amor, pulchro, Bono magno Durabili, poteſtate, ſapientia, virtute, gloria & voluntate concilietur: Deus autem ſit, eximiè & ſuper omnia pulcher, bonus, magnus: Æternus, potens, ſapiens, virtute præditus, voluntate ad amandum facilis & pronus & miſericors. Quin & ipſe eſt vera pulchritudo, bonitas, ipſa magnitudo, æternitas, omnis poteſtas, virtus, recta voluntas, & Gloria. Vnde Baſilius.[a] Theſaurum indeſinentem vocat, amorem diuinum, & eius poſſeſſorem diuitem, vt eo indigentem, pauperem. Cum hic amor moueat & incluet cor hominis ad iuſta & recta, vt ait Gregorius.[b] Diligendo autem proximum cum Deum non videas, promereris vt videas, & diligendo proximum purgas oculum ad videndum DEVM Teſte Diuo Auguſtino.[c] Et Simplicius Philoſophus, amorem proximi præparationem ait eſſe ad coniunctionem diuinam: is ait. ἡ καθαρὰ φιλία τὰς φίλας ψυχὰς εἰς ἕνωσιν συνάγουσα μελέτη καλλίστη γίνεται τοῖς πρὸς τὸν θεὸν ἑνώσεως τυχεῖν, καὶ καλῶς οἱ πυθαγόρειοι περισσῶς τῶν ἄλλων ἀρετῶν, τὴν φιλίαν ἐτίμων, καὶ σύνδεσμον αὐτὴν τῶν πασῶν τῶν ἀρετῶν ἔλεγον, Pura charitas ſiue amicitia, in

a *lib. hexameron.*
b *li. 18. moraliū c. 66.*
c *li. de vera innoſcentia. c. 153.*

in vnum animas amicas coniungens, eſt pulcherrima excercitatio, & præparatio ad coniunctionem diuinam, atque præclarè Pythagorei præ ceteris virtutibus amicitiam venerabantur, & complexum omnium virtutum dixerunt, vt etiam pro ea nobis vnigenitùm filiũ Deus daret. vt ait Diuus Ioãnes, [a] vt effugere nõ poſſimus: ſaltem nos obligatos eſſe ad amicitiæ antidora, natura idipſum dictãte. Vt ſcribit Vlpianus.[b] Quod nec bruta ignorant, ſed & beneficiis miteſcunt. Omittoq; huius rei probationes, quæ iuſtũ volumen cõficerent. Adducã tantũ Barbari hominis teſtimoniũ, ad arguendam Chriſtiani hominis ingratitudinem, ex Anacharſidis epiſt. ad Thraſylochũ, is .n. ait. Κύων ψυχῇ καλὸν ζῶον, μνημονεύον εὐεργεσιῶν φιλεῖ τῶν εὐεργετῶν οἰκίαν, διατηρῶν εὐνομίαν ἕως θανάτου. οὐδ' ὑπολείπῃ κυνὸς εὐεργεσίων, δυνάμενος συλλογισμῷ ἐξισοῦσθαι ἀνθρώποις, Canis animo, pulchrum animal, memor beneficiorum, amat benefactorum domum, conſeruans Eunomian vſque ad mortem, Tu autem à cane vinceris, in beneficiis, cũ poſſis ratione çquare cçteros homines Labes autem hçc accidit, ex defectu amoris, Nam amor ſiue dilectio, tanta efficacia animos intrà quos concipitur,

a *In epiſt. 1. c. 4. et in euãg. de c. 3. 14. & 17.*

b *In l. ſed & ſi lege 28 §. cõſulit. 1. De petition. hæredi. tat. lib. 5. pã. tit. 3.*

mouet, vt nullus adeo ignauus ſit, qui inde ad virtutem & Deum non inflammetur. Hicque amor omnino beneuolus, vt nec Deo nec homini iniuriam inferat, nec is viciſsim iniuria vel à ferociſsimo Marte afficiatur: quod nouit Plato.[a] Quãobrem verè dixit Theocritus, homines auratos & nobiles, eos qui ſe antiquis temporibus redamabant: dum cecinit.

*a in conuiuio, ſiue in lib. de amore.*

Ἀλλήλους δ' ἐφίλησαν ἴσῳ ζυγῷ, ἦ ῥα τότ' ἦσαν
Χρύσειοι πάλαι ἄνδρες ὅκ' ἀντεφίλησ' ὁ φιληθείς,

id eſt, Inuicem ſe amauerunt æquali lance. Certè tunc erant aurei verè homines, cum redamabantur amati. Atque Heſiodus[b] poſt cahos, rerum rudem & indigeſtam materiam, fingit ſecundum natuũ eſſe amorem, maximis ſocietatum laudibus: dum ait.

*b in Theogonia.*

Ἠδ' ἔρος ὃς κάλλιστος ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι
Λυσιμελὴς πάντων τε θεῶν πάντων τ' ἀνθρώπων
Δάμναται ἐν στήθεσσι νόον καὶ ἐπίφρονα βουλήν,

Atque amor, qui pulcherrimus eſt omnium immortalium Deorum,
Solués curas & omnium Deorum & omnium hominum,
Domat in pectoribus animum, & prudens conſilium.

Neque aliud quicquam eſt quam amor, concordię illa catena aurea, quam iuſsit è

cælo

cœlo pendere & in terrã demitti Iupiter, vt cõmemorat Homerus.[a] Dum ait.

Ε'ιδ'ἄγε πειρήσασθε θεοὶ, ἵνα εἴδετε πάντες
σειρὴν χρυσείην ἐξ οὐρανόθεν κρεμάσαντες
Πάντες δ'ἐξάπτεσθε θεοὶ, πᾶσαι δὲ θέαιναι,
Ἀλλ'οὐκ ἂν ἐρύσαιτ'ἐξ οὐρανόθεν πεδίον τε
Ζῆν' ὕπατον μήστωρα.

E I A age periculũ facite dij, vt videatis
omnes,
Catenam auream ex cœlo ſuſpendentes,
Omnes appendamini dij, omnéſque Deę,
Sed non traheretis ex cœlo & terra
Iouem eximium conſiliarium.

Demittitur autem catena amoris à Deo in Cherubinos: Et hinc, in inflammatos Seraphinos, demum in omnem Hierarchiam cœleſtem, Thronos, principatus, poteſtates, dominationes, virtutes, Archangelos, & Angelos, de quibus Diuus Dionyſius.[b] Et Iſidorus.[c] Hi per amorem arcent Dæmones à nobis[d] inſtruunt nos[e] conſolantur[f] & conferunt alia plura beneficia.[g] Hi Dei nuntij & Miniſtri, cœlum, terram, ad amorem Dei & eius obedientiam diſponunt etiam. vocauit Plato amorem, annulos quibus omnia quæ in orbe ſunt colligantur. Vt nõ immerito Heſiodus Amorem poſt cohas, natum finxerit: quippe qui

a *Illiade* θ.
b *lib. de Hierarc. cœleſti.*
c *lib 7. Ethimo c. 5.*
d *Thobi. 8.*
e *Dan. 9. & 10.*
f *Geneſ. 10 Luca. 23.*
g *li. 3. regũ 19. Thobi. 5. & 10. 11 exodi. 32. gen. 31. Iob 33. Ieſaie. 24. 60. Iudic. 6. 13. 3. regũ 17. 4. eſdræ. 48. pſal. 90. Mathæi. 1. 18. 28. Lucæ 1. 2. 18. 22. actuũ 12. & 27. apocalypſis. 22.*

qui in rerum ſeparatione, vt ea conuenirent concordia, neceſſarius fuit. Et ita amore vel appetitu, veluti funiculo ex incomprehenſibili Dei prouidentia, vincirentur. Cùm enim elementa diuerſam habeant qualitatem, eâ amore opificis ſummi, mirabili ingenio & iuſſu temperata Societate, iugata ſunt. Sic quatuor elementa conueniunt, & ignis paulatim in aërem vertitur per calidū: hic in aquā, per humidum: aqua in terrā, per frigidū terra in ignem, per ſiccum, & compagine adamantina. Et Lucretius.[a]

a *lib.1. ita cecinit carmine ante finem 231.*

Et primū faciunt ignē ſe vertere in auras
Aëris, hinc imbres gigni terrāq; creari.
Ex imbri, Retroq; à terra cuncta reuerti,
Humorē primū, poſt aëra, deinde calorē,
Nec ceſſare hæc inter ſe mutādo, meare
De cælo ad terrā, de terra ad ſidera mūdi.

Iſtáque eſt mens & Dei prouidentia, & ſpiritus Quorū meminit Vergilius.[b]

b *lib.6. Æneid.*

Spiritus intus alit, totāq. infuſa per artus
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet. Cecinit & de ſeipſo amor, teſte Orpheo.[c]

c *in argonauticis dum ait ver.434.*

Αὐτὰρ ἔγωγε μετ᾽ αὐτὸν ἑλὼν φόρμιγγα λιγεῖαν,
Ἐκ στόματος μελίγηρυν ἱεὶς ἀνέπεμπον ἀοιδὴν,
Ὡς ἐπάμειψε φύσεις, ὥς τ᾽ οὐρανὸς ἀστέρας ἦλθε
Γῆς τ᾽ εὐρυστέρνου γένεσιν πυθμένα τε θαλάσσης.

Πρεσβύ-

Πρεσβύτατόν τε καὶ αὐτοτελῆ πολύμητιν ἔρωτα
Ὅσσα ἔφυσεν ἅπαντα:

Aſt ego tum cythara, poſt illum (Chironem) ex ordine ſumpta,
Mellifluũ reſonans emiſſi gutture cãtum,
Nigrantis tunc ergo cahus, prædiximus hymnum.
Vt conuerſa elementa, poluſque apparuit horrens,
Quodque genus vaſtis terris, pelagique profundum,
Conſilio & prudens, atque antiquiſsimus horum,
Cuncta ſuo generauit amor.

Et ita probatum etiam Boëtio.[a] dum ait.

Quod mundus ſtabili fide
Concordes variat vices:
Quod pugnantia ſemina,
Fœdus perpetuum, tenent:
Quod Phœbus roſeum diem,
Curru prouehit aureo:
Vt quas duxerit Heſperus
Phœbe, noctibus imperaret,
Et fluctus auidum Mare
Certo fine coërceat,
Ne terris liceat vagis
Latos tendere terminos,
Hac rerum ſeriè eligat
Terras, hac pelagus regens

*a li. de conſolati philoſophica lib. 2. metro. 8.*

Et cœlo imperitans amor.
Hic ſi fræna remiſerit
Quicquid nuuc amat inuicem,
Bellum continuo geret. Et addit
O fœlix hominum genus
Si veſtros animos, amor
Quo cœlum regitur, regat.

Et certè deſtructa & peſſundata hac rerum concordia, omnia velut propria natura deſtituta, reſoluuntur, vt non immerito, Alanus [a] dixerit [b].

*a in Anticlaudi. de planctu natu.*

*b in proſopopeia amoris.*

Si mea iura, leges, mea fœdera mundus,
Olim ſeruaſſet vel adhuc ſeruaret Amoris
Vincula non tantis gereret ſub cladibus,
Orbis.

*c lib. de miſteriis Aegyptiorum c.36.*

*d lib. 2. de cælo. c.2*

Neque ignoro tamen Iamblicum [c] hunc ordinem, rerumque amorem ſpiritibus qui illis præſunt, deputaſſe, incommutabilēque ordinem illis commiſſum, dicere: quod non obeſt, nam & rerum amor cuſtodiendus etiam commiſſus, vtpote à Deo ordinatus. Et quod pertinet ad vniuerſalem gubernationem à Deo angeli, ab angelis cœlum, Dei præſcripto reguntur. & inferiora reguntur & mouentur à ſuperioribus: vt ait Ariſtot. [d] Et craſsiora, fæculenta, & compoſitiora, per cælum ſimplicius & purius: vt hæc & plura à Iohanne Franciſco Pico Miran-

dulano traduntur.[a] Remanet tamen & elucet dilectio, & amor coniunctionis, cum res vna alterius non conturbat vim & officium, & terra manet in ſtabilitate in qua firmata à Deo eſt: Aſcendunt montes, & deſcendunt campi, in locum quem fundauit eis: & terminos poſitos non tranſgrediuntur, neque conuertuntur vt operiant terram.[b] Hoc etiam rerum vinculum, corpora brutorum & hominum, corporibus cœleſtibus & terreſtibus, coniungit, vt moueantur, vel melius afficiantur viciſsitudinibus temporum, ciborum & tempeſtatum, omiſſis tamen nugis & blaſphemiis aſtrologorum iudicariorum, & genethliacorũ. Et homo, quia terren⁹ eſt, & peccato obnoxius, facilè ad opera carnis conuertitur. Et ſi ſpiritualis ſit, cum conſtet ex corpore & anima, amore etiam facilè Deo iungitur. Et vtroque & corporalibus, ad laudem Dei relatis, extra peccatum, & ſpiritalibus delectatur, amoreque potitur: & cœleſtibus poterit vti vt amicis, ſeruata, cœleſtium & inferorũ dignitate ſubordinationéque congrua: Horum enim omniũ homo capax eſt, in quo velut lineæ circũferentiæ in centro, omnia ligantur. Nã Deus, cũ cætera ſuperio-

a *in lib. 5. de ſuperſt. prænatione c. 3.*

b *pſal. 103 apud Latinos.*

ra & inferiora creaſſet, ſexto die, hominem creauit, compoſitum ex limo terræ & ſpiritu à Deo indito. Vt inferiora & ſuperiora, terrena & cœleſtia & ſuper cœleſtia opera, in vno vaſculo hominis ſigillarentur. vt ait etiam Rabinus Scolmeh.[a] Neque etiam difficilè, id reipſa in homine annotare, & quod homo omniũ ſit animalium perfectiſsimum, velut participium naturæ omnium: vt primo lapidis, habet enim capillos & vngues quæ inſenſata ſunt, vt lapis. Particeps etiam naturæ plantarum, in eo quod creſcat, nutriatur & ſimile generat; item brutorum, quod habet ſenſus & iraſcitur, & concupiſcit: Dei autem iuxta rationalem animam. vt ait Theophylact.[b] Ideo à Deo homo, dictus omnis creatura.[c] Prædicate omni creaturæ, omnis creatura, non formaliter, ſed per continentiam, vt ait D. Dionyſius Carthuſian.[d] Dicitque idem c. 1. Sapientiæ, ibi, quod continet omnia, ſcientiam habet vocis. De homine poſſe interpretari. Idque, non ſecus quàm ſi vno & eodẽ lapide angulari, murorum diuerſæ partes abſoluerẽtur. Quo vinculo in homine conſiderato, fieri non poterat, quin homo antequam laberetur, ex proprio gradu amoris cuiuſque rei. quod

*a in c. 1. geneſeos.*
*b in c. 10. Lucæ.*
*c Marc. 8*
*d in Marc. c. 16. articu. 16.*

quod ſuum eſſet non redderet, & quæ Dei Deo, probéque omnia non dignoſceret. Quod tamen vinculum amoris cũ peccato diſſolutum, & amor diuinus pollutus eſt, vſque adeo, vt neceſſum fuerit Deum hominem fieri, & ſecũdam trinitatis perſonam, filium, incarnari, ad reconciliationem iſtius amoris obtinẽdam. Hicque verus Deus homo, mediator Dei & hominum CHRISTVS [a] nos reconciliauit patri. [b] Diſſoluitque maceriem exiſtentem inter nos & Deum patrem. Et rurſum fecit vtraq; vnum, reconcilians ima ſummis, vt ait D. Paulus.[c] Quam reconciliationem, ſi ab initio per baptiſma applicitam, conſeruaremus, nec fœdus illud amoris violaremus, felices certè & beati & in omni Iuſtitiæ genere fœcundi. Nam ad hanc dilectionem ſolam, reſtaurandam, vniuerſa iuris vtriuſque præcepta diriguntur. Sed humana audacia, temeritas, fragilitas, vel malitia, omnia violat. Hincque vniuerſa mala, tot ingentia infanda, & immania ſcelera ſurgunt, ex ſeparatione inquam & diſſolutione amoris: hinc lapſus primi angeli, cum dilectionis Dei oblitus, ſedem altiorem ambiuit.[d] Et poſtquam Dei violauit amorẽ, ad amorẽ etiam reliquarum

a *ad Heb. 9. c. 1 ad Timot. 2. ad Galat. 3.*
b *2. Corint. c. 5. Iſaiæ. 53.*
c *ad Ephe. c. 2.*
d *Iſaiæ. c. 14.*

creaturarum Dei intercipiendum totis viribus properauit, hominique inſidiatus eſt.[a] Et nunc, vt inſidietur ſicut leo rugiens, hominem obſeruat ac circuit.[b] Lapſo autem pariter homine, vitiata fuit iuſtitia originalis & puritas dilectionis, cognouitque ab his ſe nudum homo poſt peccatum, quod doctè annotauit inter cæteros, Iohannes Franciſcus Picus: Concordiæ comes.[c] Hinque factum eſt, vt circa dilectionem fallamur, vel proprio fomite, & carne in ſpiritum inſurgente, & concupiſcente[d] imaginationi & phantaſię credamus nimium effœminatè irrationali, quæ communis eſt nobis cum brutis: atque ex ſenſuum naturalium obiectis, vel ex diaboli ſuggeſtionibus, nimium temerè decipiamur. Quando & nobis tacentibus vel otioſis, plura & varia, à Deo & proximo aliena, cautè animis latenter ſeſe inſinuent, vt ait Pſellus[e], Porphyrius[f], & Proclus[g], Diuus Auguſtinus[h], Bonauentura & Thomas Aquinas, quos connumerat cum aliis, Petrus Mamoris.[i] Quibus artibus nullo modo obuiam iri poteſt, quam lumine illo cœleſti, & ope Dei. Vt experientia docet, & annotauit Iohannes Franciſcus Picus.[k] Nos enim noſtra cum

ratione

a *geneſ.* 2.
b 1. *Petr. epiſ. c.* 5.
c *lib.* 1. *de morte Chriſti & propria cogitanda c.* 3.
d *vt Paul. ad Ga. c.* 5.
e *lib. de dæmon. c.* 2
f *lib. de ſacrific.*
g *lib. de anima & dæmone.*
h *lib* 4. *de trinit. c.* 11. *& lib.* 9 *de ciuita. c* 18
i *in lib flagelli maleficarum.*
k *lib. de imaginatione c.* 12.

ratione ſæpiſſimè hallucinamur,& particulare quoddam bonum, multa malitia compoſitum, enixè diligimus: Et multa bona eſſe ducimus, quæ per viam latam, ad perpetuam infelicitatem nos manu ducant. Sic venerem, diuitias, voluptates, rapinas, iniurias & corpus excolimus, cura animę & virtutum poſtpoſita, ídque obtenebrata à peccato iam, & impura reddita mente. Vt nouit etiam Mercur. Trimegiſtus[a]. Non minus quam ſi noſtri oculi, in anguſta & occluſa domo, fumo, ad videndum prohiberentur. vt pariter docuit, D. Petrus apoſtolus Clementem, vt teſtatur idem Clemens[b]. Quamobrem neceſſariũ fuit, Deum nobis quæ recta, quæ iniuſta, bona, quæue fugienda ſunt, exponere: idque pręceptis ſtatutis, prędicationibus ſuis & ſuorum, & eccleſiæ ſuę ſanctę tradere: Tum per manus Imperatorum & regum, qui eius authoritatem ſuſtinent,& per magiſtratus, qui principum linguę & ſceptra ſunt, publicare. Nunc itaque operæ pretium eſt, vt clarius, Dei illam anacephalęoſin legis
8 omnis, Dilectionẽ inquam, explicemus, & ſenſim per minuta pręcepta, iuuenum animos informemus, vt ait expeditius eſſe Ariſto.[c] circa notiora & vniuerſalia: vt

a *in Pimãdro. c. 7.*

b *in Epitome ad Iacob. Hieroſoly epiſcop de factis & peregri. Petri.*

c *Phyſices. c. 1. & lib. 2. de anima c. 2.*

tandem gradatim, rudioribus veluti vmbratili palæſtra aliquantum exercitatis, ad difficilem illam & compēdioſam, ſed intellectum noſtrum excedentem, dilectionem Dei & proximi, peruenire queant. Hæc, vt ait Terentius[a].

Dum incipias, grauia ſunt:
Dumque ignores: vbi cognoris, facilia.

Quia & parua omnium principia, ſed ſuis progreſſionibus vſa, augentur. Vt ait Cicero[b].

a *in heautontimor. act. 5, ſcen. 5.*

b *5. de finibus.*

## Cap. IIII.

*De nomine præceptorum, & de boni principis diſciplina & inſtitutione.*

SVnt igitur Iuriſconſultis tria Eunomiæ præcepta: vt facilius ſub vno horum quoque præcepto actus legitimi cōcluderentur. In his infinita penè Iuriſconſultorum volumina, & negotiorum ſumma, nouem dictionibus continentur, ita clarè & luculenter, vt artem nobis admirari, ſufficiat. Neque moueat ſtomachū, hæc præcepta tātum dici: nec alio donari nomine latiori, ſed eo, quod pars vna præceptorū videtur: cum iuris ſit imperare, vetare, punire, præcipere, vt ait Modeſtinus[c]. Quia admonitū velim, iuuenē, hîc non

c *in l. legis virtus de legibus. li. 1. P. tit. 3.*

non præceptum pro iuſſu aſſumi, ſed pro complexu omnium legum: ſiue illæ iubeant, ſiue vetent. Vt etiam Cicero[a] ait. Hermagoræ diſciplinas dare rationes rectas, & præcepta dicendi. Sunt enim præcepta, documenta prælibata, & cuiuſcunque artis notiora & vniuerſaliora. præceptáque dicuntur quaſi antè accepta, vt Liuius præceptum tempus dixit[b] pro tempore ante dicto, & Cicero[c] fore beatum, ſi antè præceptis bonis, contentus eſſet.

*a de claris oratoribus.*
*b lib. 1.*
*c 3. Tuſcul.*

2 Porrò, hæc iuris præcepta, primum à principibus & magiſtratibus obſeruari & cuſtodiri debent: demum ab iiſdem, in illis contineri debet populus. Sic primum erudiri & doceri debent, hi qui clauum reipublicæ tenent, quíue gubernacula moderantur, vt rectius omnia exequantur, & ſubditi eorum doctrina exemplo & opera paſcantur & viuant. Paſtores namque ſunt, eo quod duces vitæ & nomothetæ: quemadmodum talem nominauit Homerus, Agamemnonem[d]. Et alios Plato[e] & Ariſtotel[f]. Et hinc accidit, vt quales principes, tales & ciues ſint. teſte Eccleſiaſtico,[g] & Claudiano[h]. dum ait.

Tunc obſeruantior æqui
Fit populus, nec ferre vetat, qui viderit ipſum

*d Iliad. & ver. 3.*
*e in Minoe.*
*f Ethicor. lib. 8. c. 11.*
*g c. 10.*
*h de 4. Honorii conſulatu.*

Authorem parere ſibi, componitur orbis Regis ad exemplum. Nec ſic inflectere ſenſus.

Humanos edicta valēt, quā vita regētis. Tradit etiā Ariſtoteles[a] & Cicero[b]. Nec etiam, tantum ineſt mali in peccato principum, quanquam eſt magnum hoc per ſeipſum malum, quantum graue id, quod permulti eorum imitatores exiſtant: obſeruare enim licet, quales ſummi viri fuerint, talem & ciuitatem fuiſſe. Et cum mutatione morum principum, & Reipubl. faciem immutatam. Quod firmat ex 3
Platonis authoritate, Idem Cicero[c]. Et Herodianus[d] hanc rationem reddit, quare ſeculum Cæſaris Marci, philoſophia valuerit, exiſtente Marco philoſopho. φιλεῖ γὰρ πῶς ἀεὶ τὸ ὑπήκοον ζήλῳ τῆς τοῦ ἄρχοντος γνώμης βιοῦν. Eo quod ſubditi, ſemper vitæ principum ſunt æmuli. Exempla etiam apud omnes ferè authores proſtant. Fuerunt enim Iſraelitæ ſub piis ducibus pij, ſub idololatris & ipſi idololatræ: ſub Alexandro Magno, viri militaris artis gnaui: ſub Dionyſio Siracuſano Tyranno, voluptati dediti: ſub Romulo, Quirites latrones: ſub Numa, ſacris addicti: ſub Iulio Cæſare, pugnaces & ſeditioſi: & Galli nouiſſimè ſub Franciſco Valeſio primo, docti,

a *in epiſt. ad Alexādrum magnum quæ præponitur lib. Rhetorico. ad Alexandrū.*
b *lib. c. de de legibus*
c *lib. 1. epiſto familiar. epiſto. 9.*
d *in princ. 4. lib.*

doctі:ſub Henrico.2.eius filio, bellis de-
diti:cæteros prætermitto. Quamobrem
par eſt principes non armis, ſed legibus
4 Dei ſe,ſubinde ſuos imbuere. Atque ideo
quatuor ſunt inculcanda principibus,Dei
reuerẽtia,ſui cultus, ſubditorum affectus
& protectio,& Magiſtratuum diſciplina.
vt ait Guilielmus Benedicti[a]. Ex aucto
ritate Iohannis Fabri[b]. Virorum autem
eruditorum, ſed qui cum eruditione bo
nis, caſtis & impollutis ſint moribus,
opera & diligentia, cum propria ſui
muneris diligenti conſideratione, illa
ipſa aſſequentur. Sed cura præceptorum
pręcipua, religionis verę eſſe debet. vt
monet Angelgomus, vir multę erudi-
tionis[c]. Nec regem ritè dici poſſe,
qui ſecundum mandata domini ſemet-
ipſum & ſubditos regere noluerit. Et
quanquam neminem oporteat melio-
ra ac plura, principe ipſo ſcire, vt ait Ve-
getius[d]. Nihil tamen eſt, quod ma-
gis fulgeat in principe quã recta fides[e].
Sic Ariſtot. ad Antipatrum ſcribens, Ale-
xandro inquit, ſuadendum eſt, non modò
quòd quam pluribus gentibus imperitet,
ſed quòd præter alios, rectam de diuinis
opinionem habere poſſit: Plutarcho te
ſte[f], quod & Diuus Thomas[g] explicat,

a *in c. Reynunci. in verb. Reynũ de Cleris numero 7. de teſta.*
b *in § 1. de iuſt. & iur. apud Iuſtinia. in inſtitu. ciuil.*
c *in 4. Regum lib. c. 24.*
d *lib. 1 de re militari in principio.*
e *epiſt. inter claras. l. 4. de ſumma trinit. & fide catho lib. 1. C. tit. 1.*
f *lib. de trãquillita. animi.*
g *ad reg. Cypri.*

& rurſum[a] ait, Reges qui diuinæ reuerentiæ fuerint ſolliciti, vitam fœlici curſu conſummaſſe:& qui contrà, infœliciter. Salomõ rex filius Dauidis, ꝑ vtroq. ſufficiet exẽplo. Laudãdi in hoc Ægyptij, qui reges ex ſacerdot. & ſacerdotes ex philoſophis eligebant. vt annotauit Ficinus[b]. Quorum vel ea ratio eſſe poteſt quod imago Dei princeps ſit:& ſicut, teſte Plutarcho[c]. In cœlo pulcherrimum ſui ipſius ſimulachrum conſtituit, ſolem & lunam, Talis eſt eius in Republica imago ac lumen, princeps: qui Dei reuerẽs, iuſtitiam tuetur, hoc eſt, Dei rationem geſtat, nempe intellectum, non ſceptrum, non fulmen aut tridentem: quod ſi aliter accidat, reges coloſſos imitantur, qui Heroicam pręferentes dignitatem, nihil præter puluerem, lapides & paxillos intus habent, cui ſubſcribit etiã Lucianus[d]. Hinc prouidentia & cura populorum, velut ex capite pẽdet. Eſtque omnium ſubditorum in rege, oculus. vt ait Agapetus in admoni. ad Iuſtin. Imp. his verbis[e] ὥσπερ ὀφθαλμὸς ἐμπέφυκε σώματι οὕτω βασιλεὺς τῷ κόσμῳ ἐνήρμοσται, ὑπὸ τοῦ θεοῦ διδόμενος εἰς συνεργίαν τῶν συμφερόντων, i. Quẽadmodũ ocul⁹ innatus eſt corpori, ita rex, mundo à Deo datus, ad auxiliũ efficax præſtandũ vtilibus. hic

facere

a *in lib. 2. de regimine principum. in fine vltimi capit.*

b *ex Platon. in Hermetis ope. præfa.*

c *lib. de doctrina princip. Deo.*

d *in gallo.*

e *articulo. 46.*

facere rectè, ſuos benefaciendo docet: & çùm ſit, imperio maximus exẽplo quoque maior eſt. Et ita pronuntiauit Velleius Paterculus[a]. Vt non immerito idem Agapetus verè dixerit, μετὰ πολλῆς ἐξετάσεως, τὰς τῶν ἀρχόντων προβολὰς γίνεσθαι, id eſt[b], Ob id, cum multa inquiſitione primas partes principum, dari debere. Quia vniuerſi habent in principem intentos oculos, vſque adeo, vt minima quæque principum & magiſtratuum notentur peccata, eáque pro magnis habeantur. Cymoni vinum exprobrabant Athenienſes: Scipioni, Somnolẽtiam Romani: Pompeio, mollitiem, & quod vno digito caput ſcalperet: teſte Plutarcho[c]. Sic Lacides Argiuorum rex, vulgo malè audiuit ob comam compoſitiorem, & inceſſum delicatiorem, mollis & effœminatus habitus. Malè etiam ceſſit Craſſo veſtalis familiaritas. eodem Plutar. autor[d]. Et reprehenditur à Pericle collega in prætura Sophocles, quòd pueri pulchritudinem formæ, laudaſſet: admonitus, magiſtratum, non tantum manus ſed etiam oculos, abſtinentes habere debere[e]. Quod docuit Scipio qui Hannibalem deuicit: quique captiuos pueros, puelláſq; præcipuè pulchritudinis barbaro reſtituit, nec

a *in poſteriori.*

b *articu. 2.*

c *in Polyticis.*

d *lib. de vtilitate capien. ab inimi.*

e *Cice. ita lib. officiorum cũ dè εὐταξία modeſtia & rer. ordi. diſſerit.*

in conſpectum quidem ſuum paſſus addu ci,ne quid de virginitatis integritate delibaſſe ſaltē vel oculis, videretur[a]. Neque id quidem mirum ,cum ſceptra Regum, citra tyrãnidem,ab ſpectata inter omnes, hominum virtute, à populari ſtatu in regium faſtigium & culmen , nata euectáve ſint,vt ait Iuſtinus ex Trogo[b]. Et differre putauit Ariſtoteles[c]. Tyrannum à rege,quod Tyranni obiectum ſit,quod placeat:Regis autem,quod honeſtum ſit.

*a l.Flor. lib.2. epitomes.c. 6.*

*b lib.1.*

*c lib.5.polytic.c. 10.*

---

### Cap. V.

*De Magiſtratuum diſciplina, præcepta antiquorum. Et quomodo primum præceptum, honeſtè viuere,exequantur.*

EADEM autem magiſtratibus quæ & regibus conuenire,quod pertinet ad muneris authoritatem exiſtimo, quippe qui gerant & perſonam publicã vel ciuitatis. Vt ex proximè citato libro Ciceronis cõſtat. Cæterũ ſpeciali calculo,quæ honeſtas in magiſtratib.exigatur,pulchrè notat Caliſtratus[d], vt in adeundo ſit facilis, contẽni ſe nõ patiatur. Et Zaleucus legiſlator Locrenſiũ, admonebat priuatos, & dehortabatur ab inſolentia, & faſtus intumeſcentia,néue ad amicitiam odiúmq. iudicia

*d in lib. ſeruãdum. l.19.de offic. præſid. lib.1.P.tit. 18.*

iudicia ferrent, teſte Diodoro Siculo[a]. Quare duo hac in parte, extrema cauenda ſunt. Superbia, iudici: contemptus, ſubditis. Superbia autem ſiue arrogantia Magiſtratuum conſiſtit, vel in non reſpondendo, & in contumelia, quæ eſt in nimia acerbitate, & in malè reſpondendo, vt ſcribit Cicero[b]. Valerio iuriſconſulto. Hinc enim malum in Republica maximũ ſuboritur. Cùm Superbia & Auaritia eorum qui gubernãt, homines in ſeipſos prouocent & infenſos, aduerſum ſtatum reipublicæ, concitent, vt notat Ariſtotel.[c] Et Iuuenalis[d].

Patriam tamen obruit olim
Gloria paucorum, & laudis tituliquecupido.

Generat enim Superbia, Inuidiam. Teſte Auguſt.[e] ideo nunquam in ſolido ſtetit Superba fœlicitas. Et ingenium, Imperiorúmque magna faſtigia, obliuione fragilitatis humanæ, collapſa ſunt. Si Senecæ, omiſſis etiam vulgaribus exemplis, credamus[f]. vt pote exiſtente ſuperbia, Radice & regina omnium vitiorum, quæ ex diametro pugnant honeſtati, vt ait Gregorius[g]. & initium peccati omnis eſt: odibilis Deo & hominibus, in Eccleſiaſtico[h], eo quod & ira ſit ſemper inter ſuper-

a *lib. 12. biblioth.*
b *lib. 1. epiſt. fam.*
c *lib. 5 polyticor. c. 3.*
d *Satyra. 10.*
e *lib. de ver. domini ſermon. 54.*
f *de ſen-ten. orat.*
g *lib. 31. moral.*
h *c. 10.*

bos [a]. & vnde ſequitur præſumptio, ambitio, inobedientia legum & principum, & pernicioſa hypocriſis. Vt merito in hos Ieſaia [b]. ſcripſerit, væ vobis, qui eſtis ſapientes apud vos metipſos, & prudentes in oculis veſtris, quia ſedes ſuperborum deſtruxit deus, & radices gentium ſuperborum arefecit. Monentur igitur Iudices qui ſceptra regnorū obtinent, vitandam eſſe Superbiam, in quam facilis lapſus præſtantioribus. Quemadmodum enim vinum potantem decipit, ſic Superbia homines inuadit [c]. quia hęc ſerpit cautè. 3
Et cùm reliqua peccata ex malefactis, oriantur: hæc tamen, ex bène geſtis extollitur & conflatur. Vt ait Diuus auguſtinus [d]. quò magis præcauenda eſt iis qui honeſtum obſeruant. Illa quippe tumeſcens & inani vento impulſa, nec quid agat, quidque expediat conſiderat, ſed veluti temulentus, nutans ludibrio, omnia inconſideratè adminiſtrat. Tum ob illam regna transferuntur, ciuitates ſubuertuntur, reſpublicæ eradicantur. Hac, Angelorum Lucidus ordo in inferiora præcipitatus [e]. ideóque princeps illorum dictus Rex ſuper omnes filios ſuperbię in Iiobſ, Per hāc, Homo Paradiſo priuatus, reſtitutus natalibus humi-

a *Prouerbior.13.*

b *c.5.*

c *Abacu. 2.c.*

d *Lib. de natura & gratia in epiſtola ad Dioſcorum & in pſalmum. 58.*

e *Ieſaiæ.1.14. Iudas Apoſtol. in Epiſt.1.c.1. & 2. Pe-*

militate CHRISTI, Qui cum DEI FILIVS eſſet, homo factus eſt[a]. hæc quia valde exoſa, ita & vindicata variis pœnis à Deo, Quas qui cupit videre, legat in Geneſi[b], Exod.[c] in libris Numerorum[d]. 3. Regum[e] Ieſaiæ[f]. Danielis[g]. Iudith[h]. in 2. Macchabæorum[i]. & pro iudice ſedente ſuperbiente, & punito, reuoluenda Herodis hiſtoria: Qui cùm ſibi diuinos honores vendicaret, Phtiriaſi, ſcilicet morbo pediculari conſumptus,
4 expirauit[k], Quem certè, ſi ſibi iudex proponat caſtigatum, procul à ſe faſtum, ſibi delatos immodicè honores, relegabit. Conſiderans cum his ſuum honeſtum, & ſe ſolum modo nudum Miniſtrum Dei, à quo omnes iudicabimur. Atque ſiquid probè ab illo geſtum ſit, nihil aliud quàm quod debuit, ſe feciſſe exiſtimet: vt Docet Deus[l]. neque aliter ſentiat quàm prout ſcriptum eſt[m]. tua ſunt omnia Deus, & quę de manu tua accepimus, dedimus tibi. Et omnia noſtra operatus es in nobis. Quod & repetit Ieſaias[n]. Cum omne optimum & omne donum ſit deſcendens de ſurſum, à patre luminum[o]. Neque quicquam boni in nobis ſit quòd inde non acceperimus inſufficientes ex nobis aliquid vt ex

a *Ioan. Euang. 1. c. & Paul. 1. ad Tim. 2. & 6. & 1 cor. 11.*
b *c. 1. & 16.*
c *14. c.*
d *16. c.*
e *12. c.*
f *37 c.*
g *4 & 5. 2. 6.*
h *c. 9. & 15*
i *Actuũ 12*
k *Lucæ. 7. c.*
l *Paralip. c 29.*
m *c. 26.*
n *Iacobi. 1.*
o *1. ad corinth. 4.*

nobis cogitare.a. Ita fiet vt omnia iudicia ſemota priuata, ſui vel alterius affectione recta trutina expendantur: non ira, non ambitione, non amicitia, non indulgentia, quæ venantur gratiam iudicum, & inanem inflatámque ſuperbiam, rationis functionem vllo modo impedientibus. Obiurgationes tamen à iudice faciendę, non nunquam incident neceſſariæ, in quibus vtendum fortaſſe vocis contentione maiore, & verborum grauitate acriore: id autem agendum, vt placuit Ciceroni[b]. ne ea facere videamur irati: Sed vt ad vrendum & ſecandum medici veniunt, ſic ad hoc genus caſtigandi, rarò inuitíque veniamus: nec vnquam, niſi neceſſariò, ſi nulla reperiatur alia medicina. verum, non ideo magiſtratus popularis & affabilis nimium eſſe debet, potiſſimum in ſede, & cùm de adminiſtrandi officij ſui cauſa conuenitur. Ne quædam corruptionis ſuſpicio aſſidentibus ſuboriatur: retinens illlud veluti ſcriptum in mente, Se hominem eſſe, demiſſo ſupercilio, Decenti grauitate. Et ita rex, tum magiſtratus, ſubditorum querelas debent recto iudicio terminare, negotia propoſita.

a 2. ad corin. 4.

b 1. Officior.

Cap.

## Cap. VI.

*PRINCIPES per ſeipſos iudicaſſe, & vbi & de loco tribunalis honeſto eligendo.*

NEque debet rex, hoc munus deſpicere iudicandi, quo nihil magis illi proprium. Iudicarunt enim & reges Hebræorum, & aliarum plerumque nationum principes & imperatores: ídque cũ maxima maieſtate & magnificentia: Vt iudiciorum diuina poteſtas, ſubditos terreret, & à malis reuocaret. Ita Salomon filius Dauidis, Rex, Solio eburneo auro incruſtato mundiſſimo, cum ſcabello aureo iudicauit[a]. Et Moſes, tanquam diuinior, ſolus initio iudicabat, ſedens, adſtante populo[b]. Iudicarunt pariter Reges antiqui vel Monarchæ Perſarum. Memoriæque proditum, Thronum vbi Rex Perſarum ius dicebat, fuiſſe aureum, & circa hunc columnas, inter quas purpura expanſa erat, miniſtris adſtantibus, in haſtis mala aurea deferentibus. dicti maliferi, nobis Virguiers, vt narrat Athenæus[c] Erat Thronus Alexandri iudicialis etiam aureus[d]. Et Rex Maſſinorum ſeuerè inter ſubditos, ius in alto ſolio dixit: vt meminit

a *Reg* 1. c. 7. & 10. 1. *Paralip.* c. 9.

b *Exodi.* 18.

c *li* 12. *Dipnoſophiſt.* c. 3.

d *Eodem narrat. lib. Ath.* c. 18.

Appollonius Rhodius[a], vbi rationem aſſidit, aitque ἀτὰρ ἐν ὑψίστῳ βασιλεὺς μόσυνι θαάσσων ἰθείας πολέεσσι δίκας λαοῖσι δικάζει, σχέτλιος. ἢν γὰρ τέ τι θεμιστεύων ἀλίτηται λιμῷ μιν κεῖν' ἦμαρ ἐνικλείσαντες ἔχουσιν, id eſt, Sed in altiſſimo ſedens Rex Moſſinum, iudicat recta iudicia populis ciuitatum, ídque duiè: Quandoquidem, quando ſi ipſum iudicare contigerit iniquè, ipſum includentes, fame macerant. Et iudicauit aurea etiam Sella Midas, quam Delphos, Deo dono miſit, vt ait Herodotus[b]. & Geron Syracuſanorum Tyrannus, in horto apprimè fabrefacto, honeſtè iudicabat: vt Silenus Calatianus author[c]. & Athenæus[d]. Hęcque regum honeſtas ratione loci, in iure reddundo: Magiſtratibus etiam requiſita, in tribunalibus eligendis: Nam nec iis ſedere vel iudicare debent, in lupanari, vel in popina, alióve loco inhoneſto omnibus vel alteri ex litigantibus: vt ait Papinianus[e]. ſed in loco publico vel honeſto, & vbi violari non poſſit maiorum honeſtas. Aliter enim Sententiæ eorum non valent, & ita reſpondent Carus Carinus & Numerianus Cęſares[f].

*a lib. 1. Argonau. carmi. 1028.*
*b in 1. c.*
*c in 5. rerũ Syracuſanorum.*
*d lib. 12. c. 15.*
*e in l. ſed cum dies compromiſſi l. 26. §. penul. de recept. arbitr. lib. 4. P. titul 8.*
*f in l. cum ſententiam l. 6. & ibi gloſſa in verba in ſecreto & Bart. Salicetus & alij de ſenten. & interlo. omnium iudicum lib. 7. C. titu. 45.*

CAP.

## Cap. VII.

*De honeſtate magiſtratuum in veſtitu, & de purpura, atque de ornatu principum Senatus, ſiue præſidum cauſæ & rationes.*

1 Sede electa, Iudex, magiſtratúſque, debent etiam veſte & ornatu à popularibus differre, ad honeſtum conſeruandum. Ideo Romani magiſtratus omnes, vno excepto Tribuno plebis, purpurati erant. vt refert Plutarchus[a]. Et Plinius[b]. Purpura, inquit, pro maieſtate pueritiæ eſt, diſtinguítque ab equite curiam. Pueritiæ autem conceſſam exiſtima, non omni, ſed ei quæ, à patribus magiſtratibus nata erat: nam & filij olim cum patribus, curiam ingrediebantur, vſque ad tempora Papirij. vt annotauit Macrobius[c]. & Aulus Gelius[d]. Plinius autem rurſum[e]. voluit vſum eius à regibus emanaſſe Hetruſcis deuictis, eámque geſtaſſe Romulum in Trabea, & Tullum hoſtilium in Latiore clauo. Quamquam Iulius pollux[f]. Ad Tyrios, non ad Hetruſcos, lanæ purpura inficiendæ inuentum, referat: ab Herculéque primum, lanam hoc colore intinctam, canis admonitione, qui purpuras in litore maris cum ediſſet,

a *in Problemat. & lib. 9. c. 36.*
b *Lib. 1. Saturnalior. c. 6.*
c *lib. 1. noctium atticar c. 23.*
d *in capite 34. citati libri. 9.*
e *lib. 1. onomaſ.*
f *lib. de coloribus.*

labra purpurarum cruore intincta habebat. Cùm verum ſit ex purpuris, quæ ex conchylium genere, has lanas infici & colorari, vt ait Ariſtoteles [a]. Et Plinius & eius enarrator Maſſarius[b], Vitruuius[c], M. Varro[d]. & alij. Cęterum quomodocunque vſus eius cœperit, cōſtat purpuratam veſtem, ornamentum fuiſſe regium, & maieſtatis inſigne, hoc rubicundo colore iuſinuans ſanguinis imperium, & necis inferendæ poteſtatem. Vocátque Horatius[e]. Tyrannos purpureos, dum ait de fortuna. Purpurei metuunt Tyranni, iniurioſo ne pede prorruas ſtantem columnam. Et Lactantius Firmianus[e]. Inſigne hoc Romanis regię dignitatis aſſumptæ, ait. Vt non immerito Tamburlanus, Scytharum imperator, antequam cum hoſte concurreret, ſolitus fuerit tria tentoria expandere: quorum vnum primum album, quod prima die obſidionis explicabatur, in ſignum miſericordię ab illo erga hoſtem, ſi ſe dederet, exercendæ. Secunda die, aliúd Rubrum & purpureum tentorium producens: Quo pollicebatur omnia cum ſanguine ſe executurum. Tertium, tertia die, atrum: minitans ſe omnia vſque ad radices euerſurum, ni illi cederetur: vt ſcribit.

a lib 9.c. 36.
b lib.7. c. 13.
c lib. 5. de lingua Latina.
d lib.1.carminum Ode.35. Reges
e lib 4. de vera ſapiētia.c.7.

bit. P. Crinitus.[a] Et ob hanc maieſtatē, *a li.1.de honeſta diſci.*
in Exodo.[b] iuſſit Deus fieri veſtem ſa- *c.1.*
cerdotis purpuream, quæ vocatur ibi Ar- *b 38.c.*
gaman, quam Rabi Dauid kimhi, ait fu-
iſſe Tzebag adom. veſtem rubei coloris.
Hac etiam veſte purpurea, indutus eſt cū
illuſus eſt dominus noſter IESVS CHRI-
STVS. Et dum ſalutaretur, Aue rex.[c] Et *c Marci.15*
magiſtratus Curiarum ſupremarū Gal-
liæ, purpuram gerunt, quippe qui refe-
rant Regiam maieſtatem in iuris exe-
quenda diſtributione, cum efficacia ſu-
prà inferiores iudices. Et inter hos, qui
prę́ſides vocantur ferunt Tiaras, quibus
vtebantur ab initio mulieres Perſicę: vt
ait Pollux.[d] Vel ſecundum Anacreon- *d li.5.c.16;*
tem Parthi, vt is ait in Ode εἰς τοὺς ἐρῶντας *e lib.7.*
in amantes. ἐν ἰσχίοις μὲν ἵπποι πυρὸς χάραγ-
μ' ἔχουσι καὶ παρθίους τις ἄνδρας ἐγνώρισεν τιά-
ραις, id eſt, In coxis quidem, equi inuſtū
habēt ſignum. Et Parthos homines quis
cognoſcet, per Tiaras. Quæ ſingulare
poſtea fuerunt ornamentum regum &
Principum Perſarum, vt ait Herodotus,[e]
Et Vergilius. Scēptrúmque ſacérque Tia-
ras. Hæ autem Tiaræ faſcia alba pelli-
cea, aurò in culmine ſedente cinguntur:
Et ſacerdotij quoddam ſpecimen referūt.
Flaminibus in eo vtróque ſimiles orna-

tu: taliſque videtur fuiſſe Cidaris illa
Perſica: cuius meminit etiam Quintus
Curtius [a] Et Diuus Hieronymus,[b] in qua,
erant maculę albæ in faſcia intermicán-
tes, qua & Coribantes vtebantur, &
pontifices Iudeorum lamina aurea ad-
iecta, vbi nomen tetragrammaton in-
ſcriptum erat: vt refert Galatinus aduer-
ſus Iudæos,[c] & expreſſè ponitur in Le-
uitico. [d] Sed & pariter regiam dignitem 4
repreſentant, paludamento, quod ex hu-
meris pelliceum dependet, quòd genus
ſit veſtimenti proprium antiquis duci-
bus imperatoribúſque cùm in militiam
proficiſcerentur, vt refert Varro [e]. qui
putat paludamentum dictum ab eo, quod
qui id fert conſpiciatur & fiat palam,
nos dicimus, manteau royal. Poſſet etiam
dici chlamys: quod erat genus veſtimen-
ti, peregrinantibus & venatoribus accō-
modum, ſed magis venatoribus, qui chla-
mydem læua manu obuoluebāt, vt expe-
ditius dextera cum feris pugnarent. Sic
enim ſcribit Iulius Pollux [f], loquens de
neceſſariis venatori, καὶ χλαμὺς ὁμοῖα, ἣν δεῖ
τῇ λαιᾷ χειρὶ περιελίττειν, ὁπότε μεταθέοι τὰ θη-
ρία, ἢ προσμάχοιτο τοῖς θηρίοις, id eſt, Et chla-
myde eget venator, quam oportet leua
manu circumuoluat, cum feras perſe-
quitur:

a *lib. 3. de geſtis Alexand.*
b *i. 21. Iezechi.s.*
c *lib. 1. c. 2.*
d *c. 8.*
e *lib. 6. de ling. latin.*
f *lib. 5. onomaſticon. c. 3.*

quitur : vel quando cum feris pugnat. Inde Pacuuius,& Varro [a] dixerunt,Chlamyde clipeare brachium,& Petrus Victor [b].Ex quibus poteſt reddi ratio, cur præſides implicant & reiiciunt in humerum læuum, pallium:ſcilicet vt ſymbolũ dent,ſe promptos eſſe ad feras,ſcilicet vitia, puniendas & debellendas,ideo ſedere iudices. Nam & delictum fera dicitur, geneſ.37.Fera peſsima deuorauit Ioſeph, id eſt Inuidia, & delictum. Erant autem lacernæ illæ & paludamenta regia, alba, vel rubea. Et ideo de M. Craſſo Valerius Maximus [c] ſcribit. Cum à Carris aduerſus Parthos,exercitũ ducturus eſſet Craſſus,nigrum traditum eſt ei paludamentũ, cùm in prælium exeuntibus, album aut purpureum dari ſoleret. Ferunt autem hæc paludamenta vno humero præſides curiarũ, à tempore quo curia hyeme ſedet in feſto ſancti Martini, vſq; ad tẽpus phaſe ſiue paſcatis : vt inde colligi poſsit paludamentum hoc, rectè dici palliũ regale, quo princeps ſub dio in expeditione vti ſolitus erat hyeme.Vel quod magis placet, vt vtramque authoritaté in Senatu recognoſcamus, & bellorum & pacis tempore, per principem illi conceſſam tempore neceſsitatis:Vel imperiũ in iure

a 5.de ling. latin.

b li.2. variar.lectionum c.21.

c li.1.c.9.

reddundo curiæ conceſſum, tam in togatos,quàm in ſagatos, lacernatos vel palliatos, eget enim ciuitas magiſtratibus, præditis iuſtitia & virtute bellica, vt ait Ariſtoteles.[a] Maiórque authoritas in præ- 6
ſidibus qui & purpurati & paludati,& auro coronati, quàm in cæteris Senatorij ordinis hominibus, qui, quia magiſtratus ſunt, purpurati tantum ſunt: & ſemper ius dicturi, purpurati eſſe deberent. Vt Clitus cognomento Albus,ius dicturus,etiam perpetuo cum veſtibus purpureis ambulabat, Atheneo teſte.[b] Et audio, ab initio inſtitutionis curiæ, ſemper ita Senatum purpuratum ſediſſe, nunc tantũ quotidiè præſidibus purpuratis ſedentibus,cæteris ſenatoribus ſolum prodeuntibus purpuratis & cum Epomidibus,die Diui Martini,qua curia iuſtitium rumpit, & ſedere poſt ferias vindemiales incipit:& pariter dum Areſta, quæ vocantur generalia, pronuntiantur. Et iuſtitium per aliquot dies indicitur, ad repurgandos & alleuandos carceres. Magis etiam Senatores venerati propter illam maieſtatem, cùm omnes fermè norint, regiam hanc veſtem eſſe, vt gloſſa notát.[c] Propterea Iuſtinianus Cæſar dixit. 7
adorandam ſuam purpuram.[d] Cui addendus

a *li. 3 poly. c. 8.*

b *Lib. 12. c. 18.*

c *in l. 1. qui milit. poſſunt li. 11. C. tit. 11. in verb. fibuli.*

d *in l. Sancimus quæ eſt lex. 4. de Conſulib. li. 12. C. tit. 3.*

deñdus Bartholus.[a] Vetitúmque priuatis, pœna capitis dicta, gerere purpu ram, vel texere, vel priuatim pari colore lanas tingere.[b] 7

a in l. ſi quis nauũ clerum. l. 9. de Murileg. li. 11. C. ti. 7.
b l. 3. 4. & final. & ibi Bartholus de veſt. Holobaris. li. 11. C. t. 8.

## CAP. VIII.

*De Magiſtratuum honeſtate in loquendo, grauitate ſeruanda, congreſſus dignitate & iudicandi maturitate, Et conſultatione.*

1 HVnc ſequitur, Magiſtratus, qui principis perſonam ſuſtinent, vt iis exterioribus docemur inſignium argumẽtis, pro religione & fide principis, omnia probè exequi debere, nec aliter, quã quemadmodum iudicaturũ principem ę-què, putarent. Vtque principis potiſsima cura eſt, ſubditorum pax, tranquillitas & vtilitas: ſic magiſtratus eò debet omnes ſui officij actus dirigere totis neruis, vt pacata & tranquilla reſpublica principi conſeruetur, nullo habito diſcrimine, in Iuſtitiæ diſtributione, diuitiarũ, non ſplẽ doris delictis conſpurcati: quippè qui nõ ſuas ſed principis partes, gerat. Principis inquã, quo nullus in regno maior, cuiq; omnes obtẽperare, vtroq; iure diuino &

humano, conuenit, & conſequenter magiſtratibus eius, qui eius dignitate veluti induti, nullius pertimeſcere debent magnatis in officio exercendo faciem, non vllius blanditiis moueri, non vllis oratorum ſalibus decipi. Sed ſimplici rerũ veritati, fidem habere: cogitantes Dei & principis munus iudicando ſibi demandatum, de quo, ſi non apud principẽ, tamen, ante magnum Dei tribunal in omnium conſpectum redditurí ſunt rationem. Qua in re prouidè egerunt Areopa- 2
gitæ, qui vt integritatẽ & grauitatem cõſeruarent, iubebant per præconem oratores, tacere ſimulatque mouere incipiebant affectus, vt ait Lucianus,[a] & Quintilianus,[b] atque vt honeſtatem illam conſeruaret, Areopagus idem, non dicentis orationem, non habitum, non antiquitatem ſpectabat, vt plerique noſtri ſeculi homines qui Tribunali pręſunt: quinimo noctu iudicabat, ne ad dicentes reſpicerent, Luci. eodem auth.[c] ſed ad ea quæ dicerentur. Et idem ſcribit Iſocrates[d] verũ quemadmodum honeſtas hæc grauitatis & ordinis eſt, ita & alia ad illud onus ſuſtinendum exigitur, vt nihil niſi honeſtũ præcipiatur: aliter impunè illis non obtẽperatur.[e] Addit pręterea Calliſtratus.[f]

a *in Anach*
b *lib. 10. in comparati. Demoſth. & Cicer.*
c *in Hermotino.*
d *in Areopagiti.*
e *cita. leg. ſi cũ dies in §. cõprom. de recept. arbi. canon. hortamur. 3 quæſt 9.*
f *in tã indica l. obſeruãdum.*

Ma-

3 Magiſtratū pati nō debere ſe contemni, Quod fiet ſi neminem, vel paucos, ad vlteriorem familiaritatem admittat: Ariſtidis exemplo, cui cognomen iuſti: qui omnes ſodalitates fugiebat, veluti potentia ex amicis parta ad iniquè egendum inſtigante, vt ſcribit Plutar.[a] Et auth. Valer. Max.[b] Numidię Reges, more ſuæ gētis, nulli mortalium oſculum dediſſe. Quicquid enim inquit, in excelſo faſtigio poſitum eſt, humili & trita conſuetudine, quo ſit venerabilius, vacuum eſſe conuenit. Et notum eſt ex comico: Nimiam familiaritatem, contemptum parere. Succurrit & quod ſcribit Martialis[c] ad Iulium.

*a in apophthegma.*
*b lib. 2. c. 2.*
*c lib. 12. Epigrāmatū Epig. 34.*

Si vitare voles acerba quædam,
Et triſtes animi cauere morſus:
Nulli te facias nimis ſodalem.
Gaudebis magis, & minus dolebis.

4 Et cùm alia ſunt pleraque, quæ contemptibilem reddere poſſunt magiſtratum, omnia etiam illa, quę eo reuoluuntur, & quę anſam præberent, deuitare honeſti cauſa, curabit perfectus magiſtratus: veluti incompoſitum & pręcipitem inceſſum, ex quo facilè mētis leuitas conijcitur: vt notatur ex D. Auguſt.[d] & Ariſtoteles docet[e]. Et G. Graterolus,[f] & alij.

*d cano. fin. 41. diſtin.*
*e in lib. de phyſiognomia.*
*f lib. de prædict. morum ex part. corporis.*

Et repreprehendit in Catilina Saluſtius, citum gradum. Cùm vt ait Plautus.[a]

*a in pœnulo actu 3. ſcæna 1.*

Liberos homines, per vrbem modico magis par eſt gradu
Ire, ſeruile duco feſtinantem currere.

Hinc etiam, admonitio de leuitate iudicij non ſequenda, inculcatur: neque præcipitandam eſſe ſententiam. Nam vt ait Lucianus.[b]

*b in Anthologia.*

Βραδύπους βουλὴ μέγ' ἀμείνων· ἡ δὲ ταχεῖα
Αἰὲν ἐφελκομένην τὴν μετάνοιαν ἔχει. id eſt,

Maturum conſilium, multo præſtantius eſt: præceps autem,
Semper habet comitem pœnitentiam.

Duo autem conſultationi contraria ſunt, celeritas & ira, vt dixit Diodotus Eucratis filius, orationem habens contra Cleonem, de non occidendis captiuis Myti- 5
leniis, apud Thucididem.[c] Quamobrem, primùm magiſtratus benignitate pari, tam reum quam actorem, audire debet: ne antè defenſionem ſceleſtũ & crudele iudicium ſequatur, ad quam rem Solon & Draco, Senatũ Atheniẽſem aſtrinxere, vt ait Lucianus.[d] Quia vt ait De-

*c lib. 3.*

*d in declarat. de calumnia.*

Demoſthenes[a], ἡ μὲν ἀρχὴ τοῦ σκοπεῖν ὀρθῶς ἐστὶ μὴ βεβουλεῦσθαι, πρὶν ἐξ ὧν δεῖ βουλεύσασθαι ἀκοῦσαι, οὐ γὰρ αὐτὸς οὔτε καιρὸς, οὔτε τρόπος τοῦ ἐπικυρῶσαι, τὰ δοκοῦντα, καὶ τοῦ σκέψασθαι τὶ πρῶτον δοκεῖ συμφέρειν. id eſt,

Principium rectè deliberandi eſt, non conſultare, priuſquam ea de quibus deliberandum ſit, audiantur: nec ipſum tempus eſt, modus confirmandi quę expediunt, contemplandum enim eſt, quid primum videatur conferre. Porro audita cauſa, ad conſultationem, eam, ſi grauis ſit, deferre oportet. Potiſsima enim pars conſilij eſt, intelligere id de quo conſultatur, vt ait Plato [b]. Sed & de conſilio à iudice in rebus & negotiis diſputandis, adhibendo, extat reſponſum Modeſtini. [c] In maximam autem conuertitur ſubditorum vtilitatem, ſi collatione opinionum, ex variorum ſententia, verum eliciatur: crebriſque concertationibus, & non ſecus ac ex ſilice validis ictibus, ignis: vel ex attritione, ex palea triticum: ita rectum exprimatur quodque rectum eſt, appareat. Certum enim eſt, veras & falſas poſſe in nobis opiniones eſſe: quia inſcientia multa, verſatur in vita, vt ait Cicero. [d] Et vt ait Pindarus. [e] Mentis

a 19 *proœ.*

b *in Phædro.*

c *in l. custodi l. 12. de publi. iudiciis li. 48. pan. tit. 1*

d 4. *lib. academi. quæſtio.*

e *in olym. ode. 7. 5. antiſtro. carmine ante penult.*

perturbationes, impellunt in errorem etiam ſapientem. Veræ autem, ſciſcitando, expergefactæ ſcientiæ fiunt, vt ait Plato [a], & opinionem fides ſequitur, perſuaſio fidem, perſuaſionem autem ratio ſecundum Ariſtotelem. [b] Et hóc modo Herennius Modeſtinus, diſputando & notando, benè decreuit: vt eſt author Archadius Iuriſconſul. [c] Et dominus noſter IESVS hac methodo vſus [d], quando inuentus eſt in templo, audiens & interrogans doctores. Ex hac proba cõſultatione, magiſtratuum omniũ fermè pendet authoritas. Vt etiam authoritas eius, in rebus decernendis, dicta fuerit conſilium ab Vlpiano. [e] Nam & in principibus, & in magiſtratibus, illa matura requiritur, antè reſponſum, deliberatio: potiſsimum quia in illis variatio improbetur, vel ea non congruat maieſtati & dignitati. Idcirco ibi, rerum omnium auguſtiſsimum eſt, conſultatione vti, vt ait Ariſtot. [f] & Euripides [g] γνώμη δ' ἀρίϛη μάντις ἥ τ' εὐβουλία. Optimus vates, bona ſentẽtia, & conſultatio. Huic adſtipulatur Rabinus Hillel, qui in pirke aboth. id eſt capitulis patrũ [h] ait, מרבה עצחמרבה הבונה Qui multiplicat conſilium, multiplicat intelligentiam. Et ruſum, [i] Rabinus Iſmael ait.

a in Menone.
b lib. 3. de anima c. 3. textu. 157 & 158.
c in l. mune. l. 18. de muner. & honor. li. 50. pan. ti. 4.
d Luc. 2. c.
e in l. vnic. de officio conſu lib. 1. pan tit. 10.
f ſcribens ad Alexã. reg. in Rhetorica ad Alexand.
g in Helena. actu. 2. verſ. 362.
h C. 2.
i in c 4. eodem.

אל תהי דן יחידי שאין דן יחידי אלא
אחד ואל תאמר-קבלו דעתי שהן רשאים

Ne ſis iudex vnicus : non eſt enim iudex vnicus, niſi vnus (Deus.) Et ne dicas ſuſcipite ſententiam meam : quoniam penes illos, & non penes te eſt poteſtas. Exempla ex Homero, & aliis omitto. Debent enim principes, & magiſtratus qui illum vltimó repreſentant ſolio citrà appellationem, tantum vno calamo, & vna lingua vti. Vt ſcribit Philippus Decius.[a] Ideo Caliſtratus.[b] Reſpondit, Diui fratres Arantio Sillo-ni reſcripſerunt, non ſolere præſides prouinciarum, ea quæ pronuntiauerint
6 reſcindere: vetinæ quoque reſcripſerunt. Suam mutare ſententiam neminem poſſe. Nam ſiue benè ſiue malè ius dixerit iudex, in eo, officio functus eſt ſuo, iudéxque amplius non eſt, vt notat Alexander tertius[c], & Honorius tertius.[d] Et Vlpianus.[e] Forma autem præſcripta eſt iudicibus à tribus Cæſaribus Valen. & Valentin. & Cratiano.[f] vt ſcilicet deliberationem adhibeāt antequam pronuntient. Sic procul à dubio, ea quæ conſilio fiunt, iure meritóque, firmitate effectúque niti : vt reſcripſerunt Imperatores Diocletian. & Maximilianus.[g] Atq; ſalus ibi eſt, vbi multa conſilia ſunt,

a in, l. nemo pōt de regul. iuris. in P. numero 3.
b in l. diui. fratres. l. 27. de pœnis lib. 48. Pan. tit. 19
c in c. in lite c. 9 de officio et pōt. iud. dele. libro 1. decretal. ti. 29.
d in c. ven. 37. eod. tit.
e in l iud. poſteaquā. 55. de re iudicat lib. 24. P. tit. 1.
f in l 2. de ſententiis ex pericu. recitand. li. 7. Cod. tit. 44.
g in l. dubiū nō eſt l 3 de repu. li. 5. C. tit. 17.

a *Prou. c. 11* ſecundum Salomonem.[a] Creditumque ex his maiorem percipere Reſpub. prouentum, & vitia eo potius excindi modo, quam vi inordinata, teſtis Philoſtratus.[b] De Aenea cõſiliario, & Hectore forti loquens, ita enim ibi. ἐκάλουν δ' ἀχαιοὶ, τὸν μὲν ἕκτορα χεῖρα τῶν τρώων, τὸν δὲ αἰνείαν νοῦν. καὶ πλείω παρέχειν αὐτοῖς πράγματα αἰνείαν σωφρονόυντα, ἢ μεμηνότα ἕκτορα, i. Vocabãt Græci, Hectorẽ manũ Troianorũ Æneã autẽ mentẽ: dicebantq; Aeneã mente & prudẽtia prędítũ, plus ſibi negotij exhibere, quam furentem Hectorem. Sed & fauorabilior illa ſententia videtur, quę à pluribus authoritatibus corroboratur, & euidentiori firmatur ratione.[c] Quo- 7 circa quia perpendenda ſunt iudicia, cum trutina in manu recta ad anginam pingitur Iuſtitia. Et ideo iudices formam dare debent ſententiis & emendatas ſedula fidelitate conferre, & ita pronuntiare deinceps. atque vno iudice, duo meliores erunt, vt Agamemnon, iurè apud Homerum, decem ſibi optauerit conſultores: notatũ & ab Ariſtotele.[d] At ſciendum eſt, conſultationum ſententias, ſecundum leges eſſe debere. Leges intelligo, vel eas quæ ſcriptæ ſunt, vel quæ morum habent ratam conſuetudinem, vt morum

b *de imaginibus.*

c *Can. qui recedit §. verũ de pœniten. diſtinctione.*

d *li. 3. polyticor. c. 2*

tradit Ariſtoteles.[a] Iuſtum quippe eſt, quod legitimum eſt: quod verò ſit contra leges, id eſt violentum apud Xenophontem:[b] ideo his aduerſæ ſententiæ, etiam clariſsimorum & procerum, iudi-
8 cibus ſequendæ non ſunt, teſte Iuſtiniano.[c] Et hoc eſt quod voluit Gratianus Ceſar, non oportere iudices, vti mẽdicatis ſuffragiis decretorum.[d] cum non ad ea quæ fiunt, ſed quæ fieri debent, reſpicere debeant: vt dixit Proculus iureconſultus[e], vnde vna elicitur notanda deciſio. Quod ſi ea quæ fiunt, fieri debeant, & perpetuò ita iudicatum ſit, pariter in negotiis ſimilibus iudicandum eſſe, vt probat Paulus iureconſ. potiſsimum ſi ab aliquo ſenatu ita iudicari ſolitũ eſt, ſub cuius iuriſdictione, appellationis cauſa ſit. Nam, non ambigitur Senatum ius inter ſibi ſubditos, facere poſſe[f], quodque apud maiores cum conſilio & ratione obtinuit, exemplo imitandum poſteris eſt, vt in retinendo magiſtratu & poſtulatione, adducit Vlpianus pro probatione Appiũ Claudiũ,[g] tunc enim iudex non ſuo ſenſu, ſed authoritate vtetur[h].

a *lib. 3. polytic. c. 12. & lib. 2. c. 7. in Cyripædia.*
b *in l. nemo iudex l. 3. de ſenten. & interlocut. omnium iudic. lib. 7. Cod. tit. 45*
c *in l. ſinguli. 14. de accu. li. 9 C. tit. 2.*
d *in l. Sed licet l. 12. de offici. præſidis li. 1. pan. tit. 18.*
e *in l. ſi de interpr. l. 37. & l. nã imperator. 38. de legi. lib. 1. pan. tit. 3.*
f *Vlp. in l. non ambigitur. 8 eod tit. de legi. in pan.*
g *in l. 1. §. quanuis de poſtu. li. 3. pan. tit. 1.*
h *vt ſua det. c. 1. de conſti. li. 1. decr. tit. 2. & ibi plu. per Felin. nume. 54. de ſequend. interpretũ & aliorũ opini. & quãd. id fieri debeat adde etiã Iohã. Andr. & Panormitanum.*

## CAP. IX.

*De vitandis adulatorum ſententiis & de vtili non præferendo honeſto.*

TANDEM iis obſeruatis, princeps 1
vel magiſtratus honeſtè viuet, cauebitq; illa examinatione, impoſtores, & & ſycophātas, qui iniuſtitię maximi, & periculoſiſsimi ſunt artifices, cupiditatibus malis farcientes principum aures. Quorum, vt ait Terentius.[a]

*a in Heauton-tontu. actu ſc1.na.2.*

Vbi animus ſemel, ſe cupiditate deuinxit mala

Neceſſe eſt conſilia conſequi conſimilia.

Pellendi ideo ſumma cum cura, vti 2
muſcæ importunæ à principum latere in Republica adminiſtranda, cùm à priuatis etiam domibus ſuſtineri nequeant. Et hac cauſa etiam Athenienſibus ſuccenſet Iſocrates[b], dum ait, *ὃ καὶ δικαίως ἄρτις ὑμῖν ἐπιτιμήσειεν ὅτι συνειδότες πολλοὺς καὶ μεγάλους οἴκους ὑπὸ τῶν κολακευόντων ἀναστάτους γεγενημένους, καὶ μισοῦντες ἐπὶ τῶν ἰδίων τοὺς ταύτην ἔχοντας τὴν γνώμην ἐπὶ τῶν κοινῶν οὐχ ὁμοίως διακεῖσθε πρὸς αὐτοὺς* i. iuſtè aliquis vobis iraſcetur, eo qđ, cū ſciatis multas & magnas domos ab adulatoribus ſubuerſas, cūq; odio habeatis in rebus priuatis huiuſmodi homi-

*b in princip. orationis, de pace. περὶ τῆς εἰρήνης*

homines, in rebus tamen publicis, pari cura eos non perſequemini. Cauendũ etiã ne vtile ab honeſto declinet. Solet nãq; vtile prima contemplatione, oculorũ aciẽ perſtringere, & quodãmodo mentẽ faſcinare: omnes autem, vel plurimi volunt quidem honeſta, anteponunt autem quæ proſunt, vt ab Ariſtotele refertur[a], τοῦτο δὲ συμβαίνει διὰ τὸ βούλεσθαι μὲν πάντας, ἢ τοὺς πλείστους τὰ καλά. προαιρεῖσθαι δὲ τὰ ὠφέλιμα. cuius rei ratio mutuanda eſt ex Galeno[b], qui ait, homines in vtilis delectu ſæpe falli, cùm id quod hac in re, ſibi vtile forè putarant, in aliis neſcio quo pacto, incõmodi plus adferre experiuntur, quod tamen in natura non accidit. At iudex optimus, qui vt ait Horatius.[c] Honeſtum præferet vtili, quiq; reiecit alto dona nocentium vultu, ſi honeſtum conſideret,
3 in vtili non decipietur. Semper ante oculos legum authoritatẽ vt ſpeculum proponendo: Legibus enim cõgruere debẽt honeſta. Quod animaduertit Ariſtoteles.[d] vbi ita ſcribit: τὰ δὲ καλὰ καὶ τὰ δίκαια, περὶ ὧν ἡ πολιτικὴ σκοπεῖται, τοσαύτην ἔχει διαφορὰν καὶ πλάνην, ὥστε δοκεῖν νόμῳ μόνον εἶναι, φύσει δὲ μή, i. honeſta autẽ & iuſta, de quibus politica ars conſiderat, tãtã habent differẽtiã ac tantum errorẽ, vt videantur lege non

a *lib. 8 c. 13*

b *li. 5. de vſu partiũ corp. huma circa principium.*

c *lib. 4. Carmi. ode. 9.*

d *li. 1. Ethicor. ad Nicomachum ſcri. c. 3 in non. conſe.*

## CAP. IX.

*De vitandis adulatorum ſententiis & de vtili non præferendo honeſto.*

TANDEM iis obſeruatis, princeps vel magiſtratus honeſtè viuet, cauebitq; illa examinatione, impoſtores, & & ſycophātas, qui iniuſtitię maximi, & periculoſiſsimi ſunt artifices, cupiditatibus malis farcientes principum aures. Quorum, vt ait Terentius.[a] 1

Vbi animus ſemel, ſe cupiditate deuinxit mala

Neceſſe eſt conſilia conſequi conſimilia.

Pellendi ideo ſumma cum cura, vti muſcæ importunæ à principum latere in Republica adminiſtranda, cùm à priuatis etiam domibus ſuſtineri nequeant. Et hac cauſa etiam Athenienſibus ſuccenſet Iſocrates[b], dum ait, ὃ καὶ δικαίως ἄν τις ὑμῖν ἐπιτιμήσειεν ὅτι συνειδότες πολλοὺς καὶ μεγάλους οἴκους ὑπὸ τῶν κολακευόντων ἀναστάτους γεγενημένους, καὶ μισοῦντες ἐπὶ τῶν ἰδίων τοὺς ταύτην ἔχοντας τὴν γνώμην ἐπὶ τῶν κοινῶν οὐχ᾽ ὁμοίως διακεῖσθε πρὸς αὐτοὺς i. iuſtè aliquis vobis iraſcetur, eo qđ, cū ſciatis multas & magnas domos ab adulatoribus ſubuerſas, cūq; odio habeatis in rebus priuatis huiuſmodi homi- 2

[a] in Heautontu. actu ſci. na. 2.

[b] in princip. orationis, de pace. περὶ τῆς εἰρήνης

homines, in rebus tamen publicis, pari cura eos non perſequemini. Cauendũ etiã ne vtile ab honeſto declinet. Solet nãq; vtile prima contemplatione, oculorũ aciẽ perſtringere, & quodãmodo mentẽ faſcinare: omnes autem, vel plurimi volunt quidem honeſta, anteponunt autem quæ proſunt, vt ab Ariſtotele refertur[a], *a lib. 8 c. 13* τοῦτο δὲ συμβαίνει διὰ τὸ βούλεσθαι μὲν πάντας, ἢ τοὺς πλείστους τὰ καλά. προαιρεῖσθαι δὲ τὰ ὠφέλιμα. cuius rei ratio mutuanda eſt ex Galeno[b], qui ait, homines in vtilis delectu *b li. 5. de vſu partiũ corp. huma circa principium.* ſæpe falli, cùm id quod hac in re, ſibi vtile forè putarant, in aliis neſcio quo pacto, incõmodi plus adferre experiuntur, quod tamen in natura non accidit. At iudex optimus, qui vt ait Horatius. [c] Honeſtum *c lib. 4. Carmi. ode. 9.* præferet vtili, quiq; reiecit alto dona nocentium vultu, ſi honeſtum conſideret,
3 in vtili non decipietur. Semper ante oculos legum authoritatẽ vt ſpeculum proponendo: Legibus enim cõgruere debẽt honeſta. Quod animaduertit Ariſtoteles.[d] *d li 1. Ethicor ad Nicomachum ſcri. c. 3 in non. conſe.* vbi ita ſcribit: τὰ δὲ καλὰ καὶ τὰ δίκαια, περὶ ὧν ἡ πολιτικὴ σκοπεῖται, τοσαύτην ἔχει διαφορὰν καὶ πλάνην, ὥστε δοκεῖν νόμῳ μόνον εἶναι, φύσει δὲ μή, i. honeſta autẽ & iuſta, de quibus politica ars conſiderat, tãtã habent differẽtiã ac tantum errorẽ, vt videantur lege non

natura,conſtare. Cicero autem, [a] in ex-
petendis, honeſtatem ex virtute ſimpli-
citer cognoſci vult, eámque quatuor ha- 4
bere partes, prudentiam,iuſtitiam,forti-
tudinem & temperantiam. Nam nec
omne Quod licet honeſtum eſt, niſi iu-
ſtum etiam ſit. Paulo teſte, [b] cuius ex-
emplum petere licebit, ex Vlpiano. [c]
vbi de Xeniis & muneribus repudiandis
inſtruuntur iudices. Addendus etiam ho-
neſtatis textus pulcherrimus in c. ſtatu-
tum, de reſcript. [d] Hinc etiam eſt, le-
gem honeſto vallatam eſſe debere. Ca-
non. erit autē lex 4. diſtinctione. Et Di.
Carthuſia in c.1.Lucæ.articulo primo.

*a lib.de inuent.2.*
*b in l.non omne quod licet l.187. de regul.iuris lib.50. pan.tit.17.*
*c in l.ſolet 5. de offi. proconſu.li. 1.pan.tit. 16.*
*d in c.ſtatutū.c.11. §. inſuper de reſcrip.apud Bonif. lib.1.*

## CAP. X.

### *HONESTVM quid ſit.*

SED quia quiſpiam ignorare poſſet 1
quid honeſtum eſt, Sciendum eſt A-
riſtotelem [e] deſcripſiſſe honeſtum id eſ-
ſe, quod cùm propter ſe eligibile ſit, lau
dabile eſt. aut, quod cum bonum ſit, id-
circo iucundum eſt, quoniam bonum:
quod ſi ſic eſt, neceſſe eſt virtutem ho-
neſtum eſſe,rurſum. [f] dixit honeſta eſſe,
ex quibus ſplendor aliquis aut illuſtris
honos, in eos qui aliquid geſſerint,
ſit,

*e li.1.Rhetoricor. ad Theodectē. c.9.*
*f in Rhetoric. ad Alexan.in prin.*

emanaturus ſit, vocátque iterum[a] virtu- *a lib. 7. E-*
tes & earum opera, honeſta. Et vt vno ver *thicorum*
bo abſoluam, ex inhoneſti collatione, ho *ad Eude-*
neſtum facilè docebitur id eſſe, quod nõ *mum.*
eſt effœminatum, indecorum nec turpe,
quodque eſt cum bonorum approbatio-
ne receptum. Ideo Lactãtius Firmianus[b]. *b lib 3. de*
Quid, inquit, honeſtius eſt, quam honor *falſa ſapiẽ*
perpetuus ad aliquem ſecundo populi ru- *tia. c. 18.*
more delatus? Hanc etiã quæſtionẽ Stoici
paucis abſoluunt. ἃ ποιεῖν αἰσχρὸν, ταῦτα νόμι-
ζε μηδὲ λέγειν εἶναι καλόν. Quod factu turpe
eſt, id nec dicere honeſtũ, exiſtima: quod
2 & refert Iſocrates[c]. Et Perſæ etiam, quæ- *c in admo*
cunque apud eos fas nõ eſt facere, eadem *nitio. ad*
dicere turpe ducunt: Vt turpiſſimum mẽ- *Demonicũ.*
tiri, & ære alieno obſtringi. vt ait Hero-
dotus[d], & in ea hæreſi fuerunt Stoici ſe- *d lib. 3.*
ctatores, vt teſtis Cicero[e] qui & per ſe lau *e 1. officior.*
dabile, græcis κατόρθωμα, honeſtum dixit.
quod inquit ex quatuor partium oritur
aliqua, vt aut in perſpicientia veri, ſoler-
tiáque verſetur: aut in hominum ſocieta-
te tuenda, tribuendóque ſuum cuique, in
rerum contractarum fide, aut in animi
excelſi, & inuicti magnitudine ac robo-
re: aut in eorum quæ dicuntur, quæue
fiunt, ordine & modo, in quo ineſt mode *f in para-*
ſtia & temperantia. Et rurſum, Idem[f] ni- *doxis.*

hil aliud eſt benè ac beatè viuere, quàm honeſtè viuere. idque iterū repetit[a]. Stoici autem dicunt ὅτι μόνον τὸ καλὸν τὸ ἀγαθὸν, abſolutè & conſtāter. Quod ſolum honeſtum, bonum eſt. Et pulchrum honeſtum bonum, quod natura amabile, vt Plato[b]. Reuera enim, id, καλὸν, id eſt honeſtū vel pulchrum eſt. Siue dicatur quod διὰ τὸ κηλεῖν, permulceat inſpicientes, ſiue διὰ τὸ καλεῖν. i. quod prouocet animum. vt ait Proclus[c]. Huic etiam Theognides[d] adſtipulatur. Dum ait, ὅτι καλὸν φίλον ἐστὶ, τὸ δ᾽ οὐ καλὸν, οὐ φίλον ἐστὶ, id eſt, Quod honeſtum eſt, amicum eſt: Quod non eſt, non amicum. Et Ariſtoteles, idem ſentit[e]. Et Cicer.[f] dixerúntque bonum & honeſtum perinde eſſe: & malum non eſſe, niſi quod turpe. Ita etiam Hecato[g], & Chryſippus[h], & Diogenes Laertius tradunt[i].

a lib. 4. de finibus.
b in Phædro.
c lib. de anima & dæmone.
d in elegiis.
e lib. 10. Ethicor. ad Nichoma.
f 5. de finibus.
g lib. 1. de bonis.
h lib. de honeſt.
i lib. 7. in Zeno.

## CAP. XI.

*Quod in omni iure conſideretur Honeſtum, & de honeſto in iure diuino.*

1 HOc autem honeſtum, omnium legiſlatorum conſenſu receptum eſt, adhibita loci, temporis & neceſſitatis, cōſideratione. Et quod amplius deſideratur, docēt honeſta honeſtè facere. Quod etiā neceſſariū, Duxit Clemens D. Petri apoſtoli

ſtoli diſcipulus. Qui ita eũ docuiſſe[a], ſcribit, ταύτῃ γὰρ πλείονα μᾶλλον ὑφέξεις τὴν κόλασιν, ὅτι καλοῖς ἔργοις οὐκ ἐχρήσω καλῶς, οὐδὲ γὰρ καλὸν τὸ καλὸν ὅ φασιν, ὅταν μὴ καλῶς γίνεται, i. Hoc enim maiore ſupplicio afficere, qđ bonis præclariſq; actionib. non honeſtè vſus ſis: neq; enim id quod honeſtũ dici ſolet, pulchrũ eſt, cũ nõ honeſtè agitur. Hactenus Clemẽs. Notandũ autẽ hoc præceptũ honeſti, iuri ciuili cõmune eſſe cũ aliis iuribus, à ciuili diſtinctis. Quocirca Iuriſcon. & Cæſar, qui iuris præcepta ita ſecarũt, purè iuris dixerũt eſſe præcepta, nõ iuris ciuilis tantũ. Vt omnes iuris vniuerſi, & diuini & naturalis & canonici ſpecies, in his participare docerẽt. Ex quibus omnibus iuribus, ius noſtrũ ciuile aliqd haurit[b], vt à diuino, Iuſtitiã quæ Dei eſt inuẽtũ: à naturali rationẽ: à gẽtiũ iure & pontificũ, firmitatẽ & cõſenſum, vt iuri canonico con-

2 ſona ſint decreta: cùm nec lex cõtraria canonibus ſeruetur, & cũ leges illis ancillẽtur, potiſſimũ in ſpiritualib. vt omnes noſtri interpret. probant, ex textu Innocẽtij tertij[c]. Et Gratian. Valentin. & Theodoſ.[d] & Iuſtinian. Ius autẽ diuinũ, vt à nobiliori incipiamus, habet ſuas honeſtatis leges: plures in Pẽtateuticho à Deo adiectas, cũ honeſtas ipſa, & à Deo ſit[e]. Et in operibus

a *in epitome ad Iacobum.*

b *Vlpia. in l. 1. ſ. huius ſtudii de inſtit. & iur. lib. 1. P. tit. 1. ſ. huius ſtudii eo. ti. ca. 12.*

c *in c. ſolitæ. 6. de maiorit. & obedient. lib. 1. decretal. tit. 33. c. final de ſecũd. nupt.*

d *in l. 1. de ſum. trinit. & fide cathol. in ſ. 1. de eccleſiaſtic. tit. in authenticis. colla. 9. tit. 6.*

e *Eccleſiaſti. c. 11.*

a *ſapient. 8.* manuum ſapientiæ, honeſtas ſine defe-
ctu[a]. Et D. Paulus[b]. Omnia honeſtè, vt
b *1. Corint. c. 14.* Dei legiſlator, fieri iubet. Rurſum[c]. Vt
honeſtè ambulemus. Et in Exod.[d] alia lex,
c *1. Theſſalo. c. 4.* non aſcendes per gradus ad altare meum,
d *c. 20.* ait dominus, ne reueletur turpitudo tua.
e *11. c.* Alia in Leuitico[e]. De immundis animali-
bus non edendis: vt de ſue vetita Iſraeli:
cui prohibitioni cauſam dediſſe, impeti-
ginem & ſcabiem qua infeſtabatur ille
populus, falſò comminiſcitur Cornelius
f *lib. 21. annalium.* Tacitus[f]. Alia de mũditia puerperæ[g]: alia[h]
g *Leuitic. 12.* de Leproſis rurſum. &[i] de Gonorrhæo, &
purificatione Menſtruatæ, Iterum & [k] de
h *13. & 14. lib. eiuſ.* illicito coitu, & turpitudine. Et libro Nu-
meror[l]. De immunditia pariter vitanda,
i *c. 15. eod. lib.* punienda, & purificanda. Quæ omnia
etiam clariſſimè tractantur à Rabinis in
K *c. 18. eod.* ſexta parte Talmud, quam dicunt סדר
l *5. c.* טהורות ordinẽ purificationũ, ibi enim
per duodecim tractatus, quos ipſi dicunt
Maſſechtoth, hæc perſequũtur. Tradúnt-
que in primo Maſſechet, de purificatio-
ne & immũditia Chelim. id eſt vaſorum,
pariter & veſtium, per triginta perakim.
i. capita. In ſecũdo de mũditia ahaloth, i.
habitationũ: vbi etiã de pollutione cada-
ueris per 22. perakim. In tertio dicto ne-
gaim, i. plagarũ, de immũditia lepræ, & a-
liarum

liarũ pcuſſionũ p 14.perakim. In quarto de parah i.vitula, vbi de aſperſione cinerũ vaccæ ad purificationẽ, Omitto libros Tcharoth, purificationum, nidda menſtruatæ: mikuoth, cõgregationum aquarum: zaim, ſpermatis: Moſckim irrigationum: tebul-iom, baptizationis diei: iadaim, manuum: gokazin. id pedunculorum fructuum: in quibus nihil aliud quam munditiei, & honeſtatis præcepta. Et in nouo teſtamento plures etiam honeſtatis leges conſtitutæ. Hinc adulterii, fornicationum, ſcurrilitatis, honoris, mũditiei præcepta cuique cognita, vt non egeant cõprobatione. Hinc locus D. Paul.[a] De honeſtate virginitatis, & matrimonij: & poſtea[b] de velando capite mulieris. tranſlata in corpus canonum[c].

a *1. ad Corinth. 6. & 7. c.*
b *in 11. c.*
c *c fœminæ 30. q. 5*

## Cap. XII.

1 *De honeſto iuris naturalis.*

TRanſeo ad naturam. quæ agnoſcit etiam honeſti præceptũ. Nam naturaliter, aliquem turpium pudet. Hinc eſt quod poſt peccatum, ſe nudum eſſe, vterque priorum parentum dignoſcens, pudenda texerit[d]. Hinc Noâh legem non habẽs ſcriptam, verecundia, quod irriſus, inebriatus & dormiens, motus, filio ma-

d *geneſ. 3.*

a *Geneſ. 9.* ledixit[a]. Atque cuiuſmodi honeſtatem in hominũ ꝓpagãdo genere, menti mortaliũ indiderit natura, docet nos pudor, qui vetat in propatulo, ferarũ more, coire, à Cynicis impudice excuſſus, quique ſalaciores etiã extiterũt Camelis, & Elephãtis: quippe qui petãt receſſum ſolitudinis, dũ coire volũt, vt nec ad eos tutus pateat per id tẽpus acceſſus, alicui, excepto paſtore. 2

b *lib 5. hiſto. annalium. c. 3.* Ariſtotele teſte[b]. Et turpe id verè dicitur, quod cõtrà naturã eſt: vt ait Cic.[c] Vel ratione loci, vel pſonæ, vel tẽporis, vel rei, in quibus turpe aliquid dici poteſt, & honeſtum, vt ait idẽ Cice.[d] Sunt & illa magis vitanda quæ natura turpia ſunt, quæq; talia eſſe neminem latere poſſunt, & magis mors eligẽda, quã illa contra propriã naturalem conſcientiam, admittere. Sequetur autẽ laus maxima, & vt ait Pilades in Oreſte apud Euripid. ἕξομεν κλέος καλῶς θανόντες, ἢ κακῶς σεσωσμένοι[e], i. Obtinebimus gloriam potius honeſtè morientes, quam inhoneſtè viuentes. Seruandáque antè oculos iugiter determinatio, quæ ab eodem Euripide traditur in Ione[f], vbi Chorus ita fatur verſu 133. Κἀγὼ φίλη δέσποινα συμφορὰν θέλω κοινουμένην τὴν σὴν ἢ θανεῖν, ἢ ζῆν καλῶς, id eſt, Et ego, dilecta domina, hunc caſum volo communem eſſe, aut mori

c *tertio officio.*
d *lib. 1. de inuen.*
e *actu. 4.*
f *actu. 3.*

aut

aut honeſtè viuere. Facilè autẽ iter, quod ſecundum naturam, eáq; duce perficitur, quia in ea non erratur, vt notat Cicero[a]. alicubíque ait[b], qui rectè & honeſtè curriculum viuendi à natura datum confecerit, facilè ad aſtra reuerteretur. Turpia etiam natura dicimus, quæ naturalem hominum ſocietatem & caſtimoniam, cõturbant. Eo pacto adulterium turpe natura, & furtum, Vlpiano π. quòd lege naturali prohibita videantur, vt turpia: vt de furto ſcribit, alibi Iuſtinianus vel Tribonianus[c] & Paulus[d]. Et natiuæ quædam virtutes, & vitia dicũtur, ab Ariſtot.[e] imo natura inſeminata & nutrita dicuntur, ab eodem[f]. Porrò quæ natura proba ſunt, omnibus gentibus cõmuniter proba & iuſta, citrà legem ſeruanda proponuntur. quare & Barbaris honeſti lex naturalis, cognita eſt, vt ait vnus ex Barbaris Ana-
3 charſis Scytha, ſed philoſophus. Is enim ad Solonem ſcribens, ſic ait. ἕλληνες σοφοὶ ἄνδρες οὐδέ γε σοφώτεροι βαρβάρων. τὸ γὰρ ἐπίστασθαι καλὸν εἰδέναι, οὐκ ἀφείλοντο οἱ θεοὶ βαρβάρων. πεῖραν δ' ἔξεστι λαμβάνειν ἐξετάζοντας λόγοις, εἰ καλὰ φρονοῦμεν, καὶ βασανίζειν εἰ συμφωνοῦμεν. id eſt. Græcorum viri ſapientes, ſapientiores nihilo plus ſunt Barbaris. Eo qđ, quin honeſtũ poſſint cognoſcere ,

*a l. de leg. & primo officio. de & de vniuerſitate.*

*b in l. pro-brum. l. 42. de verbor. & rerum ſignif. lib. 50. P. tit. 16.*

*c in §. furtum eſt de obligatio. quæ ex delicto naſcunt lib. 4. inſtitution. iuris ciui. tit. 1.*

*d in l. 1. de fur. lib. 47. P. tit. 2.*

*e lib. 6. Ethicor. c. 16*

*f lib. problemmatũ, ſectio. 30. c. 13.*

Deus non priuauerit mente Barbaros. Experientiam licet capere, ſermonibus illorum examinatis, & honeſta ſapimus, atque explorare permiſſum, ſi eadem ſa-
pimus. Hactenus Anacharſis, qui re ipſa, 4
honeſtum vſque adeo coluit, quamquam barbarus, vt ad eius æternæ honeſtatis memoriam in imaginibus illius perpetuò ſcribi ſolitum fuerit, lingua, ventre, pudendis, continẽdum eſſe. vt eſt author Diogenes Laertius[a]. nec eſt quod memorem Candaulis Regis Lydorum Barbarã vxorem, quæ honeſtatem tanti fecit, vt quia ſe nudam conſpectam à Gyge, ope mariti Candaulis cognouit, nece ipſius Candaulis, turpitudinem illatam vindicauit. Vt refert Herodotus[b]. & Iuſtinus ex Trogo[c]. Taceo Hyperboreos, Riphæorum accolas & Cimmerios, inter Aſiam & Europam in mundi cardinibus, vt putant per nemora degentes, qui natura honeſtatẽ conſeruãt, diſcordiam neſciũt, innocentiã colunt: Et per virgines honeſtiſſimas & probatiſſimas, frugum primitias Deo offerunt, vt ait Iul. Solinus Polyhiſtor.[d] Omitto reliquas nationes, & eorũ ſine lege aliqua, honeſtos mores: claudo, huius rei ſermonẽ & argumẽto finitionis Iuris naturæ ducóque fieri nõ poſſe, quin hoc

a *lib.1. de vitis Philoſo. in Anacharſi de.*

b *Lib.1 qui Clio. inſcribitur.*

c *Lib.1.*

hoc honeſtum naturale ab omnibus ſit cognitum, cùm omnia etiam animalia, ius naturæ docuerit, vnde ius gentium, omnibus familiare profluxit.[a] Et cùm natura communis ſit, ſic & id quod eius eſt, quod bonum ferè omnino eſt. Siquidem vt ait Pindarus[b]. τὸ δὲ φυᾷ, κράτιστον ἅπαν. Quod natura conſtat, optimum omne.

## CAP. XIII.

*De honeſto iuris Canonici & Ciuilis.*

1 IVre autem canonico (ſic enim vocamus ius pontificium) honeſtum hoc recipi & obſeruari, non eſt quod diutius in probatione immorer. Cùm leges Epiſcoporum Romanæ ſedis & apoſtolicæ, partim ex ſacris voluminibus & bibliis, partim ex Cæſarum & iurecon ſultorum monumentis, & naturali lege,
2 conciliorúmque ſanctorum authoritate, natæ & contextæ ſint. Atque in iure ciuili, varias etiam reperiri honeſtatis leges, nemo vt opinor, negabit. Nam infinita ſuppetunt huius rei, paſſim ſe offerentia exempla. Quæ ſi promam, Tertia, imò maior iuris pars, exhauriretur. Quædam tamen, indicabo in tyronum, quibus ſcribimus, gratiam. Et primo lex eſt in vlti-

[a] In § ſingulorum de rerum diui. apud Iuſtin. li. 2. inſtit. iuris ciuil. tit. 1.
[b] in olymp. ode. 9. ἀντιστρ. δ. carmine. 19.

mis voluntatibus, vt diſpoſitio illius qui contra bonos mores, vel turpe iuſſerit, irrita & inutilis ſit, authore Martiano [a]. Et quod contra honeſtatem introductum eſt, boni mores obſeruari vetant, apud Vale. & Gal. Cæſares [b], atque in teſtimoniis examinandis inter cętera explorandum, num perſona quæ dicit teſtimonium, ſit honeſtæ vel inculpatæ vitæ, vt monet Calliſtratus [c]. Efficit etiam honeſtas, vt res, cuius alienatio prohibetur, poſſit tamen pro modo honeſtatis perſonis congruo diſtrahi [d], quod ſumptum τοῦ τῶν νεαρῶν ἰουστινιανοῦ βιβλίου, ex conſtitutione λϛ'. περὶ ἀποκαταστάσεως προϊκιμαίων καὶ προγαμιαίων, id eſt, ex nouellis Iuſtiniani [e]. Demũ, honeſtum etiam licito præfertur: éſtque pro ſubſtantia conuentionum iuriſconſul. Modeſtinoſ.

---

## CAP. XIII.

*Quod non liceat ſe in contractibus decipere, & explicata l. in cauſæ, in § idem Pomponius de minor. in P.*

1 CÆterum, quia multis placuit ex iure elici poſſe, ſe inuicem in contractibus licere decipere. Quod extorquent ab Vlpiani reſponſo in l. in cauſæ, l. 17. §. idem Pomponius de mi-

a *in l. ſi quis inquilinos. l. 115. § fi. de lega. 1. lib. 3. P. tit 1.*
b *In l. reprehendenda. l. 5. de inſtit ſub. cõdi factis lib 6. C. titulo. 25.*
c *in l 3. de teſti lib. 22. P tit. 5.*
d *in auth. res quæ ſub iacet reſtitutioni, poſi ta ſub titu. cõmunia de legat. in li. 6. C. tit 43.*
e *ex conſtitu. de reſti. & ea quæ parit in 11. menſe in verſione antiqua nouellarum (quam ego vt plurimũ ſequor) §. quamobrem collation. 4. titu. 6.*
f *in l. ſemper in conuentionibus. l. 158. de regu iur. lib. 50. P. tit. 18.*

nor .x. ſubuertenda nobis eſt illa opinio, quæ honeſtati ex diametro faceſſit: interpretandúmque obiter illud reſponſum. Atque forſan dicere non prohibemur, licere alterum in contrahendo decipere. Sed id non eſſe honeſtum: cum omne quod licet, honeſtum non ſit, Paulo teſte in regula iuris[a]. Ideóque ſola illa licẽtia, niſi adſit honeſtum, contractum non ſuſtinet[b]. ſed magis mihi placet alia paragraphi idem Pomponius, conſideratio: ibi, nec Vlpianum, nec Pomponium loquutos fuiſſe iure permitti deceptionem: nec eorum contorquenda eſſe verba, contra iuris præcepta. Verba enim textus hęc ſunt. Idem Pomponius ait, in prætio emptionis & venditionis, licere contrahentibus ſeſe inuicem circumuenire. vbi ſcriptum eſt naturaliter, non iure. Naturaliter autem, non quòd ius naturæ permittat deceptionem, cùm potius vetet: ſed poſſe natura fieri, id eſt poteſtate naturali re ipſa, quod res naturaliter pluris ſit, ſua natura, quam ſit pretium quo vęniit: ratione tamen contrahentium, ab his iuſto valore æſtimetur, cùm res functionem recipiant, non ſecundum veram naturam, vel vtilitatem cuique peculiarẽ, ſed

a *nõ omne quod licet. l.186. de regul. iur. in P. tit. 18. lib. 50.*

b *iam cita. l. ſemper in contractibus.*

ſecundum communem æſtimationem a. Paulo teſtea, Et hæc vocatur rei vera æſtimatio, ſecundum inquam præſens pretium, quod ab vnoquoque ex re corradi poſſet tunc. vt ait Vlpianus b. & Iuſtinianus c. Hocque eſt ius commerciorum habentium ius κατ' ἀναλογίαν καὶ μὴ κατ' ἰσότητα. Dumtaxat ſecundum analogiam, non ſecundum æqualitatem, niſi æqualitatem dicas numi, qui propter datam à lege ęſtimationem νόμος dicitur: facitque functionem, ratione legis, non ratione veri valoris naturalis. In qua quęſtione recordari oportet, varias eſſe proportiones æqualitatis, ſecundum iuris ſpecies diuerſas: nam diorthoticon emendatiuum, quod eſt commerciorum, differt à dianemetico, id eſt diſtributiuo: rurſum à paſſione & repaſſione & commutatione. De quibus omnibus videndus Ariſtotel. d. Et Budæus, in annotationibus prioribus in pandectas e. Addere licet & pecuniarum valorem, & temporum viciſſitudines, pretia variare, vt ait Gaius f. 2
Item rerum particulares commoditates, quæ aliquibus valdè vtiles aliis inutiles ferè ſunt: Exemplum datur, in confinibus prædiis emendis, vel comparandis, vicinis maximè accommodis, apud Neratium

*a in l. pretia rerum. l. 63. ad leg. falcid. lib. 35. P. ti. 2. & in l. Si ſeruum meum. l. 33. ad leg. aquil. lib. 9. P. tit. 2.*

*b l. in l. falci. hoc eſſe ſeruandum lib. 32. eod. tit. ad l. fal.*

*c in l. fi. §. de admini ſtræ. tuto. li. 5. C. ti. 37*

d *lib. 5. Ethicor. cc. 3. 4. 5.*

*e ad, l. ius ciuile de inſtit. & iu re.*

*f in l. ideo in arbitriũ iudici. l. 4. de eo quod certo lo. li, 13, P. tit. 1.*

ratium [a]. & Caium [b]. Aliud, ſi res maiorum fuerit: tunc intereſt potius noſtra, etiam ſupra valorem, comparare, vt ait
3 Hermogenes [c]. Cum ſatis ſit lugubre, maiorum imagines non videre fixas, vel videre reuulſas. vt ait Imperator Conſtant [d]. Hi innuere etiam id videtur Cicero [e]. Ob quæ, non mirum, ſi in emptionibus affectionis etiam ratione, quis addictione, in rei valore circunſcribatur.
4 Porrò verbum circumuenire, à Pomponio relatum, non crudè pro deceptione doloſa, accipiendum eſt. ſed pro licitatione, quæ addictione pretij, creſcit. Nos enim interpretamur hic circumuenire, pro eo quod Galli, *marchander*. Et textus adeſt Pauli [f]. Quemadmodum inquit in emendo & vendendo, naturaliter conceſſum eſt, quod pluris ſit, minoris emere: & quod minoris ſit pluris vendere, & ita inuicem ſe circumſcribere, ita in locationibus. vbi circumſcribere, pluris vel minus vendere dicit, & interpretatur. Huius rei Paradeigma ſit: Decreuiſti rem tuam conſtituto & certo pretio diſtrahere, puta centum, cùm res tantum communi functione octoginta æſtimaretur: Ego quinquaginta offero, tenuis, adiicio illis quinque: tandem

a *in* l. *ſi cui fund.* l. 56, *de legati,* 11, *lib.* 31, *P. tit.* 1,
b *in l. etſi æquo pretio l.* 69. *de legat.* 1. *li.* 30. *P. ti.* 1.
c *in l. ſi in emptione. l.* 36 *de minor.* 25. *annis.*
d *in l. lex qua tutores l.* 22. *§. nec vero domum, de administrat. tutor. lib.* 5. *C. ti.* 17.
e *lib.* 1. *de legibus.*
f *in l. item ſi pretio nō ſoluto,* 25. *§. locat. lib.* 19. *P. tit.*

conuenimus de pretio octoginta quinque: licitationéque peracta, res traditur, alio pretio tamen quam propoſuiſti, & quo communiter venit: hanc puto circunſcriptionem, quaſi circũ & circa verũ pretium, deſcriptionem pretij: Eſtque deceptio, ſed non doli mali[a]. quia ſi dolus dediſſet cauſam contractui, non ſuſtineretur conuentio, teſte Vlpiano[b]. & Innocentio tertio[c]. Poſſent tamẽ argutiæ philoſophorum, leues quaſdam fraudes in pactis à iure permiſſis deprehendere, nõ conſiderantes pacis bonum. verum aliter philoſophi, & aliter iureconſulti, & leges aſtutias tollunt, vt docet Cicero[d]. Leges enim quatenus manu tenere poſſunt, Philoſophi autem, quatenus ratione & intelligentia iudicant. Nam ſi ædes propter deprauationem vendas, id lege turpè non habetur: cùm lege nõ prohibeatur, at natura ſecus: & hîc circumuentio eſt natura rei, in re, non in dolo. Nam cùm res oculis exponatur, cauere debet qui vendit, ne in pretio decipiatur: & qui emit, ne in re. Neque præſumitur deceptus, qui rem volũtariè diſtrahit minori pretio, & idcirco nec conſideratur hoc ipſum, niſi ſit ingẽs deceptio. Scire enim debuit qui vẽdit, & merita, vires & emolumẽta rei ſuæ familiaris, antequã

a *Dioc. & Maxi. l ſi volunta. l. 8. de reſcin. ven. li. 4. C. tit. 44.*
b *in l. & eleganter. l. 7. & toto tit. de dolo malo. li. 4. P. tit. 3.*
c *in c. cum vniuerſ. c. 8. de rer. permu. lib. 3. decretal. tit. 19.*
d *lib. 3. offic. or.*

venderet, vt aiunt, Gratian. Valentinian. & Theodoſ. C.C.[a]. & ſibi imputare debet, qui ſpõte iacturã patitur, quique rem ſuam neglexit, omni querela exploſa, vt notat Vlpianus[b]. neque hac in re, quum voluntate contrahentium in vili pretio conuentum eſt, legis verſatur cẽſura: ideo reſponſum eſt ab Arch. & Honorio. Nemo exterus religionis Iudæorum, Iudæis pretia ſtatuet, cùm venalia proponent: iuſtum eſt enim, ſua cuique committere[d]. Iuſtus enim vnuſquiſque moderator rei ſuæ eſt, atque arbiter Cõſtantio.[e] Quamobrem, nec turpis illa circumuentio eſt, cùm fraudi nõ adſcribatur, cúmque ſcienti & cõſentienti, nõ videatur fieri iniuria fraus vel dolus.[f] Atque hic conſideranda eſt natura omniũ contractuum, ſcilicet omnes eſſe liberos, & in mero animi ſitum eſſe arbitrio, velle vel nolle contrahere: cæterum neceſſitatem obſeruationis, tranſactis negotiis accedere, & lege ſemel contractibus definita, non amplius emendationem permitti, aliquo paciſcentium diſſentiente, vt Paulus ſcribit[g]. Et Diocletian. & Maximilian.[h]

a *in l. quiſquis l. 15. C. de reſcin de. venditio. lib. 4. C. tit. 44.*

b *in l. ſi quid poſſiſſ. l. 34. §. ſi quid autem ſumptum, de pe tit. hæred. li. 4. P. t. 1.*

c *l. nemo exterus l. 8. de Iudæis, & cælicol. lib. 1. C. tit. 12.*

d *in l. in re mandata. l. 21. mandat. lib. 4, tit. 35.*

e *Vlpian. in Nemo videtur. l. 188. ad reg. iur. lib. 50. P. tit. 18. c. ſcienti de regu. 27. de reg. iur. lib. ſexti. tit. vltimo.*

f *in l. in commod. l. 17 §. Sicut cõmodat. li. i. 13. P. tit. 6.*

g *in l. ſicut 5. de action lib. 4. tit. 10 & in l. perfecta, li. 4. de don. quæ ſub modo li. 8. C. ti. 55.*

Neque Iureconſulti tam reſpiciunt pretium, quãtum obligationis nodum. Cùm & obligatio ſit iuris vinculum, quo neceſſitate adſtringimur [a]. quare Ariſtoteles lib. 1. Rhetoric. ad Theodecten. c. 15. pacta de particulari re, leges eſſe dixit: & eum, vſum hominum quem mutuo exercent euertere, qui pacta infirmat, vt & autor[b]. Rhetoric. ad Herennium, ex pacto inquit ius eſt, ſiquid inter ſe pepigerint, ſi quid inter aliquos conuenit. Et Cicero[c]. pactum eſt, quod inter aliquos conuenit, quod iam ita iuſtum putatur, vt iuri præſtare dicatur. Quia nihil magis congruit humanæ fidei, quam ea quæ placuerunt, ſeruare: apud Vlpianum[d]. Itaque cùm quis ſciret ſe poſſe pretium oblatum, vt minus ſufficiens, recuſare, & tamen ſe ex eo obligari paſſus eſt, non inhibendam rei petitionem Paulus reſpondit: Quia quod ſupergreditur, donaſſe cenſetur[e]. At hoc in loco admonendi ſunt iuuenes, ea quæ diximus proximè, ita demum vera eſſe, ſi à contractibus, omnis metus, vis, & cæteræ rationes quæ contractus improbant, abfuerint: & ſi nulla interueniat deceptio vltra dimidium iuſti pretij. Nam tunc, ob læſionem immodicam reparandum pretium,

a §. 1. de obligat. apud Iuſtinia. inſtitutio. ciuil. li. 3. tit. 14. ad de Paulũ in l. creditor autem, l. 55. & Modeſti. in l. debito. l. 97. de reg. iur. lib. 50. P. titu. 18.
b lib. 2.
c lib. 2. de inuen.
d in l. 1. de pactis li. 2. tit. 14, cum ſimilibus ibi not.
e l campanus. lex 47. de operis liberto. li. 38. ti. 14.

vel reſcindendus contractus, ex ſanctione Diocletian. & Maximilian [a]. & Innocentij tertij [b].

## Cap. xv.

*De honeſtate conſideranda, in determinandis à iudice criminibus, & potiſſimum meretricum.*

1 Notandum præterea, in iudiciis honeſtatem etiã obſeruari, cùm quia in illis quaſi contrahitur [c]. Tum etiam, quod ſecundum leges iudicia fiant: leges autem honeſta præcipiant, Et idcirco iudicium pubertatis, quod ex lanuginis pudendorum inſpectione pendebat & corporis, abrogatum eſt, & honeſtati reſtitutum à Iuſtiniano [d]. Dempto caſu, quo de generandi poteſtate quæritur: vbi intacta lex nudationis, remanet. Ex Iſido. [e] Iudex itaque leges ſecutus, in iudicando conſeruabit honeſtatem: & quod honeſtum non patitur, minimè exequetur, vt dicebant Honor. & Arcad. CC. [f] Fit autem hinc vt honeſtior perſona, aptè interpretatione certa, de magiſtratu intelligatur atque de iudice, in Modeſtini re-

a *in l. de reſcinden. rẽ reuo. lib. 4. C. tit. 44.*
b *in c. cum cauſa c. 6. de emptio. & vendi- tio. lib. 3. decretal. tit. 17.*
c *l. licet prætor. l. 3. §. idem reſpondit, de pecul. lib. 15. P tit 1.*
d *l. final. quando tutor. vel curat. eſſe deſinat. lib. 5. C. tit. 60. & in §. 1. quibus modis tutel. finit. lib. 1. inſtitutio. tit. 22. in iuris inſtitution.*
e *in c. pubes res c. 3. de deſponſa, impuber. lib. 4. decretal. tit. 2.*
f *in l. 2. ne fiſcus rem quã vendid. euincat. lib. 10. C. tit. 5.*

ſponſo.[a] Quocirca & ad eorum curã pertinere dicitur, Lenones vrbe pellere, qui contagione ſua, vniuerſum inficiunt vulgus eo ſeueriori calculo puniẽdi, & quod adulteriis etiã ciuitatẽ inficiãt: crimen & grauius ſit, adulteria diſtribuere, quam cõmittere, vt ait Frãciſcus Petrarcha[b]. Extat autẽ pro norma in nouellis titulus de Lenonibus[c]. Vbi ſtatim in initio dicitur. Et legibus antiquis & imperatoribus valde fœdum viſum eſt, Leocinij & nomen, & res, ſimilia: vt ſcribunt leges variȩ, latæ contra delinquentes huiuſmodi. Et leno certè, communis eſt pernicies adoleſcentum, periurus & peſtis, vt ait Terentius[d]. Non tamẽ me prȩterit, antiquiſsimo ſed deprauato more Romanorum, proſtibula & lupanaria permiſſa fuiſſe, vt innuit Cornelius Tacitus in annalib.[e] dum ait Viſtilia, familia prætoria genita, licentiã ſtupri apud Ædiles vulgauerat, more inter veteres recepto, qui ſatis pœnarũ aduerſus impudicas, in ipſa profeſsione credebãt flagitij. Et Cicero.[f] Verum, inquit, ſi quis eſt qui etiam meretriciis amoribus interdictum iuuentuti putet, eſt ille quidem valdè ſeuerus, negare non poſſum, &c. Suetonius etiam, narrat Caiũ Cæſarem Caligulam, vectigal ex capturis

a *l. neque infantes l. 36. de fideicom. lib. 40. P. ti. 5.*
b *li. 2. rerũ memor. tract. 3. c. 30.*
c *collat. 2. tit. 1.*
d *in adelphis actu 2. ſcæna. 1.*
e *lib. 2.*
f *pro M. Cælio.*

ris proſtitutarum accepiſſe, quãtum vno concubitu quæque mereret: additúmque ad caput legis, vt tenerentur publico, & quæ meretricium, quéve lenocinium feciſſent. teſte Suetonio,[a] additque.[b] At is Caligula, ne quoduis manubiarum genus non experiretur, Lupanar in palatio conſtituit, deſtructíſque & conſtructis pro loci dignitate compluribus cellis, in quibus matronæ ingenuique ſtarent, miſit circum fora & baſilicas, nomenclatores ad inuitandos in libidinem iuuenes, ſenéſque: præbita aduenientibus pecunia fœnebris, appoſitíque qui nomina ſubnotarent palam, tanquam adiuuantium Cæſaris redditus. ideo Vlpianus ait in prędiis honeſtiſsimorum virorum, etiam lupanaria fieri ſolita[c]. Omitto coitus certamina, à muliere etiam auguſta inſtituta, nempe à Meſſalina Claudij Cæſaris vxore, regium putans in eo vincere, vt ait Plinius.[d] Et prætereo Saturnalia, iſtius rei gratia noctu celebrata, vt ait Liuius.[e] Prætermitto etiam Lupercalia, & cęteras deas olim habitas, impudicas & meretrices, de quibus meminit Lactantius.[f] Quarum, apud illos cęcutientes populos celebrata magis Venus, in cuius etiã ho-

(margin numbers: 5 beside "nuique ſtarent"; 6 beside "putans in eo vincere")

a *cap. 40. in vitâ Caligulæ.*

b *cap. 41.*

c *l. ancillarum etiam partus l. 30 li. 5. P. ti. 2.*

d *lib. 10. hiſtor. c. 64*

e *lib. 9. decad. 4.*

f *de falſa religi lib. 1, c. 20.*

norem, Lydij filias ſuas, ante matrimo-
nium proſtitui debere pro lege habe-
a *in 1.* b *li.3.c.17.* bant, vt ait Herodotus.[a] Et Polydorus
Vergilius[b]. Fuit autem illa Meretrix, vt 7
formoſiſsima, famoſiſsimáque, á multis
ob libidinis exemplum, honorata natio-
nibus,ut ab Aſſyriis,qui Myllittam dice-
bant:ab Arabibus, qui Alittam, á Perſis,
qui Metram nominabant. Vt idem eo-
c *idē lib.4.* d *cap 2:* dem Herodot.[c] Scytis etiam [d] á Tharbe-
chiis.á Paphiis, á Corinthiis, á Cois, Cy-
theriis,Romanis,Gallis. Et nunc etiam á
Turchis,vel Agarenis: & ab aliis Salaci-
bus & inſipidis gētilibus idololatris:Quo
rū,partim nomen partim excidit partim
retinetur. Et quorum tamen aliquando,
effræna libido, reuellato Dei lumine,
correcta & extincta eſt: non ſtatim, ſed
paulatim. Vt proſtibula publica á Chri-
ſtianis, vt fieri par eſt, ferè in omnibus
ciuitatibus, pedetentim ſublata ſunt. Vt
mea ætate Tholoſę & aliis in locis, id-
que ſanctiſsimè, quamuis Ganneones, &
ambubaiarum turba,reclamēt.Scriptum 8
quippe & propalatum nobis eſt,in vtraq;
ſacra, & veteris & nouæ legis pagina,
e *cap.4.* f *cap.5.* non eſſe fornicandum, per Oſeam.[e] per
Tobiam[e], per D. Matheum[f], per Pau-
lum. Et alibi. Et animaduerſum in
mere-

meretrices olim ante legem Moſis igne, vt innuit liber geneſeos. Et rurſum in lege cautum. Non erit ſcortum, de filiabus Iſrael, nec Scortator de filiis Iſrael. In
9 Deuteron.[a] Et deteſtatur vſque ad internecionem, Meretricum lucra, Micheas.[b] Mactétque adhuc laus Phinees, qui vnum ex Iſraelitis ſequutus eſt in lupanar, & ibi occiderit eum cum Scorto, eo quod illo velut ſacrificio & ea Iuſtitię vindicta, placauerit dominum, Numerorum.[c] Fuit etiam lex. Athenienſium Scortatorem nõ eſſe admittendum, ad rempublicam adminiſtrandam, vt ait Demoſthenes[d] &
10 Libanius[e]. Neque prætereundum exemplum celebre Vlyſsis, qui ab erroribus itinerum, domum reuerſus, ancillas cum procis coeuntes, laqueo ſuſpendit. Sic enim ait Homerus.[f]

Τοῖσι δὲ τηλέμαχος πεπνυμένος ἦρχ᾽ ἀγορεύειν
μὴ μὲν δὴ καθαρῷ θανάτῳ ἀπὸ θυμὸν ἑλοίμην
τάων, αἳ δὴ ἐμῇ κεφαλῇ κατ᾽ ὀνείδεα χεῦαν,
μητέρι θ᾽ ἡμετέρῃ, παρά τε μνηστῆρσιν ἴαυον.
ὣς ἄρ᾽ ἔφη, καὶ πεῖσμα νεὸς κυανοπρῴροιο
κίονος ἐξάψας, μεγάλης περίβαλλε θόλοιο
ὑψόσ᾽ ἐπεντανύσας, μή τις ποσὶν οὖδας ἵκηται.

His autem Telmachus prudens, incepit dicere.
Non quidem pura morte animam auferã

a 23 Deu.
b Mic. 1.
c Nu. 25. & Psalm. 105. Ioseph. lib. 4. anti. c. 5.
d orat. aduer. Androtion.
e in argu. eiuſd. orat. Demo.
f Odiſſe. x x. ad finẽ. verſ.

Harũ,quæ meo capiti opprobria fuderũt
Matríq; meæ, & cum procis dormiebãt,
Sic dixit,& funem nauis nigræ proræ,
Ex columna ſuſpendens magna,circum-
iecit Tholo.
Altè extollens, ne qua pedibus ſolum
tangeret.

Et legibus Romanorum quibuſdam,etiã turpitudo mulierum & lenonum, diſsimulari nequit.Quin & inter infames per- 11
ſonas,annumeratæ ſunt,ab Vlpi.[a] Et lege Iulia de adulteriis, in lenones caput conſtitutum eſt, pœnáque impoſita: potiſsimum his qui ex vxore, vel affini, vel conſanguinea, quæſtum faciunt pœnáque eadem quę adulterij, Vlpian.[b] & Marcello [c] punitúrque etiam is qui domum amicis præbuit,vbi ſtuprum cõmiſſum eſt:quin & is etiam, qui domum præbuit, vbi colloquia de futuro ſtupro habita ſunt,nam & is leno verè eſt,ſi cõſcius ſit rei, vt præclarè Vlpianus tradit [d] & Triphonius [e]. Ideo infames merito habiti:Et ſicut infamis is eſt,qui ſtuprum vel fornicationem cum libera cõmittit; notatus autem,qui cum ancilla, apud Arcad. Cęſar [f] vt & lege notatur qui quęve palam,vel in taberna vel caupona,quæſtũ corporis fecit,nec ei indulgetur,quę ſub obtentu

a *in l.athl. l.4.§. ait præt.de his qui notan. infamia li. 3.P.tit.2.*

b *in l.2.§. Lenocinii ad le.iul.de adulter. li. 48.P.tit.5.*

c *in l mariti lenoci. l. 29.eod. tit.*

d *in l.Et ſi amicis quis domũ l.9. eod.ti.ad l. iul.de adul. in P.*

e *in l.auxil l.38.§. fin. de minor. 25.annis li 4.P.ti.4.*

f *in l.Etſi libidinem intẽperatè l.25.ad leg. iul. de adult. li.9. C.tit.9.*

obtentu paupertatis turpiſsimam vitam elegit. a Quamobrem pudica honeſtatis lex,qua Tiberius Cæſar, Matronas proſtratæ pudicitię quibus accuſator publicus deeſſet, vt propinqui,maiorum more de communi ſententia coërcerẽt,author fuit. Sueton.tranquill.Teſte.[b] Con-
12 cedunt etiam iura actionem mulieribus, ob turpitudinem iſtius ſceleris,in eos qui verbis turpibus, pudicitiam illarum attentauerint, quive meretrices vocauerint,vt idem honeſtatis cultor Vlpianus ait,[c] ſuaſit etiam honeſtas,quia turpitudo meretricum tanta eſt,vt pudicitiam proabarum inficiant, vt illarum veſtes diſtinctæ eſſent à veſtibus pudicarum & matronarum, ut internoſci poſſent, néue illarum contagio, in caſtas ſerperet, vt iubent Theod. Arcad. & Honorius[d] & Vlpianus, e quia vna pecus inficit omne pecus: & cum peruerſis, peruerſus quis facilè euadit: vt cum innocente & bono,bonus.f Deinceps,quia hoc ipſum velle nequam mulieris, ab inſidiis ne-
quiſsimi, qui corruptionem meditatur
13 inducitur, vt ait Iuſtinianus, g idcirco; valde puniuntur huiuſmodi ſollicitatores,vt pariter hæ Deprauatæ iam mulieres,quæ & exemplo & verbis, bonas, ab

a *Vlpiã. in l. Palam. l. 43. de ritu nuptiar. li. 23. P. tit. 2.*
b *in Tiberio c. 35.*
c *in l. item apud labeonẽ l. 15. §. Siquis virg: cũ verſicul. ſequen. de iniur. l. 47. P. tit. 10.*
d *in l. mimæ l. 5. & ibi Baldus & reliqui de epiſc. audient. lib. 1. C. tit. 7.*
e *in iã citato §. ſi quis virgi.*
f *pſal. 17. & in canõ. quiſquis, vel, quod poteſt. 33. q. 4.*
g *in l. vnica §. ſi .n. ipſi raptor, de rapt. virg. lib. 9. C. tit. 13.*

ingenuis & caſtis moribus deiicere conantur, & Euripides de mulierum improbarum pernicie, ſic ait [a] in perſona Hermiones.

*[a] in Andromach. actu. 4. ver. 128.*

κακῶν γυναικῶν εἴσοδοί μ᾽ ἀπώλεσαν.
Αἵ μοι λέγουσαι τοὺς δ᾽ ἐχαύνωσαν λόγους, id eſt,
Malarum mulierum me conſuetudo perdidit,
Quæ, me verbis captantes, huiuſmodi inſpirauerunt ſermones.

*[b] verſ. 141. eod.*

Et rurſum [b].

Ἀλλ᾽ οὔποτ᾽ οὔποτε, οὐ γὰρ εἰσάπαξ ἐρῶ,
χρὴ τούς γε νοῦν ἔχοντας, οἷς ἐστιν γυνὴ
πρὸς τὴν ἐν οἴκοις ἄλοχον εἰσφοιτᾶν ἐᾶν
γυναῖκας. αὗται γὰρ διδάσκαλοι κακῶν.
ἡ μέν τι κερδαίνουσα, συμφθείρει λέχος.
ἡ δ᾽ ἀμπλακοῦσα, συννοσεῖν αὐτῇ θέλει.

Sed nunquam, nunquam. (non enim ſemel dico)
Oportet mente præditos, quibus eſt vxor
Domi, pati ad eas commeare ſæpè
Mulieres: ipſę enim ſunt malorum artifices & præceptrices. 14
Quarum illa quidem lucrum captans, violat torum.
Hæc autem, repudiata, alias ſecum corrumpi deſiderat.

Sed

Sed & hæ ſellulariç lupç, propter turpitudinem poſſunt: imo debent, ab honeſtis vicinis expelli: vt etiam cautum eſt conſtitutione Ludouici Magni Regis Galliç, anno 1554. Menſe Nouẽbris. Quia nec turpes perſonæ ferendæ ſunt in locis honeſtis, vt dicũt Theodoſius, Arcadius & Honorius. CCC.[a] probant & iuris interpretes, qui cumulantur à Guilielmo Benedict. in caput Rainuntius[b]. & à Iacobo. De bello viſu[c]. Et ne omnis immunditia nominetur, vel fiat in nobis, admonuit Diuus Paulus[d], & Diuus Iacob.[e] ſic & Chriſtiane ait Horatius[f].

Nullis polluitur caſta domus ſtupris.
Mos & lex, maculoſum edomuit nephas.

Et Pomponius docet non aliter mulierem, hoſpitem recipere poſſe, quam ſi, is ſit qui honeſtè cum ea, quæ vſum Domus habeat, habitaturus ſit[g]. Baldúſque annotat[h], honeſtè in Domo habitandum
15 eſſe. Et gloſſa marginalis, notat, vnum ſingulare, ſcilicet, quod ſi legatus eſt vſusfructus Domus, vxori viduæ, illã poſſe Domo expelli, ſi in eam ſuperinduxerit ſcholarẽ. Vnde innuit parum honeſtum

a *l. 4. de ſpectaculis. li. 11. C. ti. 40.*
b *In verbo Raynuntius de clera. numero. 61. 62. 63. & 64. de teſta.*
c *in practica iudiciaria tit. de lenonibus numero. 4. 5. 6. & 7.*
d *ad Ephe. 5. ad galat. 5. colo. 3.*
e *c. 1.*
f *Lib. 3. carminũ od. 3.*
g *nõ aliter l. 7. de vſu & habit. li. 7. P. titu. 8.*
h *in dic. l. non aliter.*

eſſe viduis & aliis mulieribus, cū ſcholaſticis habitare, cùm id ſit maximè pudicitiæ illarū periculoſum, vel ſaltē mali exēpli. Cuius quidem plures mihi occurrunt rationes, quas tamē vnicuiq; meditandas & ex otio, & conſuetudine & adoleſcentia depromendas, conniueo.

## Cap. XVI.

*De luxuria contra naturam deteſtabili, ac punitione.*

Ex hac etiam honeſtatis contemplatione, prodiit edictum Iuſtiniani ad Conſtantinopolitanos ciues: vt non luxurientur contra naturam.[a] pœnam mortis afferens ſceleſtiſsimæ libidini. Huc pertinet lex Scantinia Quę puerorū amplexus impios, & præpoſteram & abominandam catamitorum ſuſtulit venerē, concubitoribus graui ſupplicio impoſito. vt ait Lętus in legibus Romanis. Et leges ciuiles, in eoſdem, gladium merito diſtringunt [b]. Et Iulij Cæſaris, qui imperij Romani fundamenta iecit, quamuis imperatoris, pudicitiæ tamen famam, Nicomedis Regis contubernium læſit, graui & perenni opprobrio, ad omnium conuitia expoſito. vt refert Suetonius

a *collat. 6. tit. 5.*

b *conſtant. in l. cū vir nubit. In fæminam 31. atq; l. Iul. de adult. lib. 9. C. tit. 9.*

nius [a] & ſcio plures magni nominis viros, hoc horribili & deteſtabili peccato notatos, morte condigna & infamia, apud poſteros ſepultos: Quos & prætereo, vt indignos omni hominis nomine: ait enim Plinius[b] in hominum genere, maribus diuerticula veneris, excogitata, omnia ſcelere naturę, fœminis vero abortus. Quãtum in hac parte, ô multò nocentiores quam feræ ſunt! Quia neque in-
2 ter feras hæc horrẽda audiuntur, nec conceditur, maris cum mare, & fœminæ cum fœmina, libidinis explendæ gratia, concubitus. Quinimo lex erat. Si gallus gallum ineat, quamuis gallina abſit, viuus comburatur: vatis cuiuſdam aruſpiciſve reſponſo, arrox ſcelus denuntiatum, vt Plutarchus refert[c] & ita atrox vt ob id Deus ſeptẽ ciuitates Sodomiti-
3 cas igne ſubuerterit[d]. Et digni certè animaduerſione, qui hac de re etiam ſermones habent. Cum corrũpant bonos mores, colloquia praua: ſuaderémque lubentiſſimè deleri omnia quæ apud Poëtas ſcriptis mandata ſunt. Neque enim id pro ludibrio habendum eſt.

Tãquam parua foret ſexus iniuria noſtri,
Fœdandos populo proſtituiſſe mares.

Vt ait Martialis alioquin κωμαστής[e]. additq;

a in Iulio. Cæſa.c.49.

b l.10 c.63.

c Lib. an brutis inſit ratio.

d Geneſ. 9.

e lib.9. epigrãmatũ. epigram.9.

conuenimus de pretio octoginta quinque: licitationéque peracta, res traditur, alio pretio tamen quam propoſuiſti, & quo communiter venit: hanc puto circunſcriptionem, quaſi circũ & circa verũ pretium, deſcriptionem pretij: Eſtque deceptio, ſed non doli mali[a]. quia ſi dolus dediſſet cauſam contractui, non ſuſtineretur conuentio, teſte Vlpiano[b]. & Innocentio tertio[c]. Poſſent tamẽ argutiæ philoſophorum, leues quaſdam fraudes in pactis à iure permiſſis deprehendere, nõ conſiderantes pacis bonum. verum aliter philoſophi, & aliter iureconſulti, & leges aſtutias tollunt, vt docet Cicero[d]. Leges enim quatenùs manu tenere poſſunt, Philoſophi autem, quatenus ratione & intelligentia iudicant. Nam ſi ædes propter deprauationem vendas, id lege turpè non habetur: cùm lege nõ prohibeatur, at natura ſecus: & hîc circumuentio eſt natura rei, in re, non in dolo. Nam cùm res oculis exponatur, cauere debet qui vendit, ne in pretio decipiatur: & qui emit, ne in re. Neque præſumitur deceptus, qui rem volũtariè diſtrahit minori pretio, & idcirco nec conſideratur hoc ipſum, niſi ſit ingẽs deceptio. Scire enim debuit qui vẽdit, & merita, vires & emolumẽta rei ſuæ familiaris, antequã

a *Dioc. & Maxi. l. ſi volunta. l. 8. de reſcin. ven. li. 4. C. tit. 44.*
b *in l. & eleganter. l. 7. & toto tit. de dolo malo. li. 4. P. tit. 3.*
c *in c. cum vniuerſ. c. 8. de rer. permu. lib. 3. decretal. tit. 19.*
d *lib. 3. officior.*

venderet, vt aiunt, Gratian. Valentinian. & Theodoſ. C.C.[a]. & ſibi imputare debet, qui ſpõte iacturã patitur, quique rem ſuam neglexit, omni querela exploſa, vt notat Vlpianus[b]. neque hac in re, quum voluntate contrahentium in vili pretio conuentum eſt, legis verſatur cẽſura: ideo reſponſum eſt ab Arch. & Honorio. Nemo exterus religionis Iudęorum, Iudæis pretia ſtatuet, cùm venalia proponent: iuſtum eſt enim, ſua cuique committere[d]. Iuſtus enim vnuſquiſque moderator rei ſuæ eſt, atque arbiter Cõſtantio.[e] Quamobrem, nec turpis illa circumuentio eſt, cùm fraudi nõ adſcribatur, cúmque ſcienti & cõſentienti, nõ videatur fieri iniuria fraus vel dolus.[f] Atque hic conſideranda eſt natura omniũ contractuum, ſcilicet omnes eſſe liberos, & in mero animi ſitum eſſe arbitrio, velle vel nolle contrahere: cæterum neceſſitatem obſeruationis, tranſactis negotiis accedere, & lege ſemel contractibus definita, non amplius emendationem permitti, aliquo paciſcentium diſſentiente, vt Paulus ſcribit[g]. Et Diocletian. & Maximilian.[h]

*a in l. quiſquis l. 15. C. de reſcinde. venditio. lib. 4. C. tit. 44.*

*b in l ſi quid poſſiſ. l 34. §. ſi quid autem ſumptum, de pe tit. hæred. li. 4. P. t. 1.*

*c l. nemo exterus l. 8. de Iudæis, & cælicol. lib. 1. C. tit. 12.*

*d in l. in re mandata. l. 21. mandat. lib. 4, tit. 35.*

*e Vlpian. in Nemo videtur. l. 188. ad reg. iur lib. 50. P. tit. 18. c. ſcienti de regu. 27. de reg. iur. lib. ſexti. tit. vltimo.*

*f in l. in commod. l. 17 §. Sicut cõmodat. li. i. 13. P. tit. 6.*

*g in l. ſicut 5. de action lib. 4. tit. 10 & in l. perfecta, li. 4. de don. quæ ſub modo li. 8. C. ti. 55.*

Neque Iureconſulti tam reſpiciunt pretium,quãtum obligationis nodum.Cùm & obligatio ſit iuris vinculum,quo neceſſitate adſtringimur [a]. quare Ariſtoteles lib.1.Rhetoric.ad Theodecten.c.15.pacta de particulari re, leges eſſe dixit: & enim, vſum hominum quem mutuo exercent euertere, qui pacta infirmat, vt & autor[b].Rhetoric.ad Herennium, ex pacto inquit ius eſt, ſiquid inter ſe pepigerint, ſi quid inter aliquos conuenit. Et Cicero[c].pactum eſt, quod inter aliquos conuenit, quod iam ita iuſtum putatur, vt iuri præſtare dicatur. Quia nihil magis congruit humanæ fidei, quam ea quæ placuerunt,ſeruare:apud Vlpianum[d].Itaque cùm quis ſciret ſe poſſe pretium oblatum, vt minus ſufficiens, recuſare, & tamen ſe ex eo obligari paſſus eſt, non inhibendam rei petitionem Paulus reſpondit: Quia quod ſupergreditur, donaſſe cenſetur[e]. At hoc in loco admonendi ſunt iuuenes, ea quæ diximus proximè,ita demum vera eſſe,ſi à contractibus,omnis metus,vis, & cæteræ rationes quæ contractus improbant,abfuerint: & ſi nulla interueniat deceptio vltra dimidium iuſti pretij. Nam tunc, ob læſionem immodicam reparandum pretium, vel

*a §.1.de obligat.apud Iuſtinia.inſtitutio.ciuil.li.3.tit.14.ad de Paulũ in l.creditor autem, l.55.& Modeſti.in l.debito.l.97.de reg.iur.lib.50.P.titu.18.*

*b lib.2.*

*c lib.2.de inuen.*

*d in l.1.de pactis li.2.tit.14, cum ſimilibus ibi not.*

*e l campanus.lex 47.de operis liberto.li.38.ti.14.*

vel reſcindendus contractus, ex ſanctione Diocletian. & Maximilian [a]. & Innocentij tertij [b].

## Cap. xv.

### *De honeſtate conſideranda, in determinandis à iudice criminibus, & potiſſimum meretricum.*

1 Notandum præterea, in iudiciis honeſtatem etiã obſeruari, cùm quia in illis quaſi contrahitur [c]. Tum etiam, quod ſecundum leges iudicia fiant: leges autem honeſta præcipiant, Et idcirco iudicium pubertatis, quod ex lanuginis pudendorum inſpectione pendebat & corporis, abrogatum eſt, & honeſtati reſtitutum à Iuſtiniano [d]. Dempto caſu, quo de generandi poteſtate quæritur: vbi intacta lex nudationis, remanet. Ex Iſido.[e] Iudex itaque leges ſecutus, in iudicando conſeruabit honeſtatem: & quod honeſtum non patitur, minimè exequetur, vt dicebant Honor. & Arcad. CC.[f] Fit autem hinc vt honeſtior perſona, aptè interpretatione certa, de magiſtratu intelligatur atque de iudice, in Modeſtini re-

*a in l. de reſcinden. rẽ vẽdi. lib. 4. C. tit. 44.*

*b in c. cum cauſa c. 6. de emptio. & venditio. lib. 3. decretal. tit. 17.*

*c l. licet prætor. l. 3. §. idem reſpondit, de pecul. lib. 15. P tit 1.*

*d l. final. quando tutor. vel curat. eſſe deſinat. lib. 5. C. tit. 60. & in §. 1. quibus modis tutel. finit. lib. 1. inſtitutio. tit. 22. in iuris inſtitution.*

*e in c. puberes c. 3. de deſponſa, impuber. lib. 4. decretal. tit. 2.*

*f in l. 2. ne fiſcus rem quã vendid. euincat. lib. 10. C. tit. 5.*

a *l. neque infantes l. 36. de fideicom. lib. 40. P. ti. 5.*
b *li. 2. rerũ memor. tract. 3. c. 30.*
c *collat. 2. tit. x.*
d *in adelphis actu 2. ſcena. 1.*
e *lib. 2.*
f *pro M. Cælio.*

ſponſo.[a] Quocirca & ad eorum curã pertinere dicitur, Lenones vrbe pellere, qui contagione ſua, vniuerſum inficiunt vulgus eo ſeueriori calculo puniẽdi, & quod adulteriis etiã ciuitatẽ inficiãt: crimen & grauius ſit, adulteria diſtribuere, quam cõmittere, vt ait Frãciſcus Petrarcha[b]. Extat autẽ pro norma in nouellis titulus de Lenonibus[c]. Vbi ſtatim in initio dicitur. Et legibus antiquis & imperatoribus valde fœdum viſum eſt, Lenocinij & nomen, & res, ſimilia: vt ſcribunt leges variç latæ contra delinquentes huiuſmodi. Et leno certè, communis eſt pernicies adoleſcentum, periurus & peſtis, vt ait Terentius[d]. Non tamẽ me prçterit, antiquiſsimo ſed deprauato more Romanorum, proſtibula & lupanaria permiſſa fuiſſe, vt innuit 3 Cornelius Tacitus in annalib.[e] dum ait Viſtilia, familia prætoria genita, licentiã ſtupri apud Ædiles vulgauerat, more inter veteres recepto, qui ſatis pœnarũ aduerſus impudicas, in ipſa profeſsione credebãt flagitij. Et Cicero.[f] Verum, inquit, ſi quis eſt qui etiam meretriciis amoribus interdictum iuuentuti putet, eſt ille quidem valdè ſeuerus, negare non poſſum, &c. Suetonius etiam, narrat Caiũ 4 Cæſarem Caligulam, vectigal ex capturis

ris proſtitutarum accepiſſe, quātum vno concubitu quæque mereret: additúmque ad caput legis, vt tenerentur publico, & quæ meretricium, quéve lenocinium feciſſent. teſte Suetonio,[a] addítque.[b] At is Caligula, ne quoduis manubiarum genus non experiretur, Lupanar in palatio conſtituit, deſtructíſque & conſtructis pro loci dignitate compluribus cellis, in quibus matronæ inge-
5 nuique ſtarent, miſit circum fora & baſilicas, nomenclatores ad inuitandos in libidinem iuuenes, ſenéſque: præbita aduenientibus pecunia fœnebris, appoſitíque qui nomina ſubnotarent palam, tanquam adiuuantium Cæſaris redditus. ideo Vlpianus ait in prędiis honeſtiſsimorum virorum, etiam lupanaria fieri ſolita[c]. Omitto coitus certamina, à muliere etiam auguſta inſtituta, nempe à Meſſalina Claudij Cæſaris vxore, regium
6 putans in eo vincere, vt ait Plinius.[d] Et prætereo Saturnalia, iſtius rei gratia noctu celebrata, vt ait Liuius.[e] Prætermitto etiam Lupercalia, & cęteras deas olim habitas, impudicas & meretrices, de quibus meminit Lactantius.[f] Quarum, apud illos cęcutientes populos celebrata magis Venus, in cuius etiā ho-

a *cap. 40. in vitā Caligulæ.*
b *cap. 41.*
c *l. ancillarum etiam partus l. 30 li. 5. P. ti. 2.*
d *lib. 10. hiſtor. c. 64*
e *lib. 9. decad. 4.*
f *de falſa religi lib. 1. c. 20.*

norem, Lydij filias ſuas, ante matrimo-
nium proſtitui debere pro lege habe-
a in 1. b li.3.c.17. bant, vt ait Herodotus.[a] Et Polydorus
Vergilius[b]. Fuit autem illa Meretrix, vt 7
formoſiſsima, famoſiſsimáque, à multis
ob libidinis exemplum, honorata natio-
nibus,ut ab Aſſyriis,qui Myllittam dice-
bant:ab Arabibus, qui Alittam, à Perſis,
qui Metram nominabant. Vt idem eo-
c idẽ lib.4. d cap 2. dem Herodot.[c] Scytis etiam [d] à Tharbe-
chiis.à Paphiis, à Corinthiis, à Cois, Cy-
theriis,Romanis,Gallis. Et nunc etiam à
Turchis,vel Agarenis: & ab aliis Salaci-
bus & inſipidis gẽtilibus idololatris:Quo
rũ,partim nomen partim excidit partim
retinetur. Et quorum tamen aliquando,
effræna libido, reuellato Dei lumine,
correcta & extincta eſt: non ſtatim, ſed
paulatim. Vt proſtibula publica à Chri-
ſtianis, vt fieri par eſt, ferè in omnibus
ciuitatibus, pedetentim ſublata ſunt. Vt
mea ætate Tholoſę & aliis in locis, id-
que ſanctiſsimè, quamuis Ganneones, &
ambubaiarum turba,reclamẽt.Scriptum 8
quippe & propalatum nobis eſt,in vtraq;
ſacra, & veteris & nouæ legis pagina,
e cap.4. f cap.5. non eſſe fornicandum, per Oſeam.[e] per
Tobiam[e], per D. Matheum[f], per Pau-
lum. Et alibi. Et animaduerſum in
mere-

meretrices olim ante legem Moſis.igne, vt innuit liber geneſeos. Et rurſum in lege cautum. Non erit ſcortum, de filiabus Iſrael, nec Scortator de filiis Iſrael. In
9 Deuteron.[a] Et deteſtatur vſque ad internecionem, Meretricum lucra, Micheas.[b] Marétque adhuc laus Phinees, qui vnum ex Iſraelitis ſequutus eſt in lupanar, & ibi occiderit eum cum Scorto, eo quod illo velut ſacrificio & ea Iuſtitię vindicta, placauerit dominum, Numerorum.[c] Fuit etiam lex. Athenienſium Scortatorem nō eſſe admittendum, ad rempublicam adminiſtrandam, vt ait Demoſthenes[d] &
10 Libanius[e]. Neque prætereundum exemplum celebre Vlyſsis, qui ab erroribus itinerum, domum reuerſus, ancillas cum procis coeuntes, laqueo ſuſpendit. Sic enim ait Homerus.[f]

Τοῖσι δὲ τηλέμαχος πεπνυμένος ἦρχ' ἀγορεύειν
μὴ μὲν δὴ καθαρῷ θανάτῳ ἀπὸ θυμὸν ἑλοίμην
τάων, αἳ δὲ ἐμῇ κεφαλῇ κατ' ὀνείδεα χεῦαν,
μητέρι θ' ἡμετέρῃ, παρά τε μνηστῆρσιν ἴαυον.
ὣς ἄρ ἔφη, καὶ πεῖσμα νεὸς κυανοπρῴροιο
κίονος ἐξάψας, μεγάλης περίβαλλε θόλοιο
ὑψόσ' ἐπεντανύσας, μήτις ποσὶν οὖδας ἵκηται.

His autem Telmachus prudens, incepit
dicere.
Non quidem pura morte animam auferā

a 23. c.
b 1. c.
c Nu. 25. & ſ Pſalm. 105. l Ioſeph. lib. 4. anti. c. 5.
d orat. aduer. Androtion.
e in argu. eiuſd. orat. Demo.
f Odiſſea χ. ad finē. verſ.

Harũ,quæ meo capiti opprobria fuderũt
Matríq; meæ, & cum procis dormiebãt,
Sic dixit,& funem nauis nigræ proræ,
Ex columna ſuſpendens magna,circumiecit Tholo.
Altè extollens, ne qua pedibus ſolum tangeret.

Et legibus Romanorum quibuſdam,etiã turpitudo mulierum & lenonum, diſsimulari nequit.Quin & inter infames perſonas,annumeratæ ſunt,ab Vlpi.[a] Et lege Iulia de adulteriis, in lenones caput conſtitutum eſt, pœnáque impoſita: potiſsimum his qui ex vxore, vel affini, vel conſanguinea, quæſtum faciunt pœnáque eadem quę adulterij, Vlpian.[b] & Marcello[c] punitúrque etiam is qui domum amicis præbuit,vbi ſtuprum cõmiſſum eſt:quin & is etiam, qui domum præbuit, vbi colloquia de futuro ſtupro habita ſunt,nam & is leno verè eſt,ſi cõſcius ſit rei, vt præclarè Vlpianus tradit[d] & Triphonius[e]. Ideo infames merito habiti:Et ſicut infamis is eſt,qui ſtuprum vel fornicationem cum libera cõmittit; notatus autem,qui cum ancilla, apud Arcad. Cęſar[f] vt & lege notatur qui quęve palam,vel in taberna vel caupona,quæſtũ corporis fecit,nec ei indulgetur,quę ſub obtentu 11

a in l.athl. l. 4. ſ. ait præt. de his qui notan. infamia li. 3. P. tit. 2.
b in l. 2. ſ. Lenocinii ad le. iul. de adulter. li. 48. P. tit. 5.
c in l mariti lenoci. l. 29. eod. tit.
d in l. Et ſi amicis quis domũ l. 9. eod. ti. ad l. iul. de adul. in P.
e in l. auxil l. 38. ſ. fin. de minor. 25. annis li 4. P. ti. 4.
f in l. Etſi libidinem intẽperatè l. 25. ad leg. iul. de adult. li. 9. C. tit. 9.

obtentu paupertatis turpiſsimam vitam elegit. [a] Quamobrem pudica honeſtatis lex, qua Tiberius Cæſar, Matronas proſtratæ pudicitię quibus accuſator publicus deeſſet, vt propinqui, maiorum more de communi ſententia coërcerēt, author fuit. Sueton. tranquill. Teſte. [b] Con-
12 cedunt etiam iura actionem mulieribus, ob turpitudinem iſtius ſceleris, in eos qui verbis turpibus, pudicitiam illarum attentauerint, quíve meretrices vocauerint, vt idem honeſtatis cultor Vlpianus ait, [c] ſuaſit etiam honeſtas, quia turpitudo meretricum tanta eſt, vt pudicitiam proborum inficiant, vt illarum veſtes diſtinctæ eſſent à veſtibus pudicarum & matronarum, ut internoſci poſſent, néue illarum contagio, in caſtas ſerperet, vt iubent Theod. Arcad. & Honorius [d] & Vlpianus, [e] quia vna pecus inficit omne pecus: & cum peruerſis, peruerſus quis facilè euadit: vt cum innocente & bono, bonus. [f] Deinceps, quia hoc ipſum velle nequam mulieris, ab inſidiis nequiſsimi, qui corruptionem meditatur
13 inducitur, vt ait Iuſtinianus, [g] idcircò valde puniuntur huiuſmodi ſolicitatores, vt pariter hæ Deprauatæ iam mulieres, quæ & exemplo & verbis, bonas, ab

*a Vlpiā. in l. Palam. l. 43. de ritu nuptiar. li. 23. P. tit. 2.*

*b in Tiberio c. 35.*

*c in l. item apud labeonē l. 15. §. Siquis virg: cū verſicul. ſequen. de iniur. l. 47. P. tit. 10.*

*d in l. mimæ l. 5. & ibi Baldus & reliqui de epiſc. audient. lib. 1. C. tit. 7.*

*e in iā citato §. ſi quis virgi.*

*f pſal. 17. & in canō. quiſquis, vel, quod poteſt. 33. q. 4.*

*g in l. vnica §. ſi . n. ipſi raptor, de rapt. virg. lib. [illegible] C. [illegible]*

ingenuis & caſtis moribus deiicere conantur, & Euripides de mulierum improbarum pernicie, ſic ait [a] in perſona Hermiones.

*a in Andromach. actu. 4. ver. 128.*

κακῶν γυναικῶν εἴσοδοί μ' ἀπώλεσαν.
Αἵ μοι λέγουσαι τούσδ' ἐχαύνωσαν λόγους, id eſt,
Malarum mulierum me conſuetudo perdidit,
Quæ, me verbis captantes, huiuſmodi inſpirauerunt ſermones.

*b verſ. 141. eod.*

Et rurſum [b].

Ἀλλ' οὔποτ' οὔποτε, οὐ γὰρ εἰσάπαξ ἐρῶ,
χρὴ τούς γε νοῦν ἔχοντας, οἷς ἐστιν γυνὴ
πρὸς τὴν ἐν οἴκοις ἄλοχον ἐισφοιτᾶν ἐᾶν
γυναῖκας. αὗται γὰρ διδάσκαλοι κακῶν.
ἡ μέν τι κερδαίνουσα, συμφθείρει λέχος.
ἡ δ' ἀμπλακοῦσα, συννοσεῖν αὐτῇ θέλει.

Sed nunquam, nunquam (non enim ſemel dico)
Oporret mente præditos, quibus eſt vxor
Domi, pati ad eas commeare ſæpè
Mulieres: ipſę enim ſunt malorum artifices & præceptrices. 14
Quarum illa quidem lucrum captans, violat torum.
Hæc autem, repudiata, alias ſecum corrumpi deſiderat.

Sed

Sed & hæ ſellulariç lupę, propter turpitudinem poſſunt: imo debent, ab honeſtis vicinis expelli: vt etiam cautum eſt conſtitutione Ludouici Magni Regis Galliç, anno 1554. Menſe Nouẽbris. Quia nec turpes perſonæ ferendæ ſunt in locis honeſtis, vt dicũt Theodoſius, Arcadius & Hònorius. CCC.[a] probant & iuris interpretes, qui cumulantur à Guilielmo Benedict. in caput Rainuntius[b]. & à Iacobo. De bello viſu[c]. Et ne omnis immunditia nominetur, vel fiat in nobis, admonuit Diuus Paulus[d], & Diuus Iacob.[e] ſic & Chriſtiane ait Horatius[f].

Nullis polluitur caſta domus ſtupris.
Mos & lex, maculoſum edomuit nephas.

Et Pomponius docet non aliter mulierem, hoſpitem recipere poſſe, quam ſi, is ſit qui honeſtè cum ea, quæ vſum Domus habeat, habitaturus ſit[g]. Baldúſque annotat[h], honeſtè in Domo habitandum 15 eſſe. Et gloſſa marginalis, notat, vnum ſingulare, ſcilicet, quod ſi legatus eſt vſusfructus Domus, vxori viduæ, illã poſſe Domo expelli, ſi in eam ſuperinduxerit ſcholarẽ. Vnde innuit parum honeſtum

a *l. 4. de ſpectaculis. li. 11. C. ti. 40.*
b *In verbo Raynuntius de clera. numero. 61. 62. 63. & 64. de teſta.*
c *in practica iudiciaria tit. de lenonibus numero. 4. 5. 6. & 7.*
d *ad Ephe. 5. ad galat. 5. colo. 3.*
e *c. 1.*
f *Lib. 3. car minũ od. 3.*
g *nõ aliter l. 7. de vſu & habit. li. 7. P. titu. 8.*
h *in dic. l. non aliter.*

nius [a] & ſcio plures magni nominis viros, hoc horribili & deteſtabili peccato notatos, morte condigna & infamia, apud poſteros ſepultos: Quos & prætereo, vt indignos omni hominis nomine: ait enim Plinius [b] in hominum genere, maribus diuerticula veneris, excogitata, omnia ſcelere naturę, fœminis vero abortus. Quātum in hac parte, ô multò nocentiores quam feræ ſunt! Quia neque in-
2 ter feras hæc horrēda audiuntur, nec conceditur, maris cum mare, & fœminæ cum fœmina, libidinis explendæ gratia, concubitus. Quinimo lex erat. Si gallus gallum ineat, quamuis gallina abſit, viuus comburatur: vatis cuiuſd maruſpiciſve reſponſo, atrox ſcelus denuntiatum, vt Plutarchus refert [c] & ita atrox vt ob id Deus ſeptē ciuitates Sodomiti-
3 cas igne ſubuerterit [d]. Et digni certè animaduerſione, ij qui hac de re etiam ſermones habent. Cum corrūpant bonos mores, colloquia praua: ſuaderémque lubentiſſimè deleri omnia quæ apud Poëtas ſcriptis mandata ſunt. Neque enim id pro ludibrio habendum eſt.

Tāquam parua foret ſexus iniuria noſtri,
Fœdandos populo proſtituiſſe mares.

Vt ait Martialis alioquin κωμαστής [e]. additq;

a *in Iulio. Cæſa. c. 49.*

b *l. 10 c. 63.*

c *Lib. an brutis inſit ratio.*

d *Geneſ. 9.*

e *lib. 9. epigrāmatū. epigram. 9.*

Non tulit Auſonius, talia monſtra pater.
Nec ego ſuſtineo amplius huius recorda-
ri prodigij, cuius nomen ſolum chartas
inficit. Sed neceſſariò, quantum parcè
potui, memoraui ad vindictam, quæ par
vel maior eſſe debet ea, qua ſublatus eſt
Tribunus ille militum in exercitu C.Ma
rij, propinquúſque eius, qui interfectus
ab eo, cui vim pudicitiæ inferebat, vt ait
Plutarc[a] & Cicero[b]. Quintilianus[c] &
Valer. Max.[d] Imminet autem iudicibus
ſi tantum ſcelus diſſimulauerint, quod
accidit regi Philippo, qui à Perdica ſtu-
prato ab Attalo, regis familiari & affini,
ſublatus eſt, eo quod vltus eum non fuiſ-
ſet, vt eſt apud Quint. Curtium[e]. Et pœ- 4
na huius abominationis, iuris diuini, eſt
vltimum ſupplicium, in Leuiticô[f], & a-
pud D. Paulum[g]. Grauiuſque adulterio
cenſetur, & ſeueriori pœna dignum in
iure pontificio, ex ſacrorum patrum pla-
citis[h]. Remouet & ideo Prætor à ſubſel-
liis muliebria paſſum[i]. Eſt enim huius
rei tantum dedecus, tanta turpitudo, vt
mortem potius eligendam quam illud
patri, reſpondeat Paulus Iuriſcon[k].

CAP.

a *in vita C.M.*
b *orat. pro Milone.*
c *in propria huius rei declamatione.*
d *lib.6.c.1.*
e *lib.1. de geſtis Alexandri.*
f *c.20.*
g *ad Roma.c.1*
h *in c. flagitia. 32. q.7. c. vt cleri. de vita & honeſta. cler. li. 3. decret. tit.1. c. clerici de exceſſ. prælа. lib.5. decretal. tit.31*
i *l.1. §. remouet de poſtuland. lib.3. P. ti.1.*
k *in l. iſti quidem l.8 de eo quod metus cauſ. li.4. P. ti.2*

## CAP. XVII.

*De violatione honeſtatis per adulterium, & de eius pœnis variis.*

1 TRanſeo autē nunc ad adulteria honeſtati obnoxia, & legibus prohibita, & pœnis diuerſis vindicata, lege diuina ſuadente. Primùm dum dicitur [a]. Si dormierit vir cum vxore alterius, vterque morietur, ideſt adulter, cū adultera: quod & vltrà mortē hanc temporalē, extenditur: quia adulter perdit animā ſuam, propter cordis inopiam: turpitudinem & ignominiā ſibi cōgregans [b]. Deinde ſcriptum eſt, non adulterabis [c]. Ideo ſequitur, tales contra Dei mandata delinquentes, regnum Dei non poſſeſſuros, & turpes
2 eſſe, vt ait Diuus Paulus [d]. Quantum autem in oculis Dei graue ſit adulterium, vel ex duobus locis colligi poteſt: vnus ex mundi geneſi [e], vbi in mortis diſcrimen venit Abimélech cum omni domo ſua, eo quod vxorem Abrahami detinuiſſet: quamuis eam non cognouiſſet. Alter, ex libro Numerorum [f],
3 dum fuit datum ſacrificium à Deo, ad explorandà occulta adulteria, per aquam zelotypiæ. fuit & hoc crimen, Ethnicis cōmuni fermè conſenſu, viſum improbiſſi-

a *deutero.* c. 22.
b *proue.* 6.
c Exod. 20 & *Math.* 19. cū ſimi.
d *ad Cor.* c. 6.
e 20. c.
f c. 15.

mum: cùm propter prolis incertitudinẽ, tum etiam, propter indiuiduæ coniunctionis ſciſma: Ea de cauſa & apud omnes ferè prohibitum, & punitum. Sicuti etiã probrum naturâ, viſum eſt adulterium Vlpian.[a] & probrum eſſe docet doctè Philo Iudæus[b]. Propterea Ariſtot.[c] ipſum prohibet, puniríque iubet. Et quanquam punitum fuerit leuius alicubi, alibi autem durius, ſemper tamen, aliquo modo in optima politia vindicatum inuenio: variè tamen, & aliquando ridiculè, niſi mores, & temporum diſtinguantur occaſiones. Apud Cumæos quippe mulie 4 res in adulterio depræhenſæ, in forum deduci ſolitæ, vt ibi lapidi inſidentes, ab omnibus conſpici & deſpici poſſent: demum aſino impoſitæ, per omnem vrbem vectabantur, rurſúſq; ad lapidem reducebantur. Vt refert Plutarchus[d], & Alciatus[e]. In Cathalania Hiſpaniæ, & aliis multis locis, vir per vxoris adulteriũ infectus, ſoluit domino temporali. 40. ſolidos. Pariſiis, imponebatur aſino, facie ab auribus aſini auerſa, & ſic per totam ciuitatẽ, aſinũ trahente vxore, ducebatur, præcone clamante, eum qui idẽ crimen admiſiſſet, ſimiliter punitũ iri teſte Guilelmo de monte Lãduno. Et Zabarel[f]. Et

a in l. probrum l. 42. de verbo. ſignifica. li. 50. P. tit. 16.
b lib de decalogo. 24. lib. de ſpecial. legib.
c lib. 7. polytic. c. 16.
d in Problema.
e lib. 2. pargõ. iuris c. 47.
f Clementina cũ ex communic. de ſenten.

Guil-

Guillelmo Benedict [a]. Ius canonum a-
5 dulteram priuat dote, & parafernalibus quæ adiudicat marito [b]. Niſi mulier viri lenocinio adulterata, vel eius culpa fuerit, iuxta Scæuolam. [c] Omitto ſeparationem tori, quę fit ex adulterio, ſecundum diſpoſitionem Innocentij tertij [d]. Apud Germanos, adulterij pœna præſens, & maritis permiſſa erat. Qui accifis crinibus, nudatam vxorem, coram propinquis expellebant domo, ac per omnem vicum verbere agebant: publicatæq; pudicitiæ mulier, nulla venia, non forma, non ætate, non opibus, maritum inueniebat, vt refert Cornel. Tacit [e]. Parthi nulla delicta grauius adulteriis, vindicant, vt ait Iuſtinus ex Trog. [f] Draco, legē tulit, qua,
6 ei qui adulteriū vindicaſſet, dabatur reliquorum etiam facinorum impunitas, teſte Pauſania [g]. Lex alia Gortinæ ciuitatis Gręciæ, vt adulter cōprehenſus, & criminis conuictus, lana coronaretur: qua coronatione argueretur eius mollities & mulieroſitas, addita multa quinquaginta ſtaterum, ſumma infamia, & priuatione adminiſtrationis reipublicæ, vt ſcribit Ælianus [h]. Apud Spartiatas nulla lex de adulteriis, à Lycurgo lata, quod ibi nulla irritamenta voluptatis eſſent [i]. Et

a *in repetitio, c. Raynunt. in 2. parte, in verb cuidã Petro tradiderant numero 62.*
b *Clemens 20. in c. plerũq; de dona. inter et vxor. li. 4. decret. ti. 26.*
c *in l. viro & vxore, l. 49. ſolut. matrim. li. 24. P. ti. 3.*
d *in c. pen. & fin. de adult. lib. 5. decret. tit. 16. cũ ſimilibus*
e *de moribus Ger.*
f *lib. 41.*
g *lib. 9. in Bœticis*
h *lib. 12.*
i *li. 1. apoph regni. in Licurgo, nu. 75.*

Diogenes, quamuis Cynicus, Dydimum adulterum comprehenſum, dixit ex ipſo nomine ſuſpendi debere, hoc eſt teſticulis qui dydimi dicuntur [a]. Propter adulterium Dauidis cum vxore Vriæ, remanſit ſemper in domo eius gladius & vindicta, etiam indulto crimine [b]. Legi- 7
mus & adulterium cuiuſdam Leuitæ vxoris, admirabili vltione vindicatū: nam omnis populus Iſraeliticus ad arma crudeliſsima cucurrit, pro vindicando crimine contra tribum Beniamin, in qua patratum erat. Mortuíq; ſunt eius cauſa. 25. millia Iſraelitarum vt ſcribitur libro Iudicū [c].
Et propter vindictam adulterij Paridis & 8
Helenæ: Troia capta & diruta, poſtquam obeſſa fuiſſet à Græcis annos decem, menſes ſex & dies duos: vbi corruerunt teſte, Darete, Qui bello interfuit, & illud ſcripſit, ex Argiuis octingenta octoginta ſex millia: & ex Troianis vſque ad oppidum proditum, ſexcenta ſeptuaginta ſex millia. Et vt ait Lucianus [d], huius gratia, mille naues ex vniuerſa Græcia, habito delectu, ſunt impletæ. Nō ſine ira grauiſsima, vt etiam recenſet Libanius [e]. Et Horatius [f], Homerus [g] & Vergilius & Dydimus, & Lucianus [h] Euripides variis in locis, & Herodotus [i], & alij.

a *vt ſcribit lib.3. apophtegmatū in Diogene, in liberè eius dictis nu.13.*
b *regū 2.c.12.*
c *n.19 & 20.*
d *in Menippi. & Mercurii Dialogo.*
e *in declamatione Menelai.*
f *lib.1.carminū Ode 15.*
g *totis lib. Iliadis.*
h *in Helena.*
i *in primo*

& alii. Omitto Medeæ furias ob adulterium Iaſonis mariti, quæ etiam filiis ob illud non pepercit, vt ſcribit Euripides [a]. & Libanius [b], apud quem inter alia de vxore ſuperinducta, filia Creontis: aſperè conqueritur, dum ait, εἶδεν νύμφαιον ζώσης ἐμοῦ i. Me viua vidit alias nuptias, omitto plurimorum hominum ob adulterij maculam, accelerata fata, idque vt cenſeo, vindicta diuina, & iuſto Dei iudicio. Porro lege ciuili Romanorum,
10 impuniti etiam non relinquuntur adulteri, latáque eſt lex Iulia de adulteriis, ab Auguſto, gladio adulteria puniens [c]. Quæ pœna durior aliquantum habita, vt refert Conſtantinus [d]. Deinde à Iuſtiniano in fragili ſexu tẽperata: ſtatutúmque vt mulier adultera, virgis cæſa, in monaſterio concludatur, [e] apud quem tamen, de adultero non cauetur, qui nihilominus hodie mitiùs cum illo agendo. Et vt plerunque proſcribitur vel relegatur, cum dica, & famæ nota. Et ita iudicari in Gallia ſcribit Iohannes Papon [f]. Niſi cum hera commiſceantur adulterî,
11 tunc enim ad ſecuritatẽ rei familiaris, & ob ſeruorũ in dominos infidelitatẽ, in crucẽ aguntur penduli, mortíq; adiudicãtur, & eo, niſi conniueant, iure, curiæ Galliæ

*a in Mede. act. 5.*

*b in declamatione quæ dixerit Medea mactatura filios.*

*c §. itẽ lex iulia de adulteriis, de publicis iudiciis lib 4. inſtitutio ciuil. titu. final.*

*c in l. quãuis adulterii l. 30. ad Iul. de adulteriis lib. 9. C. titu. 9.*

*e §. adultera vt nulli iudiciũ & in Authenticis coll. 9. tit. 9. authẽtica quãuis ſub ti. C. ad leg. Iuli. de adult.*

*f lib. 22. collectaneor. areſt. ti. 9. areſto. 2. et 5.*

vtuntur, & ita placito Senatus, alias iudicatum: menſe Maij, anno 1551. vt idem Paponus refert[a]. Et ego etiam Tholoſæ vidi iudicari. Exoſum quippe, maioríque animaduerſione dignum viſum eſt, per ſe ſatis deteſtabile crimen, in ſeruis, vel in his qui bona fide nobis ſeruiunt. cùm aliter nulla domus tuta eſſe poſſit, niſi periculo capitis ſui, dominis cuſtodiam tam à domeſticis quàm ab extraneis præſtare ſerui cogantur. vt ait Vlpianus[b]. Ideo an- 12
tiquitus, ſeruus qui ſe cum domina polluerat, comburebatur, & domina capite plectebatur. vt patet ex Conſtant.[c] Ex quibus apparet iure ciuili exoſa fuiſſe adulteria, tanquam præſentaneum venenum, & cunctis malis pernicioſius: vt ait Diuus Clemens[d] cui ſubſcribit Ephron poeta comicus, qui parem ita protulit ſententiam: οὐκ ἐστὶ μοιχοῦ μεῖζον οὐδὲ ἓν κακόν: ἐν τοῖς γὰρ ἑτέρων βούλετ' ἀτυχίαις τρυφᾶν, id eſt,

Non eſt adultero, neque vnum maius ma- 13
lum:
Nam in aliorum infortuniis, is delitias
quærit.

Quare, nec mirum videri debet, ſi licitũ fuerit certis perſonis, adulteros in crimine deprehenſos occidere. vt ſcribitur à Pomponio[e]. Et à Martiano[f] & à Papiniano

a *areſt. 1. vbi ſupra.*
b *in l. 1. ad Senat. ſyllaniam. li. 29. P. tit. 5.*
c *in l. vni- ca de mulierib. quæ ſe proprijs ſeruis iunxerunt. lib. 9. C. tit. 11.*
d *Epiſt. 1. ad Iac fratrem domini.*
e *in l. patri. l. 20. ad l. Iul. de adul. lib. 48. tit. 1.*
f *in l. marito quoque l. 24.*

niano[a], & ab Alexandro Cæſare[b], apud quem ratio redditur. quare ab homicidio vtcumque excuſentur: quia inquit, difficilimum fuit dolorem temperare ob violatam charitatem. Et Armenius quidam ad Cyrum Perſarum regem apud Xenophontem[c] ita ait, ô Cyre, neque hi, qui ſuis çum vxoribus adulteros comprehẽdunt, ob hanc cauſam eos interimunt, quòd illas reddant impudicas: ſed quia ipſos exiſtimant ab eis auferre charitatem erga viros, itaque iis vt hoſtibus vtũtur. Scriptum enim eſt, Et erunt duo in carne vna, quod quidem vinculum à mœchis diſſipatur. Apud Athenienſes autem, omnino impunitas dabatur, homicidij adulteri deprehenſi. vt ait Lyſias[d] his verbis. Ἀκούετε, ὦ ἄνδρες, ὅτι αὐτῷ δικαστηρίῳ, τῷ ἐξ ἀρείου πάγου, ᾧ καὶ πάτριόν ἐστι καὶ ἐφ' ὑμῶν ἀποδέδοται τοῦ φόνου τὰς δίκας δικάζειν, διαῤῥήδην εἴρηται, τοῦτον μὴ καταγινώσκειν τοῦ φόνου, ὃς ἂν ἐπὶ δάμαρτι τῇ ἑαυτοῦ μοιχὸν λαβὼν, ταύτην τὴν τιμωρίαν ποιήσηται. id eſt, Audite ô viri Athenienſes, vt ipſo ex Areopagi iudicio, cui & patrium eſt à vobis permiſſum, homicidij cauſas iudicare, manifeſtè dicitur: non eſſe hunc homicidij puniẽdum, quicunque apud ſuã vxorem,

a *in l. ſi adulte. l. 38. §. Imperator.*

b *in l. Gracchus C eodem titu.*

c *lib. 3. ciripædia.*

d *in apologia de Heratoſtenis nece.*

adulterũ deprehendens, hoc in eum ſupplicio animaduerterit. Meminit etiam 14 Aulus Gellius[a], alterius ſimilis legis. I. in adulterio inquit vxorem ſi deprehendiſſes, ſine iudicio impunè necares, illa, te ſi adulterares, non auderet nec digito contingere. ex quo colligere adhuc licet, parẽ facultatẽ, necis inferendæ, vxori ac marito non fuiſſe conceſſam, habitúmq; grauiꝰ adulteriũ in vxore, quã in marito. vt etiã innuit Euripides in Electra[b]. vbi Clytemneſtra de adulterio ita loquitur.

a *lib.10.noctium attic.c.23.*

b *actu.4. ver.286.*

Μῶρον μὲν οὖν γυναῖκες, οὐκ ἄλλως λέγω.
ὅταν δ' ὑπόντος τοῦδ' ἁμαρτάνῃ πόσις
Τἄνδον παρώσας λέκτρα, μιμεῖσθαι θέλει
γυνὴ τὸν ἄνδρα. χ' ἄτερον κτᾶσθαι φίλον,
Κ' ἄπειτ' ἐν ἡμῖν ὁ ψόγος λαμπρύνεται,
Οἱ δ' αἴτιοι τῶνδ', οὐ κλύουσ' ἄνδρες κακῶς. id eſt.

Stultæ igitur mulieres, non aliter dico,
Quãdo enim prauo animi vir peccat impetu,
Domeſticum faſtidiens torum, Mulier virum imitatur
Et alium ſibi creans amicum quẽ amet:
Demum nobis probrum eminet:
Horũ autẽ authores viri, nõ malè audiũt.

Et fuerunt aliqui, Qui mulierẽ adulterã, 15 grauius peccare, quam virum adulterum exiſtimẽt, vt pote quia ſobolem alterius, vito

viro ſupponat: tùm, quia ſubdita viro ſit, nihilque ſit mulieribus tam proprium quam pudor: aliis tamen diuerſum ſentiẽtibus, tum quia vir à muliere debitum ſubducat, & in alio vaſe diſſeminet: Tùm etiam quòd conſtantioris debeat eſſe naturæ, mulieribus natura exiſtentibus mollioribus & fragilioribus. Quorum tamen opiniones, in eo qđ & vir & mulier peccet vterque, amplector, cætera contemno: Et vtrumque grauiter peccare exiſtimo. Nam quod pertinet ad torum, vtrũque, & virum & vxorem, pares cenſeo, quia quicquid in caſtitate matrimoniali præcipitur viris, hæc conſequenter redundant in fœminas, & contra[a]. Quemadmodum enim vir non habet poteſtatem ſui corporis ſed vxor: ita nec vxor, ſed vir poteſtatem ſui habet[b]. & ideo utrumque puniendum grauiter exiſtimo, cùm leges etiam id iubeant, & pari pœna iure diuino adulter cum adultera necaretur. Et item eadem lege Iulia prohibitum ſit, alienas permolere vxores, ac mulieribus adulte-
16 rari. Quinimo etiam, ſolicitatores alienarum nuptiarum, iure, puniuntur extraordinario iudicio, & ſimiliter matrimoniorum interpellatorès, quamuis effectu ſceleris potiti non ſint, propter voluntatem,

a *cano. præcepit dominus 32. q. 5.*

b *Paul. I. Corint. 7. c. videndus Bernardinus Scardeonius. lib 6. de pudicitia matrimoni. c. 17.*

pernicioſę libidinis. vt hac de re ſingularis Textus Pauli[a]. hinc nata controuerſia quæ agitatur, inter Iaſonem, P. Decium & Iohānem Ripam, hoc postremo tuente[b]. propter oſculum aliquam dote priuari poſſe, tanta fuit matrimonialis honeſtatis, ni Zelotipyam dicas, ſolicitudo: quæ tamen ſecundum regionum diuerſarum diuerſos mores, ad concordiam reuocatur. vt notat Benedictus Curtius Symphorianus[c].

*a lib. 1. de extraordia. crimen lib. 4 P. tit. 11.*
*b in rubr. de iudiciis col 3.*
*c in comentar. ad areſta Amatori. areſto. 24.*

## Cap. XVIII.

### *De honeſtatis legibus circa Luxum, & conuiuia, & mulieres.*

1 Porro Romanis, Luxus, honeſtatis cauſa, etiam moderatus: latáque lex Oppia, prohibens mulieribus ornatum ſuperfluum. ne qua mulier plus ſemuncia auri, haberet: néue veſtimento verſicolori, vteretur, néu iuncto vehiculo in vrbe opidóve, aut propius inde mille paſſus, niſi ſacrorum publicorum cauſa, veheretur: lata à C. Oppio Tribuno plebis, Qu. Fabio. & T. Sempronio, cōſulibus, in medio ardore punici belli: Abrogata tamen, mulierū infeſtatione annis viginti poſtquā lata fuit, M. Fundanio, & L. Valerio tribunis

tribunis pleb. Authore Liuio[a]. Meminit *a lib.4. De*
& Pomponius Lætus[b]. Imperante etiam *cad. 4.*
Tiberio, à Quinto Haterio conſulari, O- *b lib. de le-*
ctauio Frontone prætura functo, multa *gibus Ro-*
in luxum ciuitatis dicta, decretúmque ne *manor.*
vaſa auro ſolida miniſtrandis cibis, fierét,
néue ſerica viros fœdarent. vt refert Cor-
2 nelius Tacitus[c]. Et Iulius Cæſar, lectica- *c lib. 2. an-*
rum vſum, item cóchyliatæ veſtis & mar *nalium Ro*
garitarum, niſi certis perſonis & ætati- *mano.*
bus, pérque certos dies, ademit. teſte Sue-
tonio[d]. Honeſtis ſumptibus etiam, leges *d in Iulio*
modum impoſuerunt. cautúmque apud *Cæſare. c.*
Spartiatas à Lycurgo, vt patentibus ianuis *43.*
pranſitaretur, vt ſaltem pudore ſuffuſi, in-
tra honeſtatis fines continerentur: ſicut
ſcribit Xenophon[e]. Idem & apud Roma- *e lib. de re-*
nos aliquando obſeruatum: quo, nec à *pub. Lace-*
turpitudine, viuendíque laſciuia reuocan *demonio-*
te populum, lata eſt lex, à C. Orchio *rum.*
Tribuno Plebis ab eius nomine Orchia
dicta: quæ numerum conuiuarum præ-
3 ſcribebat. Subinde Fannia quæ ſum-
ptibus modum poſuit, poſt Orchiam.
xxij. annis. Et anno poſt vrbem condi-
tam. lxxxviij. vt vult Macrobius[f]. C. *f Saturna.*
Fannio, & Mar. Valerio conſulibus. *3. c. 17.*
Hæcque alia lege Didia, prorogata eſt à
ciuibus ad omnem Italiam. Fanniam

autē,renouauit alia dicta Licinia: ſequu-
tǽque pleræque aliæ ſumptuariæ, quas 4
præcipuè Iulius Cæſar exercuit, diſpoſi-
tis etiam circa Macellum cuſtodibus, qui
obſonia vetita empta retinerent, depor-
tarént que ad ſe:ſummiſſis nonnunquam
lictoribus ac militibus, qui ſi qua cuſtodes
fefelliſſent, iā appoſita è triclinio auffer- 5
rent. Et lege Cenſoria, interdicta cœnis
ſuum abdomina, Glandia, Teſticuli, vul-
uæ, ſincipita verrina, vt ait Plinius[a]. & ea-
dem lege, ſorices edi prohibuerunt, item
Glires: Quódque M. Scaurus in conſula-
tu repetiit[b]. refértque idem author[c]. vn-
decim annis antè punicum bellum ter-
tium, lege. C. Fannii conſulis interdi-
ctum fuiſſe, ne quid volucrum cœnis
apponeretur, præter vnam Gallinam, 6
quæ non eſſet altilis, híſque alias ſimi-
les leges, legi poſſunt apud Aulum Gel-
lium[d]. & apud Macrobium[e], & Cri-
nitum[f]. Sunt aliæ etiam infinitæ in iure
ciuili honeſtatis iuſſiones, vt connubio-
rum. Quemadmodum, ne tutor vel fi-
lius eius, cum pupilla nuptias ineat[g]. ve-
tantur & inter libertum & filiam ſenato-
ris, inter ſenatores ſenatoríſve filios &
libertos: ídque lege Iulia & Papia Po-
pea[h]. Quibus derogabat interdum
princeps.

a lib. 8. natu. hiſtoriæ. cap. 52.
b Plin. autho. eo. lib. 8. c. 57.
c lib. 10. cap. 50.
d Noctiū attica. lib. 2. c. 28.
e in iam citat. loco.
f lib. 14. de hone. diſcipl. c. 28.
g Rubri. de interdicto matrimo. inter pupil lam. &c. lib. 5. C. tit. 6.
h Iulian. in lege papia, l. 25. & l. lege Iulia l. 44. de ritu nup. lib. 23. P. tit. 2.

princeps[a]. atque in nuptiarum tractatu, à quarũdam complexu abſtinendum eſt, 7 honeſtatis cauſa. vt vulgares ſunt textus. Tùm ratione prohibitionis, ſanguinis, gradus, quam affinitatis[b] & ab eadem honeſtate emanauit prohibitio, ne mulieres interſint cœtibus virorum, ne illarum honeſtas periclitetur[c]. quod ſi aliquando interſint licitè, & ſilentium illis imperatur à Diuo Paulo[d] eáque ratione, multa mulieribus prohibita: de quibus fusè interpretes[e]. Neque etiam defuerunt, qui magiſtratus conſtituerint penes quos eſſet cura honeſtatis mulierum, Dionyſio Halicarnaſſeo teſte[f]. Et hæc hactenus de honeſtate indicaſſe ſufficiat. Nunc ad ſecundum præceptum, conuertitur oratio.

*a Vlpian. in l. ſi ſenato. l. 31. cod. tit. de ritu nupt.*

*b §. inter eas. de nuptiis apud Iuſtinia. in inſtiut. ciuil. lib. 1. tit. 10. Diocle. & Maxi. Au. in l. nemini. l. 26. de Nup. lib. 5. C. tit. 4. & in canon progenie: can. de proximit. can. in copulatione can. nulli. in dec. cauſa. 20. q. 5.*

*c Conſtan. in l. maritus, l. 21. & Dioc. & Maxi. in l.*

---

## CAP. XIX.

### *De præcepto alterum non lædere.*

1 SEQVITVR aliud præceptum, ALTERVM NON LAEDERE. Hoc præcepto, omnis iniuria & contumelia prohibetur. Et perſuaſum ſatis eſt, vt ait Plato[g]. nemini faciendam iniuriam, cum quia iniuriam inferens,

*alienam, lex. 18. de procurator. lib. 2. C. tit 13.* d *1. Corint. c. 18.* e *in reſponſum Vlp in l. fæminæ l. 2. de regul. iur. lib. 5. P. tit. 17.* f *lib. 2. antiq. Ro.* g *in Apol.*

iniuſtus eſt,omninóq; antè alios miſer[a]. Tum quia facere iniuriam, turpe eſt[b]. & Ariſtoteles, turpe etiam exiſtimat iniurias,potiſſimum amico, inferre[c]. ideo in Eccleſiaſtico[d], ſcriptum eſt:libera eum qui iniuriam patitur. Et leges proditæ ſunt, de iniuriis prohibendis & puniendis. Atque hac de re, extant tituli apud Iuſtinian[e]. in pandectis[f]. & in Iuſtinianeo Codice[g],& cōceſſa actio iniuriarum, de qua meminit etiam Cicero pro Co*e*cinna. Hoc etiam præcepto concluditur illud, vtinam ita obſeruatum ac tritum: Alteri ne feceris,quod tibi fieri nolis,vel velle, non debes: decerptum ex naturæ lege,& diuina καὶ καθὼς, θέλετε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς ὁμοίως ſicut vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis pariter. Et Tobias[h].fili mi inquit, diliges proximum tuum ſicut teipſum, neque contumelia afficias fratres tuos,filios populi tui.Hîc ſecum habitan 2
dum eſt, & hoc coloſtro lactandæ mentes,atque φιλαυτία circa quam tantoperè cæcutimus depellenda: vel per ipſam, amor proximi perpendendus, & libella præcepti,veluti numellis fortiſſimis,intra fines iuſti,retinendus.Quod facilè cōtinget,ſi ſæpiſſimè reuoluamus illud præcla-

a idē Plato ait in Gorgia.
b idē etiā ait in crito.
c in problema. ſectoin.29. quæſ.2.
d c.4.
e in inſti. iur.ci.lib.4. tit.4.
f lib.47. tit.10.
g lib.9.tit. 35.
h Mat. 7. & Luc. 6.

rè dictum Chilonis. γνῶθι σεαυτόν. Noſce te ipſum: quod in columna ſuſpendebatur Delphica, vt refert Auſonius, in ludo ſeptem ſapientum[a]. & Iuuenalis[b]. Qui ita commendat.

E cœlo deſcendit γνῶθι σεαυτόν

Et memori tranctandum pectore

Si enim te ipſum noueris, alterum non lædes: nec iniuria afficies, cùm illatam ſimilem tibi diſplicere, conſideraueris: atque ita facilè intumeſcentiam & ſuperbiam circumcides: alienáque non aucupaberis, ſi te tuis priuari durum eſſe ani-
4 mo verſes. Suadet etiam hoc, naturæ ius, non locupletari cum alterius iactura. vt refert Pomponius[c]. & Vlpianus[d]. Iuſgentium eadem, cùm gentes quæ legem non habent, naturaliter quæ legis ſunt faciant[e]. Eodémque nexu, vincitur ius pontificium[f]. Et vt ſemel dixerim, in omni iure, hoc inuenitur præceptum. pellitúrque omnis vis, fraus, iniuria, Dolus, crimen. Et in proteruos con temnentéſque, pœnarum conſtituuntur diuerſæ cenſuræ, ſecundum rerum & perſonarum qualitates, & ſtatus cauſarum. Hinc pendent tituli lib. 4. inſtitution. iuris ciuil. vi. bonor. Raptor. tit. 2. de noxal. action. tit. 8. & alij. Et ferè totus li-

a *c. 4.*
b *in Chilone.*
c *Satyr. 11.*
d *in l. nam hoc natura. l. 34. de cond. indebiti. li. 12. P. tit. 6.*
e *in l. iure naturæ l. 26. de reg. iur. li. 50. P. tit. 17.*
f *ad Rom. 2. c.*
g *Canon. l. 1. d. Grego. 90. in c. delicti. c. 13. decre. ti. 53.*

ber. 9. C. & tituli lib. 47. & 48. P. Totus liber 15. Decretal. liber etiam 5. ſexti. & Clementi. Pluresque alij ſeorſum ſcripti tituli, quos conniueo: De quibus ſi loqui aggrederer, breuitas, in immenſum fimbrias nectere. Illud ſolum annotabo, in iſto præcepto negatiuè concepto, Alterum non lædere, contineri affirmatiuum, vt proſimus quibus poterimus, noceamus autem nemini: Hócque etiam, boni viri officium eſt, vt ait Cicero[a]. Eniti enim debemus, vt idē Cicer. voluit[b]. vt aliquid boni faciamus, ſin minus, vt certe nihil mali. Non tamen ſufficit abſtinere à malo, niſi & bonum fiat[c]. & natura præſcribit, vt homo homini, quicunque is ſit, & ea tantum cauſa quod homo ſit, conſultum velit. Et in hoc vera in hominis Dei ſplendet imago, cùm nocere non difficilè ſed cuiuſlibet hominis ſit: prodeſſe verò, non cuiuſlibet. vt notat Plato[d]. & ita illa intelligenda parœmia trita, ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ δαιμόνιον. id eſt, homo homini Deus. Nam ſociale animal, homo eſt. vt ait Cicero[e]. & ſocialis illius ac benefica natura, qua ſola, cum Deo cognationem habet, Lactātio teſte[f]. & aliis plurib. Quia tamen natura hęc, variis obnubilatur tenebris, neceſſarium eſt

5

a *tertio offi.*

b *2. de Orat.*

c *cano. de forma cauſa. 22. quæſt. 5.*

d *Dialo. 8. de le.*

e *in lælio.*

f *lib. 5. de Iuſtitia. 1. c. 18.*

eſt hominem inſtrui hoc præcepto, alte-
rum non lædere. Nam vt ait Plato[a]. ἄνθρωπος ἥμερον· ὅμως μὲν παιδείας τῆς ὀρθῆς τυχὸν καὶ φύσεως εὐτυχοῦς θειότατον, ἡμερώτατόν τε ζῶον γίγνεσθαι φιλεῖ, μὴ ἱκανῶς δὲ, ἢ μὴ καλῶς τραφὲν ἀγριώτατον, ὁπόσα φύει γῆ. i. Homo quidem manſuetū animal, rectam inſtitutionem conſecutus & naturā fœlicem, diuinum, & manſuetiſſimum animalium euadit: ſin verò non ſufficienter vel non benè fuerit enutritus, ferociſſimum omnium quæ in terra nutriuntur euadet. Quod & Ariſtoteles repetit[b]. vt enim inquit, perfectione ſuſcepta, optimum cunctorum animalium eſt homo, ita ſi alienus fiat à lege & iudiciis, peſſimum eſt omnium. Homo námque malus, plura & atrociora quam fera, facere poteſt: vt idem ait[c]. Laudandi certè homines ij, qui ita vt præceptum iubet, viuunt. Extátque Vlpiani hac de re, celebre reſponſum[d]. Laudandus inquit, is, qui cum impunè poſſet, vinum alterius ſuo dolio incluſum, effundere, non effudit. Cum interſit hominis, hominem affici beneficio, vt ait Papinianus[e]. Et priſcis temporibus, à proximo nullum hominem contemni, ſed beneficio affici debere, Aſſyriorum nos edocuit lex: ij enim ægrotos in viis componētes, inter-

a *Dialo.6. de le,*

b *lib.1. Polit.c.2.*

c *li.7.eth. c.6.*

d *in l.1. §. licet de periculo & commod. rei vendit. lib.18.P. tit.6.*

e *in l. ſeruus ea lege l.7. de ſeruis exportandis eod. lib.18.P. tit.7.*

rogabant prætereuntes, num quiſquam horum remedium noſſet. Siquidem, nemo prætereuntium vſque adeo malus du cebatur, qui non admoneret ſiquid ſalutare haberet, authore Strabone[a]. & Herodoto[b]. Hinc trahenda ratio, cur legumlatores, alterius delicti participem, reum patrati ſceleris faciunt eum, qui cùm poſſet prohibere ne delictum fieret, non prohibuit: vt ſcribitur ab Vlpiano[c]. & à Paulo[d]. hoc etiam præcepto, pleráque iuris vtriuſque reſpõſa, examinari poſſunt, longiore quam mihi ſuppetat otio.

*a lib. 16. Geogra.*
*b lib. 1.*
*c in l. 2. & 3. de noxal. act. in P.*
*d in l. in delictis l. 4. de Noxalib. action. lib. 9. P. ti. 2. idẽ Paulus in l. ſcientiam l, 46. ad leg, aquil, lib, 9, P, tit. 10.*

---

## CAP. XX.

### *De præcepto ius ſuum cuique tribuere.*

SVCCEDIT nunc examinandũ præceptum tertium. IVS SVVM CVIQVE TRIBVERE. Potiſſima autem Eunomiæ & Iuſtitiæ pars, in diſtributione conſiſtit. Diſtributionem itaque Ariſtoteles in libello περὶ ἀρετῶν, de virtutibus ita ordinat. ἐςὶ δὲ πρῶτη τῆς δικαιοσυνῶν πρὸς τοὺ θεοὺς, εἶτα πρὸς δαίμονας, εἶτα πρὸς πατρίδα καὶ γονεῖς, εἶτα πρὸς τοὺ κατοιχομένους ἐν οἷς ἐςὶν ἡ εὐσέβεια, ἤτοι μέρος οὖσα δικαιοσύνης ἢ παρακολουθοῦσα. Et quid habere debeat hæc diſtributio, & quæ ſint eius partes ſubiungitur.

gitur. ἀκολουθεῖ δὲ τῇ δικαιοσύνῃ, καὶ ὁσιότης, καὶ ἀλήθεια, καὶ ἡ πίστις, καὶ μισοπονηρία. Cuius verba ſic latinè vertuntur. Prima Iuſtitia erga deos eſt: poſtea, ergà dæmonas: ſubinde, erga patriam & parentes: poſtmodum, erga mortuos, inquibus ineſt pietas, aut pars Iuſtitiæ vel comes eius. Comitatur autem Iuſtitiam & ſanctitas, & veritas, fidéſque & odium vitiorũ. hæc ille. Quibus Iuſtitiæ vinculis, quôdammodo ſuperna imis cõiunguntur, per hominem qui cuiq; ſuum reddit. Quemadmodum enim corpora inferiora, harmonia quadam, ſuperioribus ligantur, ita oportuit in omnia iuſtitiã diffundi: ea autem diffuſio, in diſtributione eſſe omnino videtur. Vt ait Galenus[a]. Sed regulam ſuperiorem Ariſtotelis, cõprobemus. Et in confeſſo in primis eſt, ergà Deum, diſtributionem fieri hac Iuſtitia: Dum ſoli Deo quædã tribuuntur, quæ alij nemini deberi conſtat. Qualia ſunt, opera Deitatis, creationis, redemptionis, eſſentiæ, & alia infinita: ita ſcriptũ eſt, reddite quę ſunt Cęſaris, Cęſari: & quę ſunt Dei, Deo[b]. Omniáque bona, tanquã ab illo emanantia, in illum referri debent: Nihil enim in nobis eſt boni, quod ille non præbeat, vt ait Plato. ſic Ariſtoteles.

a *lib. 7. de decre. Hyppocra. & Pla.*

2

b *Luca. 20 e. cano. con ueni. cauſſ. 23. q. 8. canon. ſi in morte longobardorũ eodem. cã. militare verſicu. itẽ Dominus 23. quæſt. 1. Item.*

vetus inquit fama eſt, & quidem hære-
ditaria mortalium omnium, vniuerſa à
Deo & per Deum nobis eſſe conſtituta:
nec verò vlla natura per ſe ſufficit, orbata
ſalute quam ille ferat, &c. quę non ſine
Gentilitatis admiratione, ibi de Deo ſcri
*a Iac.1.ca.* buntur. cui adſtipulatur D. Iac.[a] πᾶσα δό-
σις ἀγαθὴ, καὶ πᾶν δώρημα τέλειον, ἄνωθέν ἐστι κα-
ταβαῖνον, ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων, id eſt, Om-
ne datum optimum, & omne donum per
fectum, de ſurſum deſcendit à patre lumi
*b in Aſ-* num, Et Mercurins Trimegiſtus[b]. Præ-
*clep.c.1.* dicat hanc ſingularem propoſitionem.
vnus omnia, & ipſe, creator omnium, de-
cœlóque omnia deſcendere. & in Piman
*c c.9.* dro[c]. Deus coſmi, ideſt mundi, pater. at-
que ſubiungit. Quæcunque ſunt ô Æſcu-
lapi, in Deo atque à Deo pendentia, par-
tim per corpus agentia, partim mouentia
per eſſentiam animalem, alia per ſpiritũ
*d in c.1.E-* viuificantia, &c. quæ conſentiunt cum D.
*uange.* Ioanne[d], & ſine ipſo, factum eſt nihil,
*e Gen.1.c.*
*f lib.1. E-* quod factum eſt, in ipſo vita erat, vt & ex
*thicor. ad* mundi geneſi conſtat[e]. ſic etiam Ariſto-
*Nicoma-* tel.[f]. ſcribit, τοιοῦτον εἶναι τὸν θεὸν καὶ τ' ἀγαθὸν.
*chum.* πρὸς ταῦτα γὰρ καὶ τ' ἄλλα ἀναφέρεσθαι. id eſt,
*g lib. Py-* Talem eſſe Deum, quod ſummum bonũ.
*thiorũ ode.*
*5. epo.1* Et ad hunc omnia cętera referri. Et Pin-
*ver.5.* dar.[g]. oportet inquit, παντὶ μὲν θεὸν αἴτιον
ὑπερτι

ὑπερθετικῶν id eſt, omnis quidem rei cauſam, Deum conſtituere. Cauſam autem, primam & prçcipuam: ideóque & illi
4 Gloria & laus excellentior tribuenda, & ſoli, vt Deo debetur, neq; ab hominibus vſurpanda, quacunque ſint præditi dignitate, & quocunque nobilitentur opere. Nam vt ait Horatius.[a] a lib.3.carmin.Od.6.

Diis te minorem quod geris, imperas.
Huic omne principium, huic refer exitum:
Dij multa, neglecti dedere
Heſperiæ mala luctuoſæ.

Neque ſilendus Pitho. qui admirantibus illum Athenienſibus, & honore laudéque proſequentibus quòd Cothim interemiſſet, Diis inquit, habenda eſt gratia, quibus authoribus, patratum facinus egregiè eſt manu duntaxat mea, & manu mea commodato accepta, vt retulit Plutarchus.[b] Eandemq̃ue exomologeſim fecerunt.[c] Paulus & Barnabas in Lyſtrorum ciuitate, cùm ciuitas pro Diis illos coleret, eiſque mactare victimas paraſſet ob ſclaudum anatum, & plures alij, quos breuitati conſulens prætermitto, idem, & meritò, faſsi ſunt. Quocirca debetur Deo quod ſcribitur in Eccleſiaſti.[d] Benedicentes Deum, exaltate eum quantum

b in Politi.
c Act. 14.c.
d c.43.

poteſtis, maior enim eſt omni laude, vbique enim laus illius intonat, ſuprà cœlos, in cœlis, in terra, [a] date gloriam laudi eius. Hinc, religio & inuocatio ad 5
Deum dirigi debet latriæ. [b] Et Dauid, laudans inquit, inuocabo Dominum. [c] Immola Deo ſacrificium laudis, &c. Neque fuit vlla ætas, in qua non ſemper fuerint orationes & cultus aliquis Diuinus inter homines, quanuis in Dei veri notitia errarent, Deóque ſemper ſupplicatum, vt 6
etiam iubet Medicus Hippocrates, [d] atque libro de probitate honeſtatéve, Medicum Dei cultorem eſſe debere, cùm medicina in pleriſque generibus morborum, Deo concedat: Quippe qui, in hominibus, idem author [e] maximam cauſam & potiſsimum quid, diuinum numē 7
exiſtimarit. Et morbos etiam, ob peccata humano generi immitti, nemo eſt qui neſciat. Nam ſcriptum eſt in Eccleſiaſtico. [f] Qui delinquit in conſpectu eius qui fecit eum, incidet in manus Medici. atque id proprio ore Domini noſtri IESV CHRISTI, ita prolatum eſt [g] paralytico: ecce iam ſanus factus es, noli amplius peccare, ne peius tibi contingat. Hoc etiam perſuaſum antiquis idololatris. Nam & Herodotus [h] refert, ob

*a pſ. 65. et pſal. 148.*
*b pſal. 17.*
*c pſ. 49.*
*d li. de inſomniis & lib. de ſacro morbo. & li. de languentium ſomniis.*
*e lib. de fœminea nat.*
f 38.
g *Ioānis* 5.
h *in primo.*

ob Phocenſes occiſos à Carthaginenſibus & Thyrrhenis, cum hi relicta Corſica demigraſſent in Rhegium, deinceps, quæcunque ex Agillenſium, vel pecoribus, vel iumentis, vel hominibus, locum
8 illum acceſsiſſent vbi Phocenſes lapidati fuerant, continuo morbo affecta, ſtuporéque & igne correpta ſacro, ſubeūt & alia exempla, ſed omitto, cùm hoc in confeſſo ſit, mortem & vitam, in Dei poteſtate eſſe. Quamuis noſtro infelici
9 ſeculo, plures ſint nomine tenus philoſophi, non dicam medici, athei & in Deum blaſphemi, cum quibus mihi nunc ſermo nō inſtituitur, cum hi longè abſint à nomine hominis, neque parati ſint Deo ius ſuum reddere. Quod tamen optimi non detractabunt Medici, exemplo ſaltē Hipocratis, qui cæteris quotquot fuerę Medicis antecelluit, primúſque apud Græcos medicinam in artem redegit, ac ferè perfecit, vt ait Soranius Epheſius.[a] Quo tamen Hippocrate Chriſtianos Medicos perfectiores in fide & Dei cultu, vt potè
10 Deo vero vbique cognito, eſſe par eſt. Hi enim á Deo medicinam fluxiſſe fateātur neceſſe eſt, ex Eccleſiaſt.[b] & Ouidi. qui hoc ſub Apollinis perſona, quem Deum putabat, aſſerit.[c]

a *in præfatione ſuæ Iſagoges.*

b *c. 28.*

c *Metamorpho: 1.*

Inuentum Medicina meum eſt, opiféxq; per orbem
Dicor, & herbarum ſubiecta potentia nobis.

a c. 6.

Et Deus vulnerat & Medetur: percutit, &
manus eius ſanabunt, vt ait Iob,[a] Neque
quicquam prodeſt copia Medicorum,
qui operantur ſalutem per cauſas medias
creaturarum, cùm creatoris, cuius omnis 11
poteſtas, remedium non imploratur: con-
ſtátque vel vnico teſte Aſa Rege, qui in
infirmitate non inuocauit dominum, ſed
magis Medicorum arti confiſus, mortuus
eſt.[b] Ideo in dicto c.38. Eccleſiaſtici, tex-
tus ait, Medicos fungi debere erga Deũ,
officio rogantis pro infirmo. Dum ait,
da locum Medico, etenim illum domi-
nus creauit. Et non diſcedat à te, quia o-
pera illius ſunt neceſſaria: eſt enim tempus
quando in manus illorum incurras, ipſi 12
verò dominum deprecabuntur, vt diri-
gat requiem illorum in ſanitatem. Ideo
concilio generali iubetur Medicis, vt an-
tè pharmacorum doſes, ægrotis adhibe-
ri curent Medicum animarum, Qui pec-
cantem materiam, id eſt peccatis illo-
rum, remedia ſpiritalia, adhibeant, vt
ſcribitur apud Gregorium[c] vetitúmque
eſt in ſeptima Synodo, vti Medicis qui
Chri-

b 2. Paralip. c. 16.

c in c. cum infirmitas. c. 13 de pœnitentiis li 5. decr. tit. 38.

Chriſtiani non ſint. a Nam infideles Medici Deo honorem, qui ſuus eſt ſubtrahunt: damnati ideo noſtro præcepto.

a *in c. nullus cau. 28. quæſt. 1.*

---

CAP. XXI.

*De principum religione.*

VErum enimverò, non tantum Medicis, Deo laudem & gloriam redde- *b Eccleſiaſt. c. 2.*
1 re iubetur, ſed & cum cęteris ipſis principibus: quantò enim quis magnus eſt, tātò deijcere ſe debet in omnibus, Deo: quo-
2 niam magna potentia Dei eſt ſolius, & ab humilibus honoratur, [b] & omnis poteſtas à Deo. Et in pſalmis, [c] ſemel locutus eſt Deus, duo hæc audiui, quia poteſtas Dei. Et rurſum, [d] potens es domine, & quis ſimilis tibi. Nec eſt poteſtas niſi à Deo. [e] & per Deum Reges regnant, [f] & Heſiodus. [g] dixit Iouem Regum nutritórem. Item Homer. in Hymnis. [h] Ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες inquit. Et Ecphantes Philoſophus [i], ait, ὁ βασιλεὺς ἓν καὶ μόνον τῷ ἀνωτέρῳ βασιλέως, τῷ μὲν πεποιηκότι γνώριμον ἀεὶ, τοῖς δ' ἀρχομένοις ὡς ἐν φωτὶ τᾷ βασιλείᾳ βλεπό-
3 μενον, id eſt, Rex vnicum & ſolum quoddam opus, imago ſuperni Regis, Crea-

c *pſal. 61.*
d *pſal. 88.*
e *in cano. qui reſiſtit. 11. q. 3.*
f *prouerb. 8. & epiſt. inter claras l. 4. de ſūma Trinit. et fide Catholic. li. 1. C. 15. tit. 4.*
g *in Theogonia.*
h *Hymno in muſas & Apollinem.*
i *lib. de Regno.*

lis, de Hæretic.[a]

## CAP. XXII.
### *Quod coli Deus debeat ab omnibus.*

CÆterum, non à ſolis principibus &
1 Medicis, cultus diuinus obſeruandus, ſed etiam ab omnibus, qui illum iure naturæ Deo debent: vt ſcribit Cicero[b] & Pomponius,[c] & hæc eſt religio, quæ nullis debet conſpurcari dogmatibus, quod admonuit Sibylla Erythrea, teſte Lactantio[d], φεῦγε, inquit, δὲ λατρείας ἀνόμους, θεῷ ζῶντι λάτρευε, fuge inquit adorationes impias, Deum viuentem adora. Et Theognides, Κύρνε θεοὺς αἰδοῦ, καὶ δείδιθι, τοῦτο γὰρ ἄνδρα εἴργει μήθ' ἔρδειν, μήτε λέγειν ἀσεβῆ[e]. Cyrne Deum reuerere: Hoc enim vetat hominem cohibétque, neque facere neque dicere impia. Idem etiam cecinit Pythagoras.[f] Et propterea etiam Sibylla, fœlices dixit homines, qui huic cultui deſeruiunt, vt libro 4. Sybillinorum oraculorum, ita legitur. ὄλβιοι ἀνθρώπων κεῖνοι κατὰ γαῖαν ἔσονται, ὅσσοι δὴ στέρξουσι μέγαν θεὸν εὐλογέοντες πρὶν φαγέειν πιέειν τε, πεποιθότες εὐσεβίῃσιν, id eſt, Fœlices illi homines in terra conuerſabuntur, qui

a li.1.C.tit 8.

b ad Herennium.

c in l.velut l.2. de Iuſti & iur. lib.1.P. tit.1.

d li. de ira Dei c.23.

e in carminibus ſiue gnomis Elegiacis carmi. 1181.

f in carmi. aureis.

laudare Dei ſupremum numen amabũt, antè cibum & potum, freti pietatis amore, & ſimilis extat Euripidis locus, apud quem [a] ſic ſcribitur: κλεινὸς δ' ὁ πόνος μοι, θεοῖσι δούλαν χέρα ἔχειν, οὐ θνατοῖς ἀλλ' ἀθανάτοις εὐφάμοις πόνοις μοχθεῖν οὐκ ἀποκάμνω, id eſt, inclytus autem labor mihi, Deo prębere ſeruam manum, non mortalibus ſed immortalibus nunquã diffugiam incumbere. Subit illud nõ omittendum Pauſanię, qui [b] ait, conſtat vt quiſque rerum ſtudio ſacrarum tenetur præ aliis, ita benignæ fortunæ euẽtus ei reſpõdere, Quod, ex omnipotentia contingit Dei, qui ſua bonitate ſupplices non reijcit, quamquã nos, lõgè ab illo abſimus: vt loquitur Minerua ad Telemachum, apud Homerũ [c] ῥεῖα θεός γ' ἐθέλων καὶ τηλόθεν ἄνδρα σαώσαι, facilè inquit Deus potens, & procul hominem ſaluare. Atque hic cultus, læto debet exhiberi animo, ſequiturque diligentiã magna retributio, & rerum expediendarum paratus animus: vt omnia ex negligentia contrà ſuccedunt, Soluſque citabitur Author inter Ethnicos, Simplicius, is enim ait: ὁ δὲ περὶ τὴν τοῦ θεοῦ τιμὴν ἀμελὴς, καὶ ἐκθυμὸς φαινόμενος, περὶ τί ἂν τῶν δευτέρων σπουδάσειεν qui autẽ circa Dei cultũ honorémque negligens, ignauúſque cernitur

*a in Tragœd. quæ Ion inſcribitur. act. 1. verſ. 48.*

*b lib. 1. Atticarũ rerũ*

*c Odyſſea. 3. verſ. 125. ita.*

nitur

nitur, quamnam neceſſariam rem, ſedulò curabit? adde Auguſtinum Eugubinum, de perrenni Philoſophia, [a] omitto hic Lucretianos, Diagoriſtas, Lu- a *lib.10.c.* *14.*
3 cianiſtas, & alios atheos: qui nihil aut parum diuinitati tribunt: quorum veſtigia, non niſi à dementibus ſecuta, & qui vt Deum contempſerunt, ita miſerè cruciati, hoc & alio felici ſeculo priuati ſunt: contemptus quippe religionis, Deũ ad iram ciere, & antiquis etiam Paganis
4 facilè perſuaſum fuit. Et ob contemptum religionis & impietatem, Penthei propoſuere in ſcænis necem, Poëtæ: ratióque eius, ab Euripide in Bachis ſola ita ſcribitur[b], poſt Theocritum [c], *ειδ ἐστιν* b *actu. 5.*
*ὅστις δαιμόνων ὑπερφρονεῖ εἰς τῦ δ' ἀτρήσας θάνατον ἡγείσθω θεὺς*, i. ſin autem aliquis eſt, *ver. 144.* c *eidillio 33. et Ouidi.*
qui contẽnat Numina: huius reſpiciat mor d *in I.*
5 tem, & putet eſſe Deos. Sic religionis contemptus, acerbè in Cambyſe vindicatus putatur ab Hiſtoriographis, ipſumq; ideo credit antiquitas exercitum, inter arenas amiſiſſe, ſibique mortem conſciuiſſe, vt refert Trogus, & Iuſtinus [d]. item Capa- e *in Phœnißis.* f *in Antigone, ædipo, Tyranno, & Coleno.*
6 neum vnum ex ſeptem ducibus Græcorum, propter conuitia in Deos dicta, fulmine periiſſe, vt Euri. teſtis[e]. & Sophcles[f]. Ferunt Aiacẽ etiã Oileum non Telamo-

nium, naufragiū feciſſe, cū dixiſſet inuitis Diis ſe nauigare, vt Homerus ait[a] & Marſias Phrygius, excoriatus ab Apolline, quod cū eo auſus fuiſſet contēdere, apud Ouidiū[b], omitto cęteros nominatim referre, ſufficiet enim locus Heſiodi, qui[c] cenſet ſublatū fuiſſe genus ſecūdū hominum, Argenteū dictum, quod Deū inhonoraret, ſic ſcribens, τὺς μὲν ἔπειτα ζεὺς κρονίδης ἔκρυψε χολούμενος, οὕνεκα τιμὰς οὐκ ἐδίδουν μακάρεσσι θεοῖς, οἳ λυμπὸν ἔχουσιν Hos quidem deinde Iupiter Saturnius, abſcōdit iratus, quia honores non dabant beatis diis qui olympū habitant: Docet autē Plato[d], ideo peccantes in Deū grauiſsimè puniendos, quod talium hominū ſcelera, ſępè totius ciuitatis malo expientur. Nam vt ait idē Heſiodus[e], Πολλάκι καὶ ξύμπασα πόλης κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαρεῖ ἔς τις ἀλιτραίνει, καὶ ἀτάσθαλα μηχανάαται & ſępe vniuerſa Ciuitas, malū ob virū punitur qui peccat & iniqua machinat̃ & iratus Dominus cōtra filios Iſrael, propter Achā filiū Charmi, quod is tuliſſet aliquid de anathemate[f] itē quod guſtaſſet Ionatas filius Saul, Mel, etiā inſcius iuramenti Patris & populi, Deus reſpondere populo noluit,[g] Miſitq. Dominus Angelū, vt percuteret ciuitatē Ieruſalē, propter peccatum Dauidis: cùm numeraſſet populum

a *Odyſſea. 4.*
b *li. 6, Metam.*
c *in ergis verſ 147.*
d *lib. 1. de legi.*
e *in Ergis verſu. 248.*
f *Ioſue. c. 7*
g *regū 1. c. 14.*

7 9

pulum: atque ceciderunt ob id- ex Iſraeliticis ſeptuaginta millia viri [a]. Quod mirum vel nouum eſſe non debet, cùm & in delictis quæ directo non offendũnt diuinam maieſtatem, ſed priuatorum vel
10 principum reſpiciunt quorundam iniuriam, vltionis ſimilem formam, in plures ob vnius vel paucorum ſcelus, antiqui aliquando excercuerint: Sicut & obſeſſę fuerunt ciuitates Abela & Bethmachah, propter Scibam filium Bechri [b], fuitque diruta & ſolo æquata Carthago, nobiliſ-
11 ſima Pœnorum vrbs, ob quorundam ciuium rebellionem, vt conſtat ex Apiano, [c] ex Liuio, [d] Plutarcho [e] Plinio [f]. Eutropio [g], Polibio [h], Oroſio [i], & Syllio Italico [k], Fuerunt & aliæ plures ciuitates, ob quoſdam ciues expunctæ à rerum memoria, iacentque nunc ſepultæ. Sicut & Amphithyo Taphios ſuſtulit, & Teleboarum vicos combuſſit, in vindictam aliquorum, qui fratres occiderant Alcmenæ, vt refert Heſiodus [l]. Et vt ad intermiſſam viã noſtra reuertatur oratio, iſto ſeculo in prouincia, vt dicunt prouinciæ, ciuitas quædam nomine Cabrieres, ſenatuſcõſulto Gratio nopolitano, ignibus & neci deuota, adiudicatáq; fuit, ob hęreſim quorũdã ciuiũ.

a *Paralipo 1. c. 21. & regum 2. c. 24.*
b *regũ 2. c. 20.*
c *li. qui lybicus illi dicitur.*
d *li. 10. de ca. 3.*
e *in vit. Fabii Maximi Scipio. ſuperioris, M. Mar. et Hanniba. & Q. Flaminii.*
f *de vir. ill. c. 42. 43. 45 48. 49. 50.*
g *in 3.*
h *per totũ.*
i *in 4.*
k *per totã.*
l *in Aſpt. de Hercul.*

Cùm pœna hæreticorum, non ſolum in ipſos, ſed & in fautores & receptatores, extendatur [a]. Quocirca extant integri tituli, de Hæreticis, ad auerruncandam luem hanc & cauſam malorum: pœnæ- 12
que latæ in eos qui à fide deerrarunt: ſunt & variæ conſtitutiones regiæ, ſuſpenſæ tamen, neſcio quo totius Galliç luctu, propter edictum libertatis & pacis: faxit Deus vt à carnis licentia in ſpiritus libertatem, pax ipſa conuertatur, & omnia ſuo nitori & priſtinæ vnitati reſtituantur, ne occaſio tam ſpecioſa, diutius impellat populorum animos, in diuerſas partes: fieri enim non poteſt vt Deo, & Satanæ vna ſeruiatur vnitate: neque fieri poteſt, vt Deo ſuum ius tribuatur, ſi cuique liceat quod placuerit: videant qui clauum tenent, mihi admonuiſſe ſufficit. Porro & monitos hic volo lectores, vt exiſtiment nos, cum loquimur de religione, & comprehendere omnia quæ cultui diuino accedunt, quę Deo, ſuo ordine quo placuit eccleſiaſti- 13
cæ diſciplinæ, reddenda putamus. Ius itaque hoc diſtributionis: & intelligendũ de ceremoniis, ſine quibus nulla vnquã fuit religio. Illç quippe & Deo, & Diuis exſoluendæ ſunt, eo modo & tẽpore, quo vera orthodoxa

[a] Clem. 4. author in c. 10. vt officiũ. c. 11. §. fin. de Hereticis in ſexto li. 5. tit. 2. & conſti. noua Freder. quæ incipit Credentes ſub titul de Hereticis li. 1. C. tit. 8.

orthodoxa œcumena, vel catholica ſempea docuit eccleſia. Neque D. Marię virgini, quæ verum Deum & hominem nobis genuit de ſpiritu ſancto, obſcuranda gloria: non Martyribus: qui ſanguine proprio palmam obtinuerunt, defraudandi labores: ſicut nec reliquis omnibus qui in vinea domini, laborarunt, ſi velimus cuique ſuum tribuere. Neque enim princeps, vel reſpublica aliqua, vel quiſpiam alius aliorum beneficio iuuatus, inueniri queat (ſiquidem probitatis fuerit in illis ſcintilla) qui grato ſaltem animo, nomina amicorum & benefactorum, & multo magis eorum qui pro illis morti ſe expoſuerunt, & pro tuitione ſuorum, lubentiſsimè non amplectantur, colant vel venerentur.

---

## CAP. XXIII.

### *De eo quod debetur Angelis.*

1 ADDIT Ariſtoteles in loco ſupra citato, libello de virtutibus. Angelis etiã, iuſtitiã diſtribui debere. Nã quos ille vocat Daimonas, nos angelos ritè vertimus, ex authoritate Philonis, qui id lib. de mũdo ait[a]. Et rurſum Ψυχὰς οὖν καὶ δαί-μονας καὶ ἀγγέλους, ὀνόματι μὲν διαφέροντας, ἓν δὲ

a eo li. de mundo

καὶ ταυτὸν ὑποκείμενον διανοηθεὶς, ἄχθος βαρύτατον ἀποθήσεις, δεισιδαιμονίαν. ὥσπερ γὰρ ἀγαθοὺς δαίμονας καὶ κακοὺς λέγουσιν οἱ πολλοὶ καὶ ψυχὰς ὁμίως οὕτω καὶ ἀγγέλους, i. Animas igitur inquit, & lares, ſiue genios vel angelos, nomine quidem differentes, cæterum vnum tute idémque ſubiectum eſſe animaduertens, grauiſsimũ onus depoſueris quod ſuperſtitionem vocamus ſiue nimiã religionem. Sicuti enim bonos genios, maloſque plerique vocant, & pariter animas: ita & angelos. Hæc ille. Quamuis non ignorem, pro manibus diis, habitos fuiſſe dæmonas: vt apud Ariſtophanem[a]. Cremilos Dominus, ad Plutonem, qui habitus eſt inferorum, falſò Deus apud paganos: ita ait.

a *in Pluto. verſu* 123.

ὦ ληθες, ὦ δειλότατε πάντων δαιμόνων, id eſt. Sanè ô miſerrime omnium dęmonũ, &c. Scio etiam dæmonem, pro fortuna accipi. Verùm, quamuis nunc inter Chriſtianos, vulgò pro ſpiritibus malignis, & Satanæ ſatellitibus vſurpetur nomen, vt & apud Ariſtophanem. Tamen, quod pertinet ad præfatum locũ Ariſtotelis & noſtrum inſtitutum, pro angelis nunc accipio bonis. Vt enim, angelus nomen officij, quia omnes ſunt miniſtrantes in ſalutem: teſte Paulo[b]. Itidem cenſendũ

b *ad Heb.*

ſe de dæmonibus de quibus loquimur, :iſci iubent authores. Et in primis Heodus a. a in ergis verſu 123.

οἱ μὲν δαίμονές εἰσι διὸς μεγάλȣ διὰ βȣλὰς,
ἐσθλοὶ, ἐπιχθόνιοι φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων
οἵ ῥα φυλάσσουσί τε δίκας καὶ σχέτλια ἔργα,
Ηέρα ἑσσάμενοι, πάντη φοιτῶντες ἐπ' αἶαν
Πλȣτοδόται: καὶ τȣ̃το γέρας βασιλήϊον ἔχον

Hi quidem inquit, dæmones ſunt maximi Iouis conſilio.
Boni, circa terram, cuſtodes mortalium hominum.
Qui ſane obſeruant & iuſta.
Et praua opera,
Aërem induti paſſim euntes per terram:
Opum datores, atque hoc munus conſecuti ſunt regale.

Ex quibus nota Daimones eſſe cuſtodes, Datores, & miniſtros & teſtes & reges, ideo honorandos. Quod autem Dæmones hi, dicerentur cuſtodes, & malorum depulſores, ſcribit etiã Iulius Pollux οἱ δὲ δαίμονες οἱ μὲν λυόντες τὰς ἀρὰς ἀλεξίκακοι λέγονται, ἀποτρόπαιοι, ἀποπομπαῖοι, λύσιοι, φύξιοι, [b] id eſt b l. 5. onomaſti.

Dęmones autẽ inquit diſſoluentes nocentia, malorũ Depulſores dicuntur, malorũ auerſores, mala dimouentes, Diſſoluentes mala, pernicioſáque fugantes. Cęterũ,

quod hęc ſint officia angelorum bonorum, docetur in mundi geneſ. [a] Exod. [b] lib. iudicum [c]. Regum [d]. Actuum [e] & quod Angeli ſint datores & miniſtri, id etiam conſtat ex Epiſt. ad Hebr. [f] & ex Mattheo. Nec obliuioni dandus angelus ille, ſiue, Dæmonium Socratis, quo is inſtruebatur, vt refert Xenophon. [g] Cicero [h], Plutarchus [i]. Proclus [k]. Iamblicus [l]. Porphyrius [m]. & Pſellus [n], apud quos plura de bonis & malis Dæmoniis, quorum quædam cum vera religione conſentiunt, quædam ab illa aberrant: ideo non in vulgus prophanum propalanda, ne anſa erroris præbeatur: Nec etiam nobis otium eſt philoſophandi, extra inſtitutum: ſi quis tamen, huius volet explere ſitim, videat Doctiſsimum virum Auguſtinum Eugubinum, lib. 8. de Perenni philoſophia, per totum, & potiſsimum, c. 19. & ſequentibus, cuius labores relinquo illibatos. Animaduertendũ autẽ eſt, Dæmonas variis olim exceltos diui- 3
nis honoribus, cum dij gentium tamen Dæmonia ſint [o] & dij fictitij: quia & Dæmonas inter Deos, aſcribebãt antiqui vt docetur ex Homer. [p] ſic dicẽte ἡ δ' οὔλυμπόνδε βεβήκει, δώματ' ἐς αἰγιόχοιο Διὸς μετὰ δαίμονας ἄλλους. Hæc au. (ſc. Mineruà) Cœlũ aſcen-

a 15. c 19.
b c. 23.
c c. 6.
d 3. Reg. c. 19.
e c. 5. & 12
f c. 1. ex *Diu. mat.*
g *lib. de actis & factis Socra. et in apolo. Socrat.*
h *li. 1. de diuinitati.*
i *in vita Niciæ.*
k *de anim.*
l *de Myſteriis Ægyptior.*
m *li. de ſacrifici.*
n *de dæmonibus.*
o *pſal.* 95.
p *Iliade.* 1. *verſu.* 221.

ſcendit ad Dæmonas alios. & Iulius Pol-
ux[a] ſic ait, θεὸς, καὶ θεοί, καὶ δαίμονες, οὕτω γὰρ ὁ-
μήρῳ δοκεῖ, δαίμονας καλεῖν τοὺς θεοὺς, καὶ πλά-
ων τὸν τοῦ παντὸς κυβερνήτην, μέγιστον δαίμονα ὠ-
μασεν, id eſt, Deus & dij, & Dæmones, ita
nim Homero placuit Dæmonas vocare
eos. Et Plato, vniuerſi gubernatorem,
naximum Dæmonem dixit: & ita etiam
lij vocant, vt Orpheus[b], & Anacreon.
ed quamuis proprium hoc tributum ſit
Iomero, Daimonas Deos dicere, tamen
orrupta antiquitas, Dæmonas pro diis
oli iuſſit. vt Pythagoras, τούς τε καταχθο-
ς σέβου δαίμονας ἔννομα ῥέζων.[c] infernales
quit, cole Dæmonas, legitima faciens.
em admonet Iſocrates[d]. Sed & Romæ,
m diis immortalibus non liceret im-
olare, teſte Plutarcho[e], Dæmoniis tamē
ebat, ídque Romæ, vbi, & antè Iunium
utum primum conſulem, Tarquinio
pulſo, qui aliter conſtituit, pro familia-
m ſoſpitate, pueri mactabantur. Maniç
ſæ Deæ, Larium vt ſomniarunt Matri,
lut ſcribit Macrobius in Saturnali-
s[f]. Sicut apud alias quaſdam natio-
s, & homines Diis, Impiis, Dæmo-
bus inquam, immolati feruntur. vt Dia-
aduenæ à Scytis, vt ait Blondius[g], ex
otiuis autē cēteſimus quiſque, victimæ

a *lib. 1. onomaſti. c. 1.*

b *in argonautis.*

c *in aureis verſibus. 3. carmine.*

d *ad demonicum ſcribens.*

e *in problema.*

f *lib. 1. ſaturnali. c. 7.*

g *lib. 1. de Roma triūphant.*

adiudicabatur, vt teſtis Herodotus[a]. Atque Druidæ homines ſacrificabant, vt ait Cæſar[b]. Heſus & Teutates etiam, ſanguine humano apud Gallos placabantur. vt meminit Silius Italicus Poeta[c]. Ex populo Iſraelis etiam, in valle quæ dicebatur Gehinnon vel tophet, quidam impij offerebant comburendos filios ſacrificio, idolo Moloc, quod habebat ſtatuam ſeptem receptaculis concauam, intrà quam victimæ concludebantur, in ſeptima cuius interiori domuncula, ne vagitus vel eiulatus exaudiretur, filius immolandus claudebatur, & ita puer in idolo, ſuccenſo igne comburebatur, pulſantibus circumaſtantibus Tympana, ne adhuc ſacrificati vox, ab adſtantibus miſericordiam ſalutis impetraret. docet autem id Hieremias. c. 23. & 4. Reg. 23. c. Sed & aliis etiam idolis degeneres à vera religione in eodem populo, immolauerunt viuos homines, vt Dauid conqueritur[d]. Immolauerunt inquit, filias ſuas Dæmoniis. Et Ieſaiah[e] immolantes paruulos, in torrentibus ſubter eminentes petras. Nam generis humani antiquus hoſtis, lapſus ipſe, deficiens que à Deo vero, ſicut nec ſibi, ſic nec populo electo Dei veri, pepercit: ſed diuinæ maieſtatis ſacrilegus, vt ſibi immolaret per-

a *lib. 4. hiſtoria.*
b. *in commenta. belli Gallic. lib. 6.*
c *in 4. lib.*
d *pſal. 105.*
e *c. 43.*

perſuadere tentauit, hoſtiis etiã humanis: atque varia nomina Deorũ vniuerſo orbi ſuppoſuit, vt ſibi cultum pararet diuinũ, illúmq; quib⁹ potuit modis, ornauit prodigiis ementitis & oraculis. Impoſuerunt autẽ facilè rudibus & cæcis hominibus, præſtigiis ſuis, quibus mortales in ſui admirationẽ ſolent pertrahere nimium credulos, & vetita ſcire cupidos: quandoquidem, etſi mali propria voluntate & ſceleſtiſſimi, atq; ad omnem impietatem paratiſſimi ſint, tamen naturâ, quam à Deo prius acceperũt, ſunt cognitione rerũ pręſtãtes: eáq; ratione Dæmones dicti, Quod pleráq; ſciant, vt ait Macrob.[a] cùm viuacitate ingenij, vt ait Diuus Auguſtinus[b], cognoſcant ſeminales rerum virtutes nobis occultas, ꝓpter ſubtilitatẽ naturæ: experientiã temporũ, ex Diuturnitate: & ex reuelatione bonorũ, & Dei permiſſione, plura ſciant & operentur, hi cacodæmones, quibus ſuæ diuinitatis argumenta, miſeris ſuaſerunt. Quæ tamen fraudes à bonis Dæmonibus alienæ, qui, & cultum ingenuè qui ad Deũ ſolum pertinet, repudiarũt vt indigni, in Apocal.[c] Quãuis angelis bonis honor ſed debitus ſit impartitus, legitimè ab Abrahamo cũ tres vidit[d] vnum adorauit[d], & ab aliis, multis in

a *lib. 1. Saturnal. c. 24.*
b *in Enchiridion.*
c *c. 19. & c. final.*
d *geneſ. c. 18.*

locis. Quod quidem illis gratum, non 8
quòd Dei honos illis tribueretur, ſed quia legatione Dei fungerentur: Et ideo maiori honore digni, non tamen latriæ: ſed generis alterius. Debetur enim angelis bonis, honos & obſequium: éſtque huius rei ſingulare & præclarum teſtimo-
a κ29. nium in acti. apoſt.[b] τότε σταθεὶς ὁ παῦλος ἐν μέσῳ αὐτῶν εἶπεν, ἔδει μὲν ὦ ἄνδρες πειθαρχήσαντάς μοι, μὴ ἀνάγεσθαι ἀπὸ τῆς κρήτης, κερδῆσαί τε τὴν ὕβριν ταύτην καὶ τὴν ζημίαν. καὶ τὰ νῦν παραινῶ ὑμᾶς εὐθυμεῖν. ἀποβολὴ γὰρ ψυχῆς οὐδεμία ἔσται ἐξ ὑμῶν, πλὴν τοῦ πλοίου. παρέστη γάρ μοι τῇ νυκτὶ ταύτῃ ἄγγελος τοῦ θεοῦ, οὗ εἰμί, ᾧ καὶ λατρεύω, λέγων. μὴ φοβοῦ παῦλε καίσαρί σε δεῖ παραστῆναι. Tunc, ſtans Paulus in medio illorum, dixit: Oportebat autem, ô viri, audito me, non tollere à Creta, lucríque facere hanc iniuriam, & hanc iacturam: Et nunc, admoneo vos bono eſſe animo, Amiſſio enim animæ vllius non erit ex vobis, præterquam nauis: aſtitit
enim hac nocte Angelus Dei cuius 9
ſum, cuique deſeruio, dicens: Noli timere Paule, oportet enim, te antè Cæſarem conſtitui. In quibus omnibus, mos eccleſiæ catholicæ, qui ſemper & vbique cuſtoditus eſt, ſeruandus. Hæc enim vt mater prudentiſ-

ſima,

ima, & ſpiritu ſancto ſemper guber-
ata, quid & quantum, Diuis Ange-
s deferendum eſſet, nos docuit: Quæ-
ue nulla idololatriæ macula, polluta
uit. Quemadmodum per Ieſaiam præ- a c. 2.
ictum fuit[a]. Eleuabitur, inquit, do-
ninus ſolus in die illa, & penitus ido-
a conterentur. Aduentu quippe Meſ-
æ domini noſtri IESV CHRISTI,
mnia idola corruerunt deuicto mortis
Satanæ imperio. Quódque ethnicus
lutarchus annotauit[b]. Inſtruxit autem b in lib. de
eus homo factus, & per ſpiritum ſan- ceſſat. ora-
tum, ſuorum fidelium mentes, ab culor.
is declinare. Et ita etiam præcanta-
erat Sibylla[c]. quæ loquens de Chriſtia- c lib. Sybil-
is ait: Καὶ τότ' ἔθνος μεγάλοιο θεοῦ κρατερὸν ἔσται lino. oracu-
πάντεσσι βροτοῖσι βίου καθοδηγοὶ ἔσονται, lo. 3. ver.
134.

id eſt,

um demum ſurget magni præclara
Dei gens,
ua duce mortales omnes benè viuere
diſcent.

ationémque addit paulò ante finem.

ύνοις γὰρ σοφὴν δῶκε θεὸς μέγας ἔμφρονα βουλὴν
ὶ πίστιν καὶ ἄριστον ἐνὶ στήθεσσι νόημα
τινες ἐκ ἀπάτῃσι κεναῖς, οὐδ' ἔργ' ἀνθρώπων.

lis enim ipſis, dedit Deus magnus, pru-
dens conſilium:

Et fidem, & bonã in pectoribus mentem,
Nec vanis erroribus, vana monimenta
hominum colunt.

Sed de religionis debito hæc dicta ſuffi-ciãt. Quæ quidẽ potuiſſem præterire ta-citus, ſi Chriſtianus non fuiſſem, & ſi le-ges Chriſtianorũ non tractarẽ, imo ſi de legibus paganorũ hac in parte non agerẽ. Quamobrem & neceſſariũ fuit, iſta pau-ca delibare, cùm & ad iudicem nõ dicam Chriſtianum ad politiam properantem, ſed etiam ad benè, ſecundum Romanorũ leges, inſtitutum, pertineat hæc contem-plari. Quippe quòd hinc pendet animad-uerſio in paganos, hæreticos, magos, Iu-dæos. Et huc pertinent plures rubricæ annotandæ. Vtor autem & nomine Ru- 11 bricæ, pro deſcriptione epigraphes vel tituli. Semper antiquis, in quibus mihi o-ptimè dixiſſe videntur, ſubſcribẽs. Nota-bant quippe antiqui inſcriptiones titulo-rum, vel capita legum ſcribebant, minio vel alio colore rubro, diſtinctionis faci-lioris cauſa, qua memoria cõmodè iuua-tur, & inueniendi quæ annotauimus præ-betur facilitas. indicat id Ouid. [a] Nec titu-lus minio, nec cedro charta notetur. Et expreſſè id in legibus notandis, eſſe ob-ſeruatum docet Iuuenal. [b] Perlege rubras, Maiorum

a *de triſtit.* b *Satyr.* 14

laiorum leges. Et Perſius[a] meminit de
omine rubricæ: Excepto ſiquid Maſuri
ubrica vetauit. Cæterum Rubricæ hîc
dducendæ ſunt in primo libro, Codic.
e ſumma Trinitate. & fide catholi.b De
croſanct. eccle ſ.tit.5.de Epiſco.& cleri.
t.6.de Epiſco.audiẽt[c]. De Hæretic.[d] Ne
ictũ baptiſma reiteretur[e].De apoſtatis[f].
Jemini licere ſignũ Saluator. CHRISTI,
umi vel in ſilice, aut in marmore inſcul
ere, aut pingere[g].De Iudæis & cœlicol.[h]
Je Chriſtianũ mãcipiũ hæreticus, vel pa
anus, Iudęúſue poſſideat, vel circũcidat[i].
De Paganis, & ſacrificiis & templis eo-
um[k].De iis qui ad eccleſias confugiunt[l].
le iis qui in eccleſiis manumittuntur[m].
Et in lib.9. C.de raptu virginum, & ſan-
ctimonial.n Et de maleficis & mathema-
ic.o & de crimine ſacrilegijp.Et lex, Vl-
piani, de voto & decima Deo, pollicitiſ-
ue præſtandisq. Item lex Pauli de immu-
nitate off.neceſſitatis iuriſdicendi, ſacer-
dotibus conceſſa, ob maieſtatem Deir,
& aliæ leges Pandectarum. Et in No-
uellis vel authenticis, in collatione
prima ſ. Vt determinatus ſit numer.
clericorum, & de Monachist, & Quo-
modo oporteat Epiſcopos, & reliquos
clericosu, & in collatione ſecunda de

a *Satyr.3.*
b *tit.4*
c *tit.7*
d *tit.8*
e *tit.9*
f *tit.10*
g *tit.11*
h *tit.12*
i *tit.13*
k *tit.14*
l *tit.15*
m *tit.16*
n *tit.13*
o *tit.18*
p *tit.29*
q *in l.1.& 3.de pollici: li.50.P. tit.12.*
r *in l.nõn diſtinguemus l.37. §. ſacerdotio.de recep.arbit. lib.4.P. tit.8*
ſ *tit.3*
t *tit.5*
u *tit.6.e. inſ.coll.*

non alienandis aut permutãd.reb.eccle.[a] Vt eccleſ. Roman.centum annorum habeat præſcript.[b] Et in collat.5.de Eccleſiaſticar.rer. Aliena[c], & vt de cætero commutationes rerum eccleſiaſticar.&c.[d] vt ea quæ vocantur inſinuatiua ſemper clericis in maiore quidem eccleſia, dentur[e]. Vt clerici qui recedunt, aliis pro eis ſubrogatis, præbeant alimenta[f], vt in priuatis Domibus, ſacra myſteria non fiant[g], vt nullus ædificet oratorii domos, præter voluntatem epiſcopi[h], in collatione 6.vt non luxurientur contra naturam, neque iurent per capillos, aut aliquid huiuſmodi, neque blaſphemetur in Deum[i]. Et apud quos oportet cauſas dicere monachos, & aſcetrias[k], item conſtitutio quæ de dignitatibus & Epiſcopatu &c.[l] vt clerici apud proprios epiſcopos, primum conueniantur[m]. Et in collatione 8.de priuilegiis dotis, hæreticis mulieribus non præſtandis[n]. Et in collatione 9.de eccleſiaſticis titu.o de interdictis collegiis hæreticorum[p]. De Sanctiſſimis Epiſcopisq. In iure etiam canonico plures, & ferè omnes ad religionem rerum, & ad perſonarum religioni deſeruientium vtilitatem, referuntur tituli, ideo particulatim non enumerandi.

a *tit.*1
b *tit.*4
c *tit.*1
d *tit.*8
e *tit.*9
f *tit.*10
g *tit.*12
h *tit.*17
i *tit.*5
k *tit.*7
l *tit.*9
m *tit.*11
n *tit.*5
o *tit.*6
p *tit.*12.
q *tit.*15

CAP.

## Cap. XXIIII.

*De poteſtate & honore antiſtitum ſacrorum.*

Ed quia in ſuperioribus diximus ratione cultus diuini, religioni plura tri enda eſſe & Deo: illud non eſt ignoran n ſecundum Platonem [a]. cauendum e, non ſolum, ne quid in Deum aut ver , aut opere aliquando peccemus, ſed m ne quid aduerſus diuinos homines. o circa ratione religionis, quod for mirum videbitur, principibus à ſub s debitum prçſtari debet obſequium. at enim lex diuina apud Paulum [b], om anima poteſtatibus ſuperioribus, ſub ſit: non enim eſt poteſtas niſi à Deo. d & libro ſapientiæ [c], & in prima E ola D. Petri [d], ſcribitur, ſubditi eſtote, ni humanæ creaturæ propter Deum: regi, tanquam præcellenti: ſiue duci , tanquam ab eo miſsis, ad vindictam lefactorum, laudem verò bonorum [e]. apiterna námque & vniuerſali natu lege receptum eſt, inferiores parere erioribus. vt ait Dionyſius Halicar æus [f] in antiquitat. Romanor. Sunt em principes in duplici conſideratio vel eccleſiaſtici vel ſeculares. De eccle

a in Minoe.

b ad Roman. c. 13.

c cap. 6.

d cap. 2.

e 11. quaſt. 3, cano. magnum.

f lib. 1.

ſiaſticis primum, de alijs poſtea. Nam Antiquitus his qui ſacra adminiſtrabant, fuit ſummus delatus etiam apud ethnicos, honos. ſic Tiberij Gracchi Pontificis authoritate, C. Figulus è Gallia, Scipio Naſica è Corſica, Romam reducti, conſulatu ſe abdicarunt: Et multi alij, horum iuſſu etiam imperio ceſſerunt, vt narrat Valé- 3
rius Maximus[a]. vt etiam olim in Meroïtarum Regno, ad nutum Sacerdotum occidebatur Rex, teſte Strabone[b], Romæ etiam, pontifices maximi conſuetudine quadam, ad dignitatem non promouebantur, quin ſella vſi fuiſſent curuli: id eſt quin maiorem in republica non adminiſtraſſent dignitatem, vt ait Titius Liuius[c]. Et narrat Florus[d]. M. Æmilio Lepido, Pontifice Maximo, Magiſtratuum ſacrorum ius, potentius fuiſſe. Extátque ſenatuſconſultum latum, eius temporis quo libertas à Decemuiris erepta, populo reſtituta eſt Romano: per quod abdicatis his Decemuiris magiſtratu, Q. Furio pontifice maximo conceſſum fuit, Tribunos plebis creare: factúmque ita, comitiáque is coegit, teſte Liuio[e], Maxima enim ducebatur, etiam ſola ſacerdotij dignitas, vt Baſſianus dictus Heliogabalus imperator, pro eximio 4
titulo

a *lib.* 1. *c.* 1.

b *lib.* 17. *de geogra.*

c *de bello punico ſecund. lib.* 5. *decade.* 3.

d *in epitom lib.* 47.

e *decadis,* 3. *lib.* 1 *ab vrbe condita.*

llo fuiſſe ſe ſacerdotem ſolis, habue- vt ait Herodianus [a], de ſuis tempo- us. Poteſtatem autem hanc introdu- ſe ferunt, Numam ſecundum Roma- rum regem: is enim teſte eodem Li- [b]. Pontificem Marcium, Marci filium- patribus legit: eíque ſacra omnia ſcri- exſignatáque, attribuit: Quibus ho- s, quibus diebus, ad quæ templa ſacra rent, atque vnde in eos ſumptus, pe- nia erogaretur; cæteráque omnia pu- ca priuatáque ſacra, pontificis iuſſis iecit: vtque eſſet, quo cóſultum plebs niret, ne quid diuini iuris, negligen- patrios ritus, peregrinóſque aſciſcen- ,turbaretur. Cicero etiam [c]. ea omnia oprie ad pontifices pertinere docet, ſtributámque illorum cognitionem, in s religionis & ius reipublicæ. Et in ora one de Aruſpicum reſponſis, ait ponti- cum authoritati, fidei, prudentiæ, Ma- res ſacra religionéſque & priuatas & blicas, commiſiſſe. Hos quoque ait [d] pe- tos eſſe debere in iure ciuili, nó in om ,ſed ea in parte quæ ad religioné perti- t, vt in feriarum, votorum, ſepulchro- m, aliiſque terminandis quæſtionibus. quia magna illorum erat authori- s, plura etiam requirebantur, antequam

a *lib. 5.*

b *in primo ab vrbe condita.*

c *in oratione pro domo ſua ad pontifices.*

d 2, *de legibus.*

dignitati huic quis præficeretur. erátque de illis lex lata ſanctiſſimè, quæ extat apud Dionyſium Halicarnaſſeum[a]. Vena- 5
lia primum, non eſſe Sacerdotia: non ſorti ſubdita: ſed vt à ſingulis curiis legerentur boni, annũ egreſſi quinquageſimum, qui virtute & genere, præcellerent cæteros, censúmque ſufficientem haberent, & corpore eſſent integro, híſque non ad certum tempus, ſed in omnem vitam, is honor daretur: muneribus propter ætatem, & à militia propter priuilegium, exemptis, & ab vrbanis negotiis. Et Pli-
nius etiam[b], monet Aruorum ſacerdotes, 6
Romulum inſtituiſſe, ſéque duodecimũ fratrem appellaſſe, & ſpiceam coronam, quæ vitta alba colligaretur, in ſacerdotio ei pro religioſiſſimo inſigni datam: honorémque eum, non niſi vita finiri, & exules & captos comitari. ſed & par honós, ferè apud omnes nationes ſacerdotibus, ratione religionis delatus fuit. Quin & Homerus[c], finxit propter inhonoratos ſacerdotes, Deos ſuos, iratos extitiſſe in Troianos. Sic enim de Chryſe ſacerdo-
te loquitur λητοῦς καὶ διὸς υἱός. ὁ γὰρ βασιλῆϊ χο- 7
λωθεὶς νοῦσον, ἀνὰ στρατὸν, ὦρσε κακὴν ὀλέκοντο δὲ λαοὶ οὕνεκα τὸν χρύσην ἠτίμησ' ἀρητῆρα ἀτρείδης, id eſt, Latonæ & Iouis filius: hic enim regi,

a lib. 2. antiquit. Romanar.

b lib. 18. c. 2.

c in princ. 1. Iliados, verſ. 9.

ſcilicet agamemnoni, iratus morbum
r exercitum ſuſcitauit malum. peribāt
em populi, quoniam Chryſem inho-
rauit ſacerdotem, Atrides. Legimus
am in Talmud, & apud Rabi Moſcem
gyptium, in ſui Deuteronomij princi-
, Alexandrum Magnum, quamuis in
tem Iudaicam indignatum, Simonem,
ntificem maximum Iudæorum, qui &
dus dictus eſt, honoraſſe. Et vt nomen
i magni adoraret, quod in lamina au-
, Cydari, pontifex deferebat, equo de-
iſſe. Commemorat etiam hoc Galati-
[a]. Quibus duobus exemplis, certè a lib. 1. in
ecundari deberent hi. qui in Dei veri Iudæos. c. 3.
erdotes, calcaria erigunt, eóſque male-
is querelis, inceſſunt, cum tamē Chri-
ni nomine ſe exornent. Si enim ido-
tris, falſa religione deceptis, id inex-
bile viſum eſt, quanto magis videtur,
ois vindicandum id, quod in Dei veri
niſtros, effutitur temerè. præſertim
n ſcriptum ſit, in Deuteronom.[b]. Qui b c. 17.
erbierit nolens obedire ſacerdoti, qui c in c. per
tempore miniſtrat domino Deo tuo, venerabilē,
decreto iudicis morietur homo ille. c. 17. § pe-
am mortem, in noua lege excommu- nul. Qui
tionem interpretatur Innocentius filij ſint le-
ius[c]. Docuit & CHRISTVS dum gitili. 4. de
cretal. t. 17.

ait, Super cathedram Moſis, ſederunt 10
ſcribæ & phariſæi, quę dixerint vobis, fa-
a Matth.c. 23. cite[a], vbi Moſis cathedra vocata eſt, au-
thoritas pōtificalis, cuī reſiſtentes variè à
Deo puniuntur. Quemadmodū illa mur-
muratio Choræ, Datani, & Abironis, cō-
tra Moſem vindicata acerrimè legitur,
b c.16. libro Numerorum[b]. Docuit etiam Pau-
c actu.c.23 lus & verbo & facto[c]. Dum enim dixiſ-
ſet ſedēti pro tribunali, percutiet te Deus
paries dealbate, admonitúſque fuiſſet, eū
eſſe principē ſacerdotū: hæc verba protu-
lit. οὐκ εἴδειν ἀδελφοὶ ὅτι ἐστὶν ἀρχιερεύς, γέγραπται
γὰρ ἄρχοντα τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς. id eſt, Ne-
ſciebam fratres, quod eſſet princeps ſa-
d Exod.c. 22. cerdotum: ſcriptum enim eſt[d]. Princi-
pem populi tui non maledices. Et in ca-
e cano.54. nonicis ſanctionibus Apoſtol.[e], ita ſcri- 11
ptum eſt. εἴ τις κληρικὸς ὑβρίσει τὸν ἐπίσκοπον,
καθαιρείσθω. Si quis clericus iniuria affe-
cerit Epiſcopum, deponatur: Et beatus
Polycarpus Smyrnæorum Epiſcop. Et Io-
hannis euangeliſtæ diſcipulus, ad Philip-
penſes ſcribens ait. Subiecti eſtote preſ-
byteris & diaconis, ſicut Deo & CHRI-
STO. Quod & locum habere nemo
dubitabit, in pontifice Romano. in quo 12
eſt caput terreſtris catholicæ eccleſiæ, cū
fides Romana, annuntietur in vniuerſo
mun-

ndo: teſte Paulo apoſtolo[a], Et cum ne- Tarium fuerit, alicubi eſſe primatum a *ad Rom.* terris, cùm inter homines à Deo reli- *c.1.* um fuerit ſacrificium & altare. vt ait uus idem Paulus[b]. Habemus altare, &c. b *ad Heb.* lendúſque Bonif.[c]. Prædictum enim *c.vlti.* it per Malachiã[d]. Ab ortu ſolis vſque c *textus in* occaſum, futurum magnũ nomen Dei *cano. non* gentibus, ex quorum genere nos ſu- *quales* us: & in omni loco ſacrificandum fore, *cauſ.1.* offerendam oblationẽ mundam, quæ *quæſt.1.* blatio de euchariſtia, veróque corpore d *c.1.* nguinéque IESV CHRISTI intelligi- r, quæ offeruntur quotidiè à ſacerdoti- is ſub ſpecie panis & vini, quæque ſola blatio munda eſt. Et quæ à Daniele vo- tur[e], iuge ſacrificium. Quo fit, vt adhuc e *c.8.* ter Chriſtianos, ſacerdotes & pontifi- es eſſe debere, manifeſtum ſit, eo quod ſit oblatio. omnis enim pontifex ex ominibus aſſumitur, & pro hominibus onſtituitur, in his quę ſunt ad Deum, t offerat Dona & Sacrificia[f]. ſed & nunc f *ad* naiori honore pontifices & ſacerdotes *5.* igni, quòd maiora Myſteria ſacrificiúm ue præſtantius, tractent. Quod & præ- untiatum per Ieſaiam[g], vos Sacerdotes g *c.61.* omini vocabimini, Miniſtri Dei noſtri, Dicetur vobis, fortitudinem gentium

comedetis, & in gloria eorũ ſuperbîetis. Quæ omnia in his perſonis conſiderabit iudex, potiſſimum in cenſenda, tutandáque ab iniuriis earum dignitate, & pleráque alia Theologorum ſcholæ à nobis conſulto derelicta.

## Cap. XXV.

*Quod decimæ debeantur Eccleſiæ antiſtitibus, & quæ antiſtites debeant populo.*

Debentur etiam antiſtitibus ſacrorũ decimę & primitiæ ex præcepto. Exodi.22.Leuitici,c.27.Numeri,18.Deuteronomij 26.Matth.23.Lucæ,18. D.Paul. ad Hebræos.c.7. Totis titulis de decimis in decretal.lib.3.titul.30.Et in ſexto, & in Clementinis, & pluribus conſtitutionibus regiis, & Areſtis ſupremarum curîarum Galliæ. Et Arabes decimas Thuris, Deo quem vocabant Sabin. pendebant[a]. & Æthiopes decimas vel partem Cinamomi Aſſabino cuidam falſo Deo ſacrabant vt Plinius author [b]. Atque fertur Hercules, aræ ab Euandro erectæ, decimas ſoluiſſe, vt ſcribit Pomponius Lętus, lib. de ſacerdotiis Romanor.c.De Potitiis & Pinariis.additque, dici ſolitum, eum, qui velit diues fieri, Decimas Herculi ſoluendo, id aſ-

a Plini.li. 12.c.14.

b Plini.c. 19.

aſſequi. Quódque ſcribit, M. Terentius
rro, in ea Satyra quæ inſcribitur, *περὶ*
*ων*. Refert etiam Macrobius [a] Et O-
ius, morem antiquum primitiarum
eſcribit. [b]

ra tamen veteres iaciebant, farra me-
tebant,
mitias Cereri farra reſecta dabant.

nfirmat hoc Porphyrius. [c] Et mani-
pulos & primitias oblata numini
teſtatur frugum.

uũt etiam & impij Agareni ſiue Tur-
Decimas, vt habetur in libris eius ſu-
ſtitionis in zuna, quem propriè dixe-
directorium. Et in Alcorano, quem
prio nomine dixeris collectionem,
itulo ſiue Azoara. 2. Quinimo ex illis
ris perſuaſum eſt, illius impietatis po-
o, ob decimas non ſolùtas, defunctos
angelis quibuſdam nigris. ictibus cõ-
uis afflictos, ſub terram abſorberi: vt
us vanitatis meminit Bellonus, noſtri
uli diligens vir, lib. 3. obſeruationum
um memorabilium. [d] Iudæis autem,
uit maximè curæ, vt decimæ ſoluerẽ-
: putabant enim, quod & verum eſt, ob
entas decimas, famem & ſterilitatem
eo immitti, quòd Deus ſuo fraudare-
; vt in Leuitic. [e] Et Deuterono. [f] Legi-

a *lib. 3. ſaturna c. 12.*
b *faſtor. 2. verſ. 728.*
c *li. 2. de abſtinentia animaliũ.*
d *c. 5.*
e *c. 26.*
f *c. 28.*

timè ideo dictum eſt, in libro qui apud Hebræos nominatur Pirke abot, capitula patrum [a] ex ſententia Rabini Akiba. מסורת ג׳ id eſt, Maſſoret (ſiue annotationes doctorum) סיג לתורה מעשרות סיג לעשר נדרים סיג לפרישות סיג לחכמה שתיקה eſt ſepes, vel cuſtodia legis: Decimę cuſtodia vel ſepes, diuitiarũ: votorũ ſepes autem ſcientię, ſilentium. Pœnas autem infligi, his nõ ſolutis. Eodẽ libro docetur in פרק חמישי. Perek hamiſci [b] vbi hęc verba שבעה מיני פורעניות באין לעולם על שבעה גופי עברות מקצתן מעשרין ומקצתן אינן מעשרין רעב של בצרת בא Septem genera pœnarum accidunt mundo, propter ſeptem potiſsimas præuaricationes. Cum ſcilicet aliqui decimas pendunt, alij non pendunt: nam tùm ingruit fames, quæ venit ob prohibitam pluuiam, &c. Additque, famem aliam, omnia conſumentem, ob non præſtitam Deo, de bonis noſtris particulam, quam illi vocant chala: quæ erat placenta ſeu Maſ- 6
ſa, quæ iugiter Deo à mulieribus pinſentibus panem, offerri debebat & ſacerdoti: vt inexpiabile duceretur, de ea poſtea quicquam in vſus conuertere proprios. Ideo hodiè illam mulieres

a c. 3.
b id eſt c. 5.

es Iudæorum, cum templum defece-
t, comburunt: de ea enim offerenda,
ra iuſſum eſt in Talmud, in parte pri-
na, quam vocant, ſeder zerain, id eſt,
rdo ſeminum, & in tractatu ſiue libro
. quem vocant מסכת חלא maſ- a vbi ſunt.
chet chala: id eſt tractatum placentę.[a] 4. cap.
t id iuſſu Dei, & propter benedictio-
em ſe facere, mulieres profitētur. Sicq;
ollyridam illam corradendo dicūt, ברוך
אתה ה׳ אלהינו מלך העלם אשר קדש
במצותיו וציונו להפריש חלה מן העיסה
enedictus ſit dominus Deus noſter, rex
undi, qui ſanctificauit nos, & præcepit
obis, ſeparare placentam de paſta. Plura
iam de primitiis, & decimis præſtandis
dere quis poteſt, in dicta prima parte
almud, per octo primos Tractatus, & in
bro qui vocatur Mitzuot, id eſt, pręcep-
rum, in parte מצות עשה mitzot haſe,
eſt præceptorum affirmatiuorum. prę-
pto, 141. cum ſequentibus.
æterum quemadmodum honor, pri-
itię, & decimæ debentur Pontificibus
Sacerdotibus, ita ij debēt viciſsim po-
lo doctrinam viuendi & exemplū: vt à-
d Hieremiam.[b] Non peribit lex à ſa- b c. 18.
rdote, populum meū docebunt, quid ſit
ter ſanctum & pollutum, & inter mū-

dum & immundum. Statutum & in [a] cõſilio Toletano. Ideo & admonet Timotheũ Paulus [b] attende lectioni & doctrinæ, & ſemper permane in his. Et Malachias.[c] Labia ſacerdotis, cuſtodiunt ſciẽtiam. Item expreſſum & in conſilio Lateranenſi.[d] Atque ſacerdotes paganorum & pontifices, docti & periti eſſe debebãt, potiſsimum in his quę ad religionem eorum pertinebant, de quibus iudicabant vt diximus, ideo & leges callere debebant, vt notat Cicero, [e] & Liuius [f] Et ſacerdotes Heliopolitani, Philoſophiæ, & Aſtrologiæ erant peritiſsimi: Teſte Strabone, 8 lib. 17. Geographiæ. Et apud Ægyptios, ſacerdotes tantum ex Philoſophis eligebantur. Romę etiam pontifices, ſacri doctores dicebantur, vt ſcribit Dionyſius Halicarnaſſæus.[g] Deinde quòd in pontificibus ſiue Epiſcopis, ſcientia exigatur, latius docet Diuus Paulus, [h] vbi reliquas Epiſcopi adiicit conditiones & requiſita. Oportet inquit, Epiſcopum, eſſe irreprehenſibilem, non lucri cupidum, ſobrium, ornatum, pudicum, hoſpitalem, doctorem: & cætera quę ſequũtur. Docetur, & in canon. Qui Epiſcopus 23. diſtin. ita & à Iuſtiniano, in §. neque idiota, cũ ſequentibus. Quomodo opor-

a c. 44.
b cano. ignorãt. 38. diſtinct.
c 1. ad Timot. 4. c.
d 2. c.
e c cum in cũctis c 7. conſilio Lateranen. de electione di. 1. decretal. tit. 6.
f de legib. & ad Atticum. li. 4. epiſt.
g li. 2. antiquit.
h 1. ad Timot. c. 3.

oporteat epiſcopos, &c.[a] ſed de principibus ſacris, ſatis. a in authẽti. collat. 3. tit. 6.

## Cap. XXVI.

*Quid debeatur Principibus à ſubditis.*

TRanſeamus nunc, ad principes ſeculares, quibus Sacerdotes & qui ſacris præſunt, dummodo propriis non ſint curis animarum diſtricti, aſsidere ſolent: ad exemplum Regum Ægyptiorũ, quorum cultui & obſequio, nullus deputatus erat, neque emptitius neque domigenitus ſeruus, ſed nobilium Sacerdotũ filij, tùm vltra viginti annos nati, tùm doctrina præ cæteris eruditi: vt horum miniſtrorum corporis, die noctúque aſtantium conſpectu, Rex nihil turpe cõmitteret. Rarò enim potientes rerũ, mali euadunt, vbi deſunt ſuarum cupiditatũ miniſtri, vt hæc ita probè recenſet Diodorus Siculus.[b] Subditi itaq; ergà principes, habere ſe debent vt membra ergà caput: exiſtimantes horum dignitatem, non priuatam, ſed omnium ſummam. Aliter namque ſuboriretur rerum omnium perturbatio in Reipublica, ipſáque collaberetur. ταύτης δὲ τῆς ἀνωμαλίας, καὶ τῆς

b lib. 2. bibliot. c. 3.

ταραχῆς αἴτιον ἐστὶ, ὅτι τὴν βασιλείαν ὥσπερ ἱερω-
σύνην παντὸς ἀνδρὸς εἶναι νομίζουσιν, ὃ τῶν ἀνθρωπί-
νων πραγμάτων μέγιστόν ἐστι καὶ πλείονος προνοίας
δεόμενον. cùm, vt ait Iſocrates,[a] inęqualita-
tis & tumultus cauſa ſit, quod Regnum,
vt cuiuſque hominis, exiſtiment, quod
rerum humanarum maius eſt, & maio-
ris prudentiæ deſiderium. Atque re-
rum ordo non patitur, eundem eſſe
principem & aſſeclam: ſiue Dynaſtiam,
ſiue magiſtratus, vel œconomiam con-
templeris: Alioquin idem euenire ne- 3
ceſſe eſt, quod cuidam ſerpenti quon-
dam eueniſſe narratur: cuius aliquan-
do caudam, ferunt aduerſus caput ſedi-
tione facta, petiiſſe, vt ſibi vicißim
quoque, quandoque ducem reliqui cor-
poris, eſſe liceret: nec ſemper caput du-
cem ſequi cogeretur: accepta autem po-
teſtate, fiebat, vt ipſa ſine intuitu ſeſe
mouens, grauiter offenderet, & caput in-
ſuper, quòd ducem ſurdum, cęcumque
præter naturam ſequeretur, in eandem
perniciem ſecum traheret, cuius apologi
meminit Plutarchus,[b] Vt enim vnus
in naui clauum tenet, neque qui in ſcam- 4
nis & tranſtris ſunt, quique linteamini-
bus, & in exhaurienda ſentina deputati
ſunt, citra nauis periculum officium
com

a *orat. de regno.*

b *in vit. Agid.*

ommiſſum & edictum, permutare non
ualent: ſic in republica populus, quique
per officia ſeparatim reipublicæ diſtin-
cta, Rempublicam ſuſtinent, citrà ma-
ximum ſtatus omnis periculum, nequeũt
n principis locum, ſedem ponere, nec
noua eſt hæc parœmia, cum Euripides,[a]
& Horatius,[b] & Cicero[c] eadem ſimili-
tudine vſi ſint: vt etiam dominus noſter
IESVS CHRISTVS eandem in-
ſinuat de ſtatu Eccleſiæ, per nauim quę
variis agebatur ventis & fluctibus: in
quam ideo tot Hæreſes inſurgunt, quòd
inordinatè alter alterius officium, paſ-
ſim vſurpet, cùm tamen gnarus illius
non ſit, idque experientia docetur. Te-
ſtis noſtro ſeculo Germania, ob illuuiem
Anabaptiſtarum, & Monaſterienſium,
& aliorum Hęreticorum, qui cælum ter-
ræ miſcuerunt, & ordines rerum pu-
blicarum ſucciderunt. Et pluribus in lo-
cis teſtis Gallia vtraque, cum ingenti re-
rum innouatarum clade. Et certè, vbi
rerum, hominum & dignitatum, non
ſeruatur ordo, omnia cõfundũtur. Ideóq;
nihil inordinatum eſſe debere in politia,
voluit Iuſtinianus.[d] Et ſynodus Terra-
conenſis.[e] Nam diſpenſationis proui-
ſio gradus diuerſos & ordines conſtituit,

a *in Phœniſſis.*
b *li.1.carminum ode.14.*
c *14. ad Herenniũ & epi. familia. li.1. ad Lentul.*
d *in §. ſi quis autẽ non implẽs verſiculo inordin. de hæredi. & fal'ci in authent. collat.1.nit.1.*
e *cano de cernimus cauſ.10. quæſt.1.*

eſſe diſtinctos: vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, vera concordia fieret, & ex diuerſitate contextus: Nec enim vniuerſitas poterat
alia ratione conſiſtere. Et hęc ſunt ver- 6
ba Gregorij & Bonifacij.[a] Docetur autem, non potuiſſe vniuerſitatem ſine ordine conſiſtere: Quòd nihil ſit in rerum natura, in quo ordo locum non habeat, vt ait Ariſtot.[b] cuius verba: cuncta coordinata quodammodo ſunt, verum non ſimiliter, natantia & volatilia, & plantæ: nec ita ſe habent, vt ſit vllum alteri ad alterum, ſed ſunt ad quippiam: ad vnũ namque, coordinata ſunt omnia. Et ſequitur: & alia ita ſunt, quibus omnia communicant, ad vniuerſum complendum. Et rurſum idem alibi,[c] ordinem & numeros vocat, bonum: quod inſit in his quies, itẽ in Problematis[d] ait, ordinem ex natura eſſe: inordinationem autem, deprauationem naturæ. Galenus quoque[e] ordinatũ & artificioſum, quodque pulchrum ſit, ex ſupernis innaſci credit: & inordinatum & erraticum, ex materia, quæ hîc verſatur, prouenire. Admiratúrque cœleſtium cum inferis ordinem, à Dei prouidentia creatum tamen, vt tradit Dionyſius Areo-

a *canon. final. diſtin. 89. in 1. parte decreti.*
b *li. 8 phyſic. c. 1. & lib. 12. Metaphyſico. c. 12. in fine lib.*
c *in lib. 1. Ethic. ad Eudemiũ. ſub finem.*
d *Sectiõ. 19 quæ. 38.*
e *lib. 2. de dieb. decr. circ. principium.*

eopagita, & Theodoretus libro περὶ
ϖνόιας per decem ſermones. Vis autem
ordinem promam breuiter omnium
tutarum? Accipe hunc, primus Deus,
ſt Deum nouem ordines angelorum:
quibus inferior ſuperioribus obedit,
periores autem & hi, Deo. Ad orbem
ſtea transfer oculos, cœlum ſuperius
ntemplare, quod primum mobile di-
mus: cernis ad huius motum, inferiores
iã omnes agi & rotari. Hoc enim quod
cimum cœlum dicitur, ſpatio 24. ho-
um, ab ortu per Meridiem in occaſum
rum in Orientem recurrẽdo reuolui-
r, & impetu ſuo, omnes inferiores ſphę
s circumuoluit, etſi alium diuerſum ha-
ant & proprium motum vt docet Al-
raganus[a], omitto Ariſtotelẽ, Ptolomęũ
inium, Albategnium, Cleomenẽ, Pro-
um: ex nouis, Ioannem de ſacro Boſco,
rontiũ Fineũ, Fabrum Stapulenſem, Pe
um Apianum. Henricum Glareanũ, &
ios qui id aſſerunt, libriſq; demonſtra-
ones docẽt. Rurſum ſigna percurras li-
t, Planetas, & elementariam regionem
mpeſtates & anni partes, omnia ordine
eri dignoſces, & inferiora ſuperioribus
biici. Atque iterum hanc omnem mo-
m, vt vnicum quidpiam contemplare,

a *lib. de rudimẽ. aſtronomicis. c. 5*

videbis homini omnia obtemperare, vt maiori & nobiliori, & ſuperiori. Quippe qui conſtet, ex corpore & ſpiritu diuino: per quem & extrà mundum, animũ men témq; extollit: vt non mirũ optimè philoſophati videri debeat, ſi deuotionibus, verbis, paſſionibus, ſi vehementi animi in rebus impreſſione, additis diuinis quibuſdam, & puritate & potentia diuina, mutentur facies rerum, obediat cœlum, terra, & maria. In hoc enim, non ratione corporis, ſed diuina vi mentis nunc, ſe ſubiiciunt homini: idque tanto celerius, quanto mens purior, defæcata, & ſeparata à terrenis occupationibus & paſſionibus, animo libero reueretur ac metuit Deum, qui ſolus mirabilium operator eſt, & è cuius penu, animus facultatem & poteſtatem mirabilia agendi, mendicatur. Quamobrem nec ſimiliter homo, qui acumine ingenij pollere poteſt, ſuprà omnes res hoc in mundo creatas, nouum ducere debet, ſi eo ordine quo inferiora ſeruiunt maioribus, & quo ſibi omnia ſeruiunt, ipſum oporteat reuereri ſuperiores, vt & illos omnes Deum qui omnium primus eſt, & principium, & ſine principio, & ſine maiore. Idcirco α & ω dictus [a].

a apocaly. 22. Iohan. 8. pſa. 109.

CAP.

## CAP. XXVII.
*Principes quid debeant.*

CÆTERVM quemadmodum à ſubditis principibus & ſuperioribus debetur honos & obſequium: ſic etiam à principibus & ab iis qui præſunt, debetur ſubditis tutela, & iuſtitia potiſſimum, & alia quædam, de quibus Diodorus Siculus [a], ita meminit, de regibus Ægyptiorum loquens. Mos erat ſacerdotum, inquit, principi iuxta aram hoſtiis deductis aſtante Rege, magna voce, audiente populo, valetudinem proſperam omniaqꝫ bona precari Regi, iuſtitiam in ſubditos colenti: Narrare inſuper particulatim Regis virtutes, in deos pietatem ac religionem, in homines humanitatem ſeruantis: Tum illum continentem dicere, iuſtum, magniq; animi, veracem, liberalem, omnéſque frænantē cupiditates: pœnas etiam mitiores, quam poſtularent, errantis crimina, exigentem: reddentem verò gratiam, meritis, ampliorem, hæc ille, in quibus verè conſiſtit encomiū boni regis, quod in tutela ſubditorū: & iuſtitia cōcluditur. Propterea Imperatoribus & principibus neceſſaria hæc duo, peritia armorum & cognitio legum, vt

[a] *in lib. 2. rerū antiquarū c. 3.*

vtroque tempore & bellorum & pacis, ſagaciter & iuſtè, omni imminēti periculo proſpicere & obuiam ire queant, vt tradit Iuſtinian. [a] Nam ſine iuſtitia & virtute bellica, ciuitas ſtare non poteſt, vt ait Ariſt. [b] Per arma quippe ab hoſte tutæ Reſpub. Et illis pellitur hoſtis, (cum & arma ab arcēdo dicta eſſe, placuerit Varroni) atque cum hoſte potius ferro quàm legibus, decertandū eſt. Nam ſimulatque ſuſpicio tumultus increbuit, illico artes noſtræ conticeſcunt: omnia deniq; quæ ſunt in imperio, in ſtatu ciuitatis, ab armis defendi & firmari exiſtimantur, & ab iis qui militari virtute antecellunt, vt notat Cicer. [c] Legibus aūt, tempore pacis, princeps non minus dexterè quàm armis inter bellorum calamitates vtetur. Et idcirco is in ſcrinio pectoris, omnia iura habere creditur, ab Honor. & Theodoſ. Cæſarib. [d] Neq; etiam in principe arduū multū, vtrūq; callere, cùm in vtroq; ſit mutua quædam ſimilitudo. Nam nos qui in iudiciis cauſas tutandas ſuſcipimus
non minus iis militamus, qui thoracibus 4
& clypeis, ſanguine tincti puluereque vt Merion nigri, media in acie occumbunt:
vt placuit Leoni & Antonino Cęſaribus[e], 5
atque armari leges dicuntur à Conſtantino,

a §. 1. *in proœmio Inſtitut. iuris ciuilis*
b *lib. 3. politi. c. 8.*
c *in orati. pro Muræna.*
d *id l. omniū. l. 19. de teſtamē. li. 6. C. tit. 29.*
e *in l. aduocati. l. 14. de aduocatis diuerſor. iudicio. lib. 2. C. Tit. 7.*

no,[a] eò quod leges ab armato principe m ſumentes, poteſtatem necis & ani- aduertendi in facinoroſos, acceperint: ıódque Gladio vtantur, quo membrum corpore ſeiungitur, vel vita in alium ıtutũ cõmutatur: vel relegatione, vel a- ıæ & ignis interdictione, cui deporta- o ſucceſſit, vel exilio, & proſcriptione, ıem gladium Vlpian. vocat merũ im- erium[b]. Quo ſupplicia vitiis, præmia irtutibus, propoſita ſunt, vt ait Cic.[c] Cę- rum vt ſciamus principum neceſſitatē eorum officiũ, ſciendum ab initio le- e inter homines lata, ad illam Eunomiā olendam, iuſque cuique tribuendum, atim datos homines â Deo, qui vtrum- ue exequerentur. Neque defuerunt a- ud Hebræos iudices quidam inſtructo- ij, qui docebant homines quomodo cau ıs agere coram iudicibus, oporteret, di- ti Gorchei Hadaianim, vt ait Paulus Fa- ius[d]. Hinc etiam nata Politeía, quæ ni- il aliud eſt quàm ordo quidam habitan- ium ſimul, vt patet ex Politicis Ariſtot.[e] rincipem agendo vel ſubiiciendo: vel vt dem alibi ſcribit[f], principatus & cõſue- udo rerum, ſecundum quæ, vnumquēq; iuere & conuerſari oportet: principatus utem cùm vnus ſolus imperat, monar-

a *in l. cum vir. nubit in fœminā l. 31. li. 9. C. tit. 9.*

b *in l. Imperium l. 3. de iuriſdic. omniū iudicum. l. 2. P. titul. 1.*

c *2. de oratore.*

d *ſuper pĩr Ke auoth. c. 1.*

e *lib. 3.*

f *lib. 1. Rhe to. ad Theo dect. c. 8.*

chiam in republica conſtituit, ſi qui prę-
eſt bene regnum moderetur: nam ſi ma-
lè regat, Tyrannidem facit. Quodque in
pluribus adminiſtrantibus conſideratur,
qui quidem ſi boni ſunt Ariſtocratiam, ſi 8
mali Ochlocratiam faciunt: vt ſimiliter ſi
cuncti boni reipublicæ rectores: Demo-
cratiam conſtituunt. Pendet enim rerum
publicarum ſtatus, à probitate gubernan-
tium. Docetúrque vno exēplo, quod ſcri-
*a lib.1.* bit Herodot.[a] de Medis, qui ex Ariſto-
cratia, propter Iuſtitiā Deiocis filij Phra-
ortis, rempublicam in Monarchiam ere-
xerunt, regéque Deiocem crearunt. ſub
quo tamen degenerauit ob ſuperbiam
illius, regnum in Tyrannidem, Porrò
qualiſcunque ſit reipublicę facies, dubio
procul, quidam ordo dignitatis maioris
neceſſarius eſt. Et enim quamquam vt
*b Epi.5.per dica.* voluit Plato.[b] & Ariſtot.[c] alia ſit popu-
*c lib.3.Poli. c.11.* laris, alia paucorum, alia vnius guberna-
tio: nullus tamen in ciuitate legitimus
*d idem plato ſcribens Laodomāti Epiſtola.11.* ſtatus erit.[d] ſi exiſtimemus legum quā-
rumlibet poſitione, ciuitatē bene quan-
doq; conſtitui poſſe, niſi ſit aliquis cum
authoritate præſidens, quotidianæ omniū 9
vitæ moderator. Sunt enim magiſtratus
à quib⁹ antè exculta Eunomia, ad nosvſq.
qui ad ſeculi iā occaſum vergim⁹, puenit.

CAP.

## CAP. XXVIII.

*De Monarchiæ principiis, & ſucceſsione Magiſtratuum, Romanorum potiſsimum.*

ET ne hæc vt minus authentica reiĳciantur, in gratiam iuuenum, à ca-
pite repetam antiquiſſima quæque, per
quæ Eunomia & principatus ad nos de-
ſcenderũt, omiſſa Monarchia prima & im-
perio quod datum eſt primo omnium
parenti Adamo in vniuerſa animalia, vt
ſcribitur in mundi Geneſi.[a] vbi gloſa ve-
nerabilis Bedæ, ait, in teſtimoniũ primæ
creationis, memoriæ traditum ait, aues
plerũque viris ſanctis ſeruiſſe, feros ritus
animalia, & ſerpentes venenum depoſuiſ-
ſe, & homini obtemperaſſe de hoc enim
nulla eſt nobis controuerſia, ideo huius
tempora, & vſque ad Diluuium & ca-
taclyſmum vniuerſalem, prætereunda
cenſemus: cùm neque horum tempo-
rum ab aquis fragmenta nulla Euno-
miæ ſuperſint, neque compertum ha-
beamus qualis plena fuerit ſtatus ſuc-
ceſſio, nec reliquiæ literarũ fuerunt quod
ſciamus, promulgatæ aliæ quàm illæ quæ
tribuuntur Enocho, qui ante inundationẽ

[a] c. 1. & 7.

terrarum, anno trigeſimo quarto ſuprà
a c.5. mille fuit, vt patet ex geneſi [a], quem pro-
phetaſſe ferunt, tam de aquarum diluuio
b in cōmēt. ad 1. lib. Beroſi. quam de iudicio vltimæ conflagrationis
quædam, eáque inſcripſiſſe teſte Annio [b]
duabus columnis, altera ęrea, altera lateri-
tia: vt pariter de eius vaticinatione me- 2
c in epiſto. cano. minit. D. Iudas Tadæus, apoſtolus IESV
CHRISTI [c] Etſi idem multos vaticina-
tos, & futuram orbis perditionem inſcri-
pſiſſe & incidiſſe lapidibus, tùm tempo-
ris cum gigantes Tyrannicè dominabā-
tur circa Lybanum, in ciuitate Enos, ſcri-
d lib. de tēpore ante diluuium bat Beroſus in primo [d]. Et Ioſephus e-
tiam filiis Seth tribuat, ſicut & cæteras
artium inuentiones [e]. Verum nihil de il-
e lib.1. Anti. Iudaic. c.4. lorum inuentis, niſi per traditionē filio-
rum Noachi perueniſſe ad nos, certò af-
firmare poſſumus. Neq; Moſes ſacer hi-
ſtoriographus, regnorum quæ ante dilu-
uiū fuerunt exarauit viuendi regulā Eu-
nomię, ſed contrà, breuiter inſinuauit, o-
mnia tūc, præter iuſti & iuris probas le-
ges, peruerſè adminiſtrata. Idcirco à
Nóacho incipiemus, qui a diluuio in 3
f in lib.3. Armenia Saga, primus regnauit, vt
refert idem Beroſus [f], ibi enim, ab
g in 2. aquis ſiccato orbe, octo animę, omne ho-
minū genus cōſedit, vt ipſemet teſtatur [g].

Ad Araxim primum in monte Gordieo: vbi gẽs poſtea Scythica, à Scytha rege, dicta. vt ſcribit Diodorus[a]. vnde opinio inter Hiſtoricos nata, Scythiam Araxeam, primam tuliſſe humanum genus, conſedente deinde arca, ad montes Armeniæ, Caſpios, vt ait Moſes[b]. Maſeas Phœnix. Damaſcenus[c], Archilochus[d], Iuſtinus[e], Ioſephus[f], Mar. Cato in fragmentis originum. & Diodor.[g] Tum autẽ à Noah, Scythia, Saga dicta. vt ait & PLINIVS[h], & Scythæ Sagi, Aramæis Sagni, Etruſcis, Sabinis, & latinis Sancti: eo quod Noah poſt egreſſum arcæ ſacrificauerit, & quæ ad Deum & homines pertinent, exercuerit. vt in geneſ.[i] Hic quoque cœpit Eunomiam colere, & leges præſcribere optimas, dictúſque Ianus Noah, & pro Deo, à populo habitus eſt, quòd rite mundum vniuerſum gubernauerit, ſua cuique tribuendo, & quia in eo orbis regimine, vices Dei exequutus ſit. Cùm etiam eo ſeculo, eiuſdem pietatis & ſtudij homines, Dij vocati ſint. Sic enim ſcribit Ouidius.[k] ſub Iani proſopopœia.

Tunc ego regnabã, patiẽs, cũ terra Deorũ
Eſſet, & humanis numina miſta locis.

Et rurſum in geneſi[l]. Videntes filij Dei, id eſt filij Seth pij, quod filiæ hominum

a in 4.
b geneſ. 8.
c lib. 97. hiſtoria.
d lib. de tempori.
e lib. 2.
f in primo de antiquitat. c. 5.
g in lib. 3. c. 11.
h lib. 7. natur. hiſtoriæ. c. 17.
i c. 9.
k 1 primo Faſtorum. verſ. 247.
l c. 8.

eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores. &c. Dictus etiam, Noah, eo quod alios principes & iudices genuerit, Pater 4 Deorum maiorum & minorum, Cahos, Hyleton, Semen Mundi. Et pariter in ſacris literis, qui munus rerum publicarum obeunt, Elohim & Dij nominati ſunt, vt etiam iudices. Quod autem principes boni Dij nuncupati ſint, habetur in Exodo.[a]. Conſtitui inquit ad Moſem Deus, te Deum Pharaonis. Et rurſum alibi, hoc ipſum repetitur[b]. Nam vt ait Bœtius, ſicut qui ſapientia & iuſtitia vtuntur, ij ſapientes & iuſti dicuntur: Sic qui munere vtitur Dei, qui iudex ſolus viuorum & mortuorum eſt, is nō impropriè Deus dicitur. Huiúſque rei argumētum certiſſimum eſt, diuinos inquam honores principibus delatos, quòd qui falſò à poſteris culti ſunt pro diis, inſignia regū priſca geſtarent, nempe haſtas, quas Græci σκῆπτρα dicunt, quibus, & idola illorū, & Reges ornabantur: vt ſcribit Iuſtinus[c]. Quia etiam Deus iuſtus eſt: ita omnis qui facit iuſtitiā, ex illo natus dicitur, apud Diuum Iohannem[d]. Et ideo etiam iuſtitiam colere, dixit Gregorius 9.[e] ſummum bonum, vt & ſuū cuique tribuere, quod & in Decreto Gratiani legitur[f]. Et antè

a c.7.

b *Exodi c. 22. item pſal. 46. & 91. & 49.*

c *lib.* 43.

d *in epiſto. prima c.* 2.

e *ſcribens ad Conſtātiam reg. Gall.*

f *canon. ſi ſeculi leges 12. quæſ.* 2.

antè Ninum Aſſyriorum regem, quem primum ferunt, vicinos, cupiditate regnã di infeſtaſſe, quiq; orbis monarchiam vi
5 ambiuit. vt ait Fabius Pictor[a]. nondum hæſerat mortalibus imperandi tale deſiderium, principéſque iuſti erant & religionibus deditis iure habiti Dij, non natura, ſed imitatione. Sicuti Rex qui alienam regionem affectat, cum ſua ea non ſit, iuſtus non eſt. Quod & cognouit & reſpondit rex Æthiopum, ſpeculatoribus Ichthyophágis à Cambyſe miſſis. vt ſcribit Herodotus[b]. Ariſtoteles etiam ait[c]. Reges propter beneficia, vel ab ipſis, vel à patribus eorum collata in populos, impe-
6 raſſe, & bella & ſacra peregiſſe, niſi in quibus requirebatur ſacerdotium. addítque Fabius Pictor[d], non inquit arbitria illorum, ab æquo, vel populus à iure innato tunc diſcedebant: pudor ipſe regebat populos, & ius principes. Atque Trogus Pompeius & Iuſtinus eius abbreuiator Eunomiæ, veſtigia etiam illo tempore apud Scythas, fuiſſe autumant. Dum vterq; ſcribit, iuſtitiã illius gẽtis, ingeniis cultam nõ legibus, & bonos homines ſub bono principe, iure ideò, diuinos, dictos: Nã vt ait Meno Platonis, & Lacones bonos diuinos dicebant. Et ex iuſtitia boni

a *lib. de aureo ſeculo.*

b *lib. 3. hiſtor. in Thalia.*

c *lib. 3. politic. c. 3.*

d *in loco ſup. cit.*

a lib.2. de officiis. viri appellati,Cicerone teſte[a]. qui etiam
Iuſtitiæ opinionem, reges feciſſe dicit.
Porrò labentibus in vitia annis, cœpit
primum inter Noachi ſucceſſores, In-
nocentia & puritas regnādi in perniciem
declinare. Et primus Nembroth ante 7
Ninum, ſuperbia Tyrannidem aucupa-
tus: atque à religione vera, in idolola-
triam decidit,& ſe ſuprà Dei vires extol-
lere molitus, aduerſus iram eius refu-
gium, Babel inquam, ædificare tenta-
b gene.c.11. uit[b]. Vera autem Dei cognitio & cul- 8
tus,tunc remanſit in domo Abrahæ: cu-
ius poſteri,fame vexati, ab Ægyptiis ſer-
uituti mancipati ſunt:ibíque ſine lege fe-
rè & religione,vixerunt. Donec Deus il-
lorum miſertus, vt habetur in Exodo.Mi 9
ſit Moſem qui illos de captiuitate aſſere-
ret in libertatē, in manu forti & brachio
excelſo,in tranſitu mirabili maris Rubri.
Proinde Moſes princeps illorum factus,
& in principio ſolus,Eunomiam exerce-
bat,& ſuum cuiq; reddebat. Sed cùm po-
pulus multiplicaretur, dúmque onus hoc,
ſe ſolum nō poſſe ſuſtinere duceret, illud 13
partitus eſt ex conſilio Ietronis cognati
ſui,cum viris ſtrenuis Iſraeliticis, quos cō
ſtituit principes Chiliarchos, (vt habet
Veritas hebraica & ſeptuaginta duorum)
item

item Centuriones, Quinquagenarios, & Decuriones, qui iudicabant plebẽ omni tempore[a]. Rurſum ex his, ſeptuaginta viri qui maiorem authoritatem haberent, ex ſenioribus & magiſtris ſiue præfectis populi, à Moſe ſelecti ſunt qui leuarent eum onere: eiúſque gratia accepit Deus de ſpiritu Moſis, & dedit ſeptuaginta viris, vt ſcribitur in lib. Numeror.[b] Poſtea etiam ſtatutum fuit, vt in Iudicij difficultate, vel, in variis iudicũ calculis & ſententiis, ad Sacerdotes Leuitici generis recurreretur: quorum deciſio inuiolabiliter ſeruabatur[c]. Et hæc eſt iuriſdictionum origo, vt magiſtratuũ moderatione, multitudo quod ſuum eſſet, facilius reciperet: Fuit enim hæc potiſſima cura prudẽtum
10 & bonorum principum. Atque in republica Hebræorum, maximè illud proſpectum eſt, ne iudicũ penuria eſſet: In qua etiam, vt facilius conuenirentur, in portis ciuitatũ conſtituebantur iudices, per ſingulas tribus, ad iudicandum populũ iuſto iudicio. vt ſcribitur in Deuteronomio[d]. Pro modulo quippe populi, pluribus opus eſt magiſtratibus, ſine quorum diligẽntia ac prouidentia, ciuitas eſſe non poteſt, teſte Pomponio iuriſconſulto[e], & Cicerone.[f] Et quod pluresvel pauci creari

a Exod. c. 18. deuteronom. c. 1.

b c. 11.

c Deuteron. c. 18.

d c. 17. in fine.

e in l. 2. §. populo deinde de origin. iur. lib. 1. P. tit. 2.

f 2 de legibus.

debeant, ſecũdum populi multitudinem, tradit etiam Ariſtotel.[a] Nam ſi copia eorum vix aut nullo modo habeatur, omnis fructus iuſtitiæ perit, Probátque id Dauid in pſalmis[b]. dixit, inquit, homo, ſi 11
vtique eſt fructus iuſto, certè ſunt iudices vel dij iudicantes in terra. Quo circa admonet non immerito apoſtolus, orãdum eſſe pro Magiſtratibus, vt vita ſit trãquilla & quieta[c]. Et Rabbi Annania Pontifex ſacerdotum, in Pirke abot.c.3.ſic ait.
הוי מתפלל בשלומה של מלכות שאלמלא
מוראה איש את רעהו חיים בלעו i. ora pro pace regni, nã ſi non eſſet timor (magiſtratus) alter alterũ viuum deuoraret. Et Deus in Amos[d], inter maledictiones Moab populi, adiicit, & tollã de medio eius iudicem. Et Menennius ingruente ſedi- 12
tione Romana ad populum ita loquutus. Ciuitatem eſſe ſimilem corpori, vbi multa membra, diuerſa officia exercent, & ventrem nutriunt, cùm pariter venter membra nutrit: ventrem autem ciuitatis, eſſe ſenatum & magiſtratus, velut commune quoddam penuarium ſuum cuique attribués, conſeruánſq; pacem omnium, vt author Dionyſius Halicarnaſſęus[d]. Magiſtratibus autem leges, & populo Magiſtratus præſunt. Nihil aliud magiſtratus 13
quàm

a *lib.4 politic.c.15.*

b *pſal.57.*

c *1.epiſt.ad Timotheũ, cap.2.*

d *lib.6 antiquit. Romanar.*

quàm lex loquens, ſingulorum neceſſitatibus & negotiis componendis expoſitus. Ideo & vocati publicæ perſonæ à Tribuniano ſeu Iuſtiniano[a].

## Cap. XXIX.

*De Romanorum Monarchia, & magiſtratuum eorum cretaione & origine ſub regibus.*

Placet auté q; circa iura verſamur Romanorũ, quædã & de magiſtratuũ diſtributione illorum adferre: & de factis & temporibus illorum, quædã per anacephalęoſim iuuenibus ſtudioſis ſelige
1 re. Quamobrẽ annotandũ, quod vt paucitas populi & gubernationis facilitas, omnẽ in principem vnũ, contulerat adminiſtrationẽ, ita eiuſdẽ populi incrementũ, à principe in plures, tranſtuliſſe iuris reddũdi authoritatẽ: etiã apud Romanos, qui lege regia, primũ omnẽ in principẽ poteſtatẽ trãſtulit, vt ait Põpo.[b] Iuſtinianus[c] & Vlp.[d] Sed poſtea princeps, hanc ſuam poteſtatem, aliquibus communicauit, aliis maiorem, aliis minorem, & circunſcri
2 ptam. Sic Italia vel Albania vnius principatu, per multos annos ab initio recta per Ianum primum, cui ſucceſſit Picus, huic Faunus, deinceps filius eius Latinus. vt deinde Æneas ex Troia profugus, Turno Dauni filio Tuſcorum Regis, in-

a in §. pen. de Attiliã. tutor. lib. 1. inſtit. ciuil. iuris ti. 20.
b iam proximè citata. l. 2. §. nouiſſimè de origi. iu. in P. lib. 1.
c in l. 2. §. cum enim antiqua. de vete. iur. enuclea. lib. 1. C. tit. 20.
d in l. 1. de conſtit. princi. lib. 1. P. tit. 4. & in §. ſed quod principi placuit. de iur. naturale. gent. & ciuil. lib. 1. inſtit. iur. ciuil. tit. 2.

terfecto: deinde Aſcanius, poſtea Siluius Poſthumius. Deinde Alba, Siluius, Epitus, Capys, Tiberius, Agrippa, Remus, Auentinus, Procas, Numitor, Amulius, omnes cognomento Siluij, qui per ſe rempublicam adminiſtrarunt, & nutu ſuo leges impoſuerunt. De quibus Eutropius[a], Iuſtinus[b], & de quibuſdã Solinus[c], & Euſebius[d]. Hos ſequuti Remus & Romulus. Quorum vltimus, breui tempore 3
auctus viribus, ſtatus reipublicæ incunabula ſtatuit, diuiſa per tribus iuuentute quæ in equis & in armis, ad ſubita bella excubaret: conſilium reipublicæ penes ſenes ſtatuendo, quem ex authoritate, patres & ob ætatẽ Senatum, dixit, teſte Liuio[e]. Iuſtino[f]. Plinio minori[g], Plutarch.[h] Dionyſio Halicarnaſſæo[i]. Diuo Auguſtino[k]. Ouidio[l], Propertio[m], & aliis quamplurimis. Porro ſenatores ab initio centum erant, quibus additi alij centum, minorum gentium dicti Senatores. vt Liuius[n] annotauit, & late Budæus[o], & de Senatu meminit Iuſtinianus, vocans centumuirale iudicium, in l. final. de petition. hæreditat.[p] nam & in l 1. eiuſdem tituli dicitur factum fuiſſe ſenatuſconſultum de petitione hæreditatis. Quanquam centumuirale iudicium, 4
Feſto

a *lib. 1. de geſtis Romanor.*
b *lib. 43.*
c *lib. 1. rerũ memorabilium, c. 2.*
d *lib. de tempori.*
e *in 1.*
f *lib. 43.*
g *lib. de viris illuſtrib.*
h *in vita Romul.*
i *in 1. & 2. antiquit. Romanor.*
k *de ciuitat. Dei 2, c. 17. & in 3. c. 6. 13. & 15.*
l *3. & 4. lib. faſto.*
m *lib. 4.*
n *lib. 1. & 2. ab vrb. condit.*
o *ad l. fin. de ſenator.*
*in l. P.*
p *lib. 3. C. tit. 31.*

Feſto autore, dici poſſit à centum viris ex
trigintaquinque tribubus, olim ternis e-
lectis ex ſingulis curijs, qui de ciuilibus
cauſis iudicabant, ad quos etiam lex Iuſti-
niani, & aliæ referri poſſunt. nam & co-
gnitiones centumuirales erant vſucapio-
num, tutelarum, mãcipiorum, parietum,
luminum, ſtillicidiorum, teſtamentorum
ruptorum, & ratorum, cæterarúmque re-
rum innumerabilium, vt ſcribit Cicero[a].
Senatorum ordinem vſque ad trecento-
rum numerum, Brutus, poſt Tarquinium
ſuperbum eiectum, expleuit: quos voca-
uit Patres conſcriptos: vt ſcribit Liuius[b],
& Dionyſius Halicarnaſſęus[c]. Plures ta-
men erãt eo tempore, quo Iudas Maccha-
bęus pro pacis fœdere, Romam miſit. vt
ſcribitur in Macchabęorum lib. 1.[d] & his
fuit ſtatus reipub. Romanæ ſub ſeptem
5 regibus ex quo Roma primum condita,
additis pluribus à Numa quæ ad religio-
nem pertinere videbantur. De quibus
tradit Plinius[e], & alicubi de eius libris
ſacris[f], item & Plinius minor[g]. Diu. Au-
guſtinus[h]. Ouidius[i], Aulus Gellius[k], & Plu-
6 tarc.[l] Hic autem Numa, tempore regis
Ezechię, leges Romanis dedit, & mores
cicurauit, bellis & prædiis antè efferatos,
Eutropio authore[m]. Dictúſque fuit Nu-

a *lib. primi. de ora.*
b *lib. 2. in princi.*
c *lib. 3.*
d *c. 8.*
e *Hiſtoria Naturalis. lib. 18. c. 2.*
f *lib. 13. c. 13.*
g *lib de viris illuſtr. cap. 3.*
h *lib. de ciuitat. Dei 2. c. 16.*
i *li. 11. c. 9.*
k *lib. 4. Noctium attica. c. 3.*
l *in vitã Numæ.*
m *lib. primo.*

ma ἀπὸ τῶν νόμων. teſte Seruio[a], cuius legibus vixit & Tullius Hoſtilius, poſt illum creatus rex tertius: & Ancus Martius Rex quartus, cui carceris inuentio aſſignatur, 7
& qui ius fœciale tranſtulit ab Equuleis ad Romanos. vt Plinius minor ait[b], Succeſſit huic Tarquinius Priſcus, quintus Rex: is minorum gentium ſenatores, erexit, & Equitum centurias numero duplicauit, etiam reſiſtente Accio Nauio augure, teſte Floro[c], & Plinio minore[d], addidit & faſces, hoc eſt inſignia conſulum, veſtes Trabeas, ſellas curules, annulos, ornamenta ſiue inſignia Equitum: item phaleras equorum, paludamenta & prætextam nobilium, vt apud eoſdem authores ſcribitur. & de hoc rege agit etiam Lactantius Firmian[e]. Liuius[f]. Dionyſius Halicarnaſſęus[g], D. Auguſtinus[h]. Eutropius[i]. Poſt huius obitum, Seruius Tullius, ſextus rex regnauit, qui legem de cenſendis Romanis poſuit: ſub quo 8
& Roma omnibus in cenſum relatis, habuit 84. millia capitum: putant autem cenſum eum inueniſſe antea orbi incognitum, vt ſcribit Eutropius[k], Florus,[l], Liuius tamen[m], notat, fuiſſe tantum octoginta millia, eaque eorum qui arma ferre poterant, ex authoritate Fabij picto-

ris

a *in 6. Æneid. Vergilij.*
b *lib. de viris illuſtrib. c. 5.*
c *libro primo.*
d *De vir. illuſtrib. c. 6.*
e *lib. 2. c. 8.*
f *in 1.*
g *in 3.*
h *lib. 3. de ciuitate Dei c. 15:*
i *in primo.*
k *lib. 1. c. 9.*
l *lib. 1. c. 6.*
m *lib. 3. ab vrbe.*

9 ris. Fuit & poſt eum, cenſendi mos per ætates ſequentes obſeruatus. vt ſub Q. Seruilio præfecto vrbis, & Q. Fabio & T. Quintio conſulibus, Æquorum bello infecto: quo tempore cenſa ſunt ciuium Romanorum capita 124. millia, & 214. præter orbos orbáſque teſte Liuio [a]. ſimiléſque cenſus habiti & aliis plurimis temporibus, vt videre licet apud Florum in Epitome [b]. & apud Liuium etiam [c], & Eutropium [d]. Cenſus autem factus, ad tributorum faciliorem exactionem: aítque Liuius [e], nihil ſalubrius in republica fuiſſe. Porrò modus res & perſonas in cenſum adſcribendi, eſt, vt nomen & ætas perſonæ, item nomen fundi, id eſt patrimonij, & in qua ciuitate, & in quo pago ſit, quinque ſaltem vicinis additis, inſcribantur. Cuius duæ extant ſingulares leges Vlpiani [f]. Deſcriptio enim non alia de cauſa fiebat, quam ratione cenſus potiſſimum. Eſtque cognita illa deſcriptio, mandata ab Auguſto Cæſare, vt deſcribe-
10 retur vniuerſus orbis, quo tempore natus eſt dominus noſter Ieſus Chriſtus [g]. vt ſignificaretur, omnia pacata ſub tributo Romani Imperij eſſe. Nam prouinciæ à Romanis deuictæ, tributariæ erant: his exceptis quibus ſpeciali nota,

a *lib. 3. ab vrbe.*
b *in libris.* 13. 14. 16. 18. 19. 20. 41. 42. 46. 48. 54. 56. 59. 60. 63. 98. 115.
c *lib. 3. 1. decadis & ſub finem 10. libri eiuſdem decadis 1. & decade. 3. lib. 7. & 9. in fine.*
d *lib. 1. c.* 10.
e *in* 1.
f *in l. ætatem. l. 3 & l. forma cenſuali. l. 4. de cenſibus, lib. 5. P. ti.* 15.
g *Lucæ c. 2.*

remittebatur: ideo, ad eas mittebantur præfecti, & quęſtores. vt ait Strabo[a]. Omitto de luſtris loqui, & de cædendis hoſtiis in comitijs campi Martij, vnde dictus eſt cenſus. De his enim videndi Blon 11
dius Flauius[b], & Budęus[c], & Liuius[d], qui etiam fieri luſtrum poſt quinquennium docuit lege Æmilia, & Dionyſius Halicarnaſſeus[e], Quod ſummatim dictum velim, vt intelligant iuuenes phraſim legum, in quibus ſæpe per luſtra numeramus, & vt computent pro vnoquoque luſtro quinque annos. vt in §. Final. Titul. hæc conſtitutio innouat. &c. in authentic. coll. 8. Tit. 7. octo luſtra pro quadraginta annis numerantur, ſic & luſtrum, pro quinquennio ſumitur apud Vlpianum[f], & apud Ouid.[g]

Tempus ad hoc, luſtris mihi iã bis quinque peractis,
Omne fuit muſæ carmen inerme meæ.

Deinde ſublato Seruio Hoſtilio, ſeptimus 12
Rex Romanis ſucceſſit Tarquinius Superbus cognominatus, qui ſtatum reipublicæ conturbauit: & vt ſcribit Dionyſius Halicarnaſſeus[h], contemptis Patritijs, cõfuſiſque legibus ac moribus patrijs, & omni decoro corrupto, quo ciuitas ſub prioribus floruerat regibus, principatum in

*a lib. vlti. Geographiæ in fin.*
*b lib. 3. triũphãtis Rõ. & lib. 2.*
*c in annota. prio. ad pandectas ad l. cum de ætate, de proba. in P.*
*d in 1. & in 2.*
*e lib. 4. antiquit.*
*f in l. ſi quis nec cauſam penult. de reb cred. & ſi certũ petat. lib. 12. P. tit. 1. & apud eandem in l. item quæritur l. 14. §. qui impleto verſic. quod autẽ diximus lo cat. lib. 19. P. tit. 2.*
*g in Ibin. car. 1.*
*h in 4.*

in manifeſtam vertit Tyrannidem. Sublatáque Senatorum bonorum maiori parte, Senatum alium ipſe conſtituit, amicis ſuis in vacua loca ſuppoſitis: ac nec is permiſit quicquam iniuſſu ſuo, vel facere vel dicere. Leges à Tullio latas iuris, ſummouit: tabulas foro ſummotas, aboleuit. Demum ob hęc, tum propter ſtuprum
33 Lucretiæ illatum ab illo, Regibus imperium ademptum eſt. vt ſcribunt Valerius Maximus[a], D. Auguſtinus[b]. Plutarchus[c] Ouidius[d], Liuius[e]. & alij. Iſte, primus apud Romanos, vt fertur, excogitauit vincula, trabeas, fuſtes, lacunas, compedes, catenas, exilia, metallorum pœnam, vt ſcribit Eutrop.[f]. Et ferias Latinas inſtituit, vt meminit Plinius[g]. Et huiuſmodi ſtatus Reipublicæ Romanæ & Eunomiæ, fuit ſub Regibus ſeptem: per annos 243. quibus regnarunt: vt ſcribit Sextus Ruffus conſularis in Epitome. Secundum autem Liuium in calce. 1. ab vrbe 244. anni cui etiam adſtipulatur Dionyſius Halicarnaſſęus[h].

a *lib.6 c.1.*
b *lib.1 de ciuita. c.19.*
c *de virtuti. mulier. illuſtri. c.* 14.
d *2 faſtor. paulo ante finem.*
e *lib.2. ab vrb. cōdita.*
f *lib.1. c.* 10.
g *de viris illuſtribus. c.8.*
h *in vltim. ver. lib. 4. de antiqui. Romanor.*

---

## Cap. XXX.

*De ſtatu Reipub. Romanorum poſt exactos Reges, & de Magiſtratuum per id tempus ſucceſſione & creatione.*

REgia deficiente poteſtate, & vrbe Tarquinio Superbo pulſo, immutata eſt forma Reipublicæ, & ex vno principe perpetuo, duo annui prius facti ſunt: ij Conſules dicti, creatique primi, L. Iuni⁹ Brutus: Et L. Tarquinius Collatinus, quos quadrimeſtres vocat Dionyſius Halicarnaſ.[a]. Quíque ſcribit, hos, leges de contractibus, Tullij, admodum humanas & populares, quas in vniuerſum Tarquinius ſuperbus ſuſtulerat, reuocaſſe in vſum: Demum prouocationem à Conſulibus & Senatu, ad populum retuliſſe, ídque plebis gratia. Et de hac mutatione & conſulum ortu plures quidem ſcribunt, ſed copioſius Florus[b], Cicero[c], Liuius[d], Eutropius[e], Paulo poſt, adhuc mutata facies Reipub. & Magiſtratuum, Octauo anno à regibus expulſis. Durante adhuc coniuratione Tarquiniana, concitatis populis ab octauio Mamilio, & Sabinis tumultuantibus, Poſthumio Cominio & T. Largio Conſulibus. Quamobrem creatus eſt Dictator Largius primùm, qui ſupra conſules imperium habebat: creatúſque Magiſter equitum & primus Spur. Caſſius, qui Dictatori obſequeretur. vt ait Liuius [f], & Eutropius [g], & Euſebius. Varia certè actuum humanorum ſors & ca-

1 (right margin, beside first line)

2 (right margin, beside "eſt Dictator Largius")

a *in princip. lib. 5.*
b *in 1. c. 3.*
c *3. de leg.*
d *in 2. ab vrbe.*
e *lib. 1. c. xi*
f *lib. 2. ab vrbe.*
g *lib. 1. c.*

& caſus, & non ſolum apud Romanos, ſed etiam, in grecis ciuitatibus quæ quidem regibus colla ſuppoſuerunt, quandiu non Barbarica licentia, ſed ſecundum patrios & iuſtos mores, illis dominati ſunt. Quod ex Homero liquet, qui illos vocat δικασπόλους ſiue θεμιστοπόλους id eſt ius reddentes vel iuridicos, Sed
3 dum viſi ſunt abuti conceſſa poteſtate, Græciæ magna pars, mutauit gubernationis ſtatum: & reges excuſſit vt Roma, tranſlata in leges & magiſtratus, dominatione. Cùm autem, nec leges nec magiſtratus, iuſtitiam excoluerunt, nec leges ſufficere viderentur propter hominum & temporum nouitates, poſtulante celeri correctione & neceſſitate, rurſum Regiæ & Tyrannicæ poteſtates extulerunt caput. Vallatæ tamen quibuſdam mellitis & nouis appella-
4 tionibus. Ita Theſſali, ſuos principes nominauerunt Archos: Lacedemonij, Harmoſtas: & Romani dictatorem. vt docet Dionyſius Halicarnaſſęus[a], & hic magi- a lib. 5.
ſter populi dictꝰ, ab Albanis originē habuiſſe creditur, parem habēs cūRege, maieſtatem. Habuerūt & plures nationes magiſtratus ſimilis authoritatis, diuerſi tamē nominis, ſecundū diuerſam linguarū

proprietatem. Sicut Hedui ſuum, Vergobretum dicebant: Iberi, Iben: Pœni, Suffeten: Ægyptij, Diœcetem: Dictus & apud Perſas Magiſtanes, & Chiliarchus: apud Magnetes, Magnetarches: Apud Abachæos, Diorigius, Demiurgus: A Thebanis, Archinus: Ab Oſcis Medix: Apud Carthaginenſes, Dionyſiarchus: Capuæ, Mediatuticus. Neapoli, Demarchus: Tarenti, Democrates: Cappadociæ, Satrapes: Paphlaugoniæ, Dynaſtes: Longobardis, Exarchus: Cretenſibus, Coſmus: vt Alexander ab Alexandro ſcribit [a]. Verumenimuero, poſtquam Romæ Dynaſtia cœpit inſoleſcere, opreſſa plebs in montem receſſit ſacrum: Atque poſt multas legationes, & poſt multas ſententias agitatas in controuerſia Agrippæ Menennij & Apij populi oſoris, tandem conceſſum plebi, duos ſibi annuos creare magiſtratus, ad ſui tutelam, dicti Tribuni plebis. 5
Poſt reges exactos anno ſeptimo decimo Tribuni ideo dicti, quòd tunc populus in tres partes diuiſus fuiſſet, & ex ſingulis ſinguli crearentur: vel quod ſuffragiis tribuum, cùm ij eſſent magiſtratus plebeij eligerentur, vt notat Pomponius Iuriſconſ. [b] Et Iuſtinianus [c], tradit, eos potuiſſe dare vt magiſtratus, tutores ex lege Attila.

a *lib. 4. Genialium Dierum. c. 23.*

b *in l. 2. de orig. iur. li. 1. P. ti. 2.*

c *in §. de Attil. tut. lib. 1. inſtitut. iuris ciuilis ti. 20.*

Attila. Huiuſmodi primi creati fuerunt. L. Iunius Brutus, & C. Sicinnius Bellutus. Cuius magiſtratus, & priuilegia hæc in lege, cuius verba. Tribunum inuitum, nemo vt vnum è vulgo, quicquam facere cogito, & cætera quæ ſcribuntur apud Dionyſium Halicarnaſſęum.[a] De hoc etiam Magiſtratu Eutropius[b] Liuius.[c] Ouidius.[d] D. Auguſti.[e] De hac etiam populi ſeceſsione.[f] Apianus, Plutarch.[g] Fuit autem horum poteſtas magis ad opponendum, quam ad agendum creata vt ſcribit idem Plutarchus.[h] Hoc rogante
6 veluti magiſtratu plebis, quædam leges, quæ Plebiſcita dicebantur, fiebant.[i] Aliquando tamen Plebiſcita patritios non ligabant, nec reliquum populum, donec Quintus Hortenſius dictator, voluit vt eo iure quod plebs ſtatuiſſet, omnes Quirites tenerentur. ſicut teſtis Aulus Gellius,[k] quodque lege cautum fuit in centuriatis comitiis, vt ait Liuius.[l] Ex Tribunis variæ fluxerunt leges, cùm propriæ tum approbatæ. Nam hi magiſtratus, ante valuas curiæ, poſitis ſubſelliis (intrare enim Tribuno plebi curiam, non licebat) decreta patrum, attentiſsima cura examinabant, vt ſi qua ex eis improbarẽt, rata eſſe non ſinerent Tribuni.

a *lib. 6.*
b *in 1. c. 10.*
c *li. 2. ab vrbe.*
d *li. 2. faſt.*
e *li. 2. de ciuit. Dei. c. 18.*
f *li. 1. de bel. ciuil.*
g *in vitam Coriol.*
h *in vit. Cat. vti.*
i *Inſti. in §. plebiſcita de iu. nat. in inſt. iur. ciuil. li. 1. ti. 2. canõ. plebiſcita. 2. diſt. Põpon. in l. 2. §. iiſdẽ tẽporibus de orig. iur. li. 1. P. tit. 2.*
k *li. 10. noctium att. c. 20. & li. 15. c. 27.*
l *in 3.*

Qua ratione veteribus ſenatuſconſultis
T. litera ſubſcribebatur, vt ea nota ſi-
gnificaretur, illa Tribunos quoque cen-
ſuiſſe, vt author Valer. Maxim.[a] Propriæ
autem illorum leges, Plebiſciti nomen
habebant. Quarum exempla quædã pro-
ſtãt, vt illud, quo modus xeniis Magiſtra-
tuum imponitur, apud Vlpian.[b] & Mo- 7
deſtinum.[c] Tribunis pleb. etiam permiſ-
ſum à Senatu, creare alios duos è plebe
poſſe, qui illis ſubminiſtrarent, quicquid
opus eſſet, & lites eorum permiſſu, diiu-
dicarent: Ædiúmque ſacrarum, locorum
publicorum, atque annonæ curam habe-
rent: & hos miniſtros & ſocios Tribuno-
rum appellabant, poſtea autem, ab vno
horum officio, Ædiles vocarunt, teſte
Dionyſio Halicarnaſſeo.[d] Rurſum Ædi- 8
lium duo fuerunt ordines, vt Plutarcho
placet,[e] vnus à quo ſellis curuipedibus,
ius dicebatur. Ad hos Ædiles, & ad ædes
quibus præerant, vt ait Varro[f] ſcita ſua
plebs deferebat: vt Conſules ſua in ædem
Cereris teſte Liuio.[g] Tres autem actio-
nes naſcebãtur ex edicto Ædilium, Red-
hibitoria, In factum & Quanto minoris
vt ait Azo, in ſua ſumma.[h] Horum edicto
cauebatur, vt animalia ſana venderẽtur.[i]
Horum etiam cura fuit, cum Triumuiris

a *li. 2. c. 1.*
b *in l. ſolet. l. 6. de offic. proconſ. & legat. li. 1. P. tit. 16.*
c *in l. plebiſcito. l. 18. de offic. præſid. li. 1. P. tit. 18.*
d *lib. 6.*
e *in vitam Caii M.*
f *de ling. latin.*
g *lib. 3. & dicta l. 2. § iiſdem tẽporibus de origi. iur li. 1. P. tit. 2.*
h *ad tit. de Ædil. tio edicto.*
i *in l. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & cæt. ſequentib. de Aedilitio edicto li. 21. P. tit. 1.*

&

& Præfectis vigilum, noctu prouidere circa incendia, vt ſcribit Paulus iureconſultus [a]. Notandum autem ædilitias actiones, prætorias non fuiſſe, vt putat Azo, [b] ſequutus gloſſam Rubricariam, longè enim differt prætorum ius ab ędilitio: quòd antiquius ſit, ſeparatáſque habeant actiones: quanuis generale nomen earum, prætoriis tradatur. Poſthæc alius fuit Romanę adminiſtrationis ſtatus. Anno namque trecenteſimo primo ab vrbe condita, vt ait Eutropius [c] ceſſauit Dictatura, Conſulatus, & Tribunitia poteſtas,
9 ſucceſſítque Decemuiratus, omni, in decem electos viros, trãſlata poteſtate Regia. Tum ſcriptæ fuerunt leges, & mores patrii, & illæ pariter leges quas legati Romanorum ab vrbibus Gręcis, Romam tranſtulerunt. vt narrat Dionyſi. Halicar. [d] Liuius [e] & Diodorus Siculus, [f] & ego in re hac ſequar Halicarnaſſæum, qui in 11. rem latius proſequitur, iungam Liuium. Hi autem ſcribunt, Apium Claudum Conſulem deſignatum, qui deinde vnus ex Decemuiris, creandæ dignitatis iſtius authorem fuiſſe, eundémque finem huic magiſtratui dediſſe. Nam in ſecundo anno, decem legum tabulis iam in primo abſolutis, cum

a in l. 1. de offic. præfecti vigil. li. 1. P. tit. 15.
b in sũma ad ti. de ædilit. edi.
c li. 1. c. 11.
d lib. 2. & 10.
e in 3.
f lib. 12. bibliotb.

plures aliæ ſupereſſent conſcribendæ, is quòd in præcedentibus ſe prudenter geſſiſſet, in Decemuiratu etiam anno ſecundo retentus, ambitione inflatus, conſocios ad vſurpandam Tyrannidem, iuramento adegit. Quamobrem & hi conſtipati ſimul & ornati inſignibus regiis, in publicum prodierunt: vidítque populus, pro vno tyranno expulſo decem natos: quę fuit prima cauſa abrogandi Decemuiratum, poſtquam tribus duraſſet annis. Huic acceſsit alia, quòd & in bonos quoſque calumniis, exilióque vt ſibi aduerſos, tollerent: plebémque opprimerent. Tertia poſtea, quòd vrbe excedentibus quibuſcunque bonis, bona illorum, vt reorum publicabant & venundabant. Hinc quarta, mors proditoriè illorum facto illata Sicco, Duci Romanorum, qui decertarat in pugnis centum & vingiti, ferens ex omnibus præmia fortitudinis. Ob quod facinus, illorum exercitus rebellauit apud Cruſtumeriam, & Fidenas, vltima autem, quamque ſolam adducit Diodorus Siculus, Libido fuit Apii Claudij, qui L. Virginij filiam matronámque caſtiſsimam, violare tentauit. DeindeDecemuiris à magiſtratu exturbatis, expunctóque Decēuiratu, rurſum ad Conſules reditum

reditum eſt.Poſtea tranſlatum imperium ad tribunos militum vrbe euerſa à Gallis
12 Senonibus. Creati enim ſunt, Tribuni militares conſulari dignitate. Eutropio teſte.[a] Feneſtella.[b] Liuio,[c] & Pomponio Iuriſconſ.[d] Sed iterũ,ceſſauit Tribunitia poteſtas, Conſules & Dictatores rurſum reſtituti,& bellis ingruẽtibus,illis abſentibus,Prætores primum iuris dicũdi gra-
13 tia,creati vice Conſulum,vt ait Alexãd.[e] ex Pomponio Iuriſconſ.,[f] & Liuius.[g] Duo autem prætores, tantum primùm fuerunt: vnus peregrinus, pro his qui in vrbe abundè confluebant:alius,pro vrba-
14 nis ciuibus. Sed priorum Prætorum antiquior iuriſdictio,occupata,in iudicibus ſortiendis,in quæſtionibus habendis, in conſtituendis iudiciis eorum quæ ferè imperij erant, in bonorum poſſeſsionibus dandis, in cautionibus decernendis, & huiuſmodi ſimilibus,vt in ſartis tectis exigendis, de quibus videndus Budęus
15 in poſterior.annotat.in pandectas.[h] Dictus prætor à præeſſendo, vt Liuius ait[i] quòd imperio præeſſet,& noua condere, ſimul & antiqua abrogare,poſſet.Vt etiã Varro[k] ſcribit, à præeundo Prætorem dici,quod præiret iure & exercitu. Ad hunc, vt ait Valer. Maximus[l] deuolue-

a *lib.2.*
b *de magiſt.c.16.*
c *lib.9.*
d *in l. 2.§. deinde cũ poſt aliquos annos de orig.iur. li.1.P.tit.2.*
e *li.genial. 2.c.15.*
f *dict.l. 2. §.poſtea.*
g *in 6.*
h *ad l. fin. §.iudicãdi quoque neceßitas de muner. & honor.*
i *in 5.*
K *li.4. de ling.latina.*
l *li.5.c.4.*

bantur appellationes Triumuirum collegarum, qui quidem cognoſcebant de cauſis capitalibus & maleficiis, vt ait [a] Varro. Porrò Magiſtratus Triumuiratus 16
exoleuerat, donec rediit infeliciſsimè ſub Triumuiratu luctuoſo M. Antonij, Lepidi. Et C. Cęſaris: qui renouarũt Scyllæ proſcriptionem, & iterum fuderunt ſanguinem Patritium & Senatorium, vt teſtes ſunt Apianus. [b] Plutárch. [c] Florus. [d] Paulus Oroſius, [e] & Solinus. [f] Tunc enim non Prætor, nec alius quiuis magiſtratus illo Triumuiratum maior, inter Prętores, cùm duo tantum erant, Vrbanus nobilior habebatur, vt ſcribit Plu- 17
tarch. [g] Quanuis vtriſque tunc virgæ ſecuribus cum omni imperio, alligatę, prę-ferrentur, authore Plutarcho. [h] Plures Prætores deinde creati, & quatuor & ſex, ſubinde alij, additis pluribus imperio Romano prouinciis, omnes tamen, à Prætura vrbana & peregrina, originem habuerunt, vt ſcribit Titus Liuius. [i] Quoties autem tot creati ſunt, paſsim videre licet in ſingulis Liuij libris. Rationem etiam numeri aucti, prouincias ipſas populo Romano additas, exiſtimat idem Pomponi. iuriſc. [k] Poſtea, vſurpata à Iulio Cęſare Monarchia, eoque ſublato, Patria, ſuccedenti

*a eod. quo ſuprà.*
*b li. 3. et 4. bellor. ciuil.*
*c in vit. Ciceron.*
*d li. 119. epitome. Liuii. & ſequent.*
*e li. 6. c. 16.*
*f c. 3.*
*g in vitam Dionis.*
*h in Probl.*
*i li. 5. Decad. 3.*
*k in dict. l. 2 §. capta deinde Sardinia de origin. iur.*

denti Octauio Auguſto Cæſari (cum hic
18 pacaſſet vniuerſam Italiam, & imperium
omne) imperij totius patrocinium, commiſit, atque belli & pacis poteſtatem: &
inde legitimi Imperatores originem habuerunt, vt ſcribit Sextus Rufus.[a] Iſte, ex
Munatij Plãcij ſententia, populi & Senatus, cognomen Auguſti primus habuit,
Teſte Velleio Paterculo [b] & Suetonio.[c]
Hic totum imperium, vt melius regeretur, bifariam diuiſit, & partem ſibi aſciuit, aliam populo conceſsit: ſibi, illã quæ
preſidio indigebat, pacatam autem, populo: vtramque in complures prouincias
diuiſit. Decem populi fuerunt preturę: conſulares duæ prouinciæ, Lybia & Aſia.
Ad ſuas Cæſar procuratores, Conſulares
viros Prętorios, vel ex conſulari ordine, miſit, vt author Strabo[d]. At ſucceſſu temporum, tres tantum poſtea remanſerunt
Prætores annui, qui eligebantur iudicio
19 Senatus ex his qui proprium larem Romę habebant, non ex prouinciis, ſecundũ
ea quæ Valen. & Maximi. ſtatuerunt.[e]
Quod autem annui eſſent, & eorum edicta anno elapſo calendis Ianuarij expira-
20 rent, ſcribit etiam Cicero.[f] Tanta autem erat Pretorum authoritas, vt ius Prętorium, Honorarium ius diceretur, vt

*a in epitome.*
*b in poſter. volumine Romanæ hiſtoriæ.*
*c in Octau. c.7.*
*d li.17. Geograph.*
*e in l. 2. de offic. prætor lib. 1. C. tit. 43. & in l. 3. tantúmmodo prætores. l. 4. de epiſc. audien. li. 1. C. ti. 7.*
*f 3. actiõ. in verrem.*

a §, pratorũ quoque edicta de iur. natur. gent. vel ciuil. apud Iuſtin. lib. 1. inſtit. iur. ciuil. tit. 21.
b lib. 1. P. tit. 2.
c lib. 1. faſt. verſ. 51.

pleriſque Iuriſconſultorum conſtat locis[a] & præcipuè ex l. ius autem ciuile l. 6 §, ius prætoriũ eſt de Iuſtitia & iur.[b] vbi à gloſſa multæ afferuntur Prætoris in iure corrigendo, augendo, & iuuando prærogatiuę, ad quam, vt ſingularem, iuuenes remitto, & pariter ad Titul. de offic. Prætor. in C. & in pandectis. & ad l. 2. §. eodem tempore de Origine iur. Prætorem etiam vocat Ouidius honoratum,[c] verbáque honoratus libera Prætor habet. Et de Prætoribus, ita ſcriptum in legibus duodecim tabularum. Regio Imperio duo ſunto, ijque præeundo, Iudicando. Conſulendo Prętores iudices, conſules, appellantor, Militię ſummum ius habento, nemini parento: Rurſum iuris diſceptator qui priuata iudicet, iudicaríve iubeat, prætor eſto, is iuris ciuilis cuſtos eſto, huic poteſtati: parento, vt teſtis Cicero,[d] & ſequitur, Quotcunque Senatus creuerit populúſve iuſſerit, tot ſunto.

d 3 de leg.

---

CAP. XXXI.

*De temporali & perpetuà magiſtratuum gubernatione.*

Et

ET vt tandem me ipſum colligam, annotandum ſuperiorum magiſtratuum gubernationes, ferè fuiſſe annuas
1 & temporales, coligeréq; licet ex Paulo iuriſconſ.[a] vel ad nutum Senatus vel populi mutatas: alias ſemeſtres, vt Dictatura: alias quinquẽnales, vt Ædilium, idem de reliquis, Senatus excepta maieſtate: nam his extra tyrannidem, intactus remanſit, & cũ principibus, & cum aliis, qui principis faſces ferebant. Sicut & a-
2 pud Lacedæmones, apud quos reges non erant ſui arbritrij, vt quicquid vellent facerent: ſed Senatus adiiciebatur poteſtas, in negotiis ad rempublicã pertinentibus: vt tradit Dionyſius Halicarnaſs.[b] vt non immerito Liuius[c] vocet Senatores Reges: vt & Cicero.[d] dicit Senatum, totius
3 orbis conſilium, atque alibi,[e] ſic ait. Sed vt extremum habeat aliquod oratio mea vt & ego ante dicendi finem faciã quàm vos attentè audiendi, concludam illud de optimatibus, corúmque principibus ac reipublicæ defenſoribus: vóſque adoleſcentes & qui nobiles eſtis, ad maiorum veſtrorum imitationem excitabo: Et qui ingenio & virtute nobilitatem poteſtis conſequi, ad eam rationẽ, in qua multi homines noui & honore & virtute

a *in l. pars literarum l. 48. de iudiciis. li. 5. P. tit. 1.*
b *lib. 2.*
c *lib. 9. decad. 1.*
d *in fin. Philipic.æ 4*
e *orãti. pro P. Seſtio.*

floruerunt, cohortabor. Hæc eſt vna via mihi eredite, & laudis & honoris, & dignitatis: à bonis viris & ſapientibus, bene à natura conſtitutis laudari & diligi: noſſe deſcriptionem ciuitatis à maioribus noſtris ſapientiſsimè conſtitutam: Qui cùm Regiam poteſtatem non tuliſſent, ita magiſtratus annuos creauerunt,
vt conſilium Senatus reipublicæ prępo- 4
nerent ſempiternum. &c. quæ ſequũtur, verumtamen ſummouebantur ex ordine ſenatores, ob crimen: Quia in lege 12. Tabularum ita cautum. Probrum in ſenatu, ne relinquunto, vt idem Cicero ait[a] & id innuunt Martianus & Modeſtinus[b], quia reatus, omnem dignitatem excludit, ſecundum Conſtan. Gratian, & Valenti.[c] Senatoria etiam exuebatur dignitas, vel ipſis ea ſe libere abdicantibus, vel ſi ad altiorem gradum vocarẽtur: alias, inter tot magiſtratuum mutationes,
Senatus remanſit immutabilis, maieſtate 5
pariter & ordine. Sed & apud Athenienſes, duo fuerunt ordines conſiliorum ſiue magiſtratuum, quos ipſi βουλὰς dixerunt, vt ſcribit Libanius[d]: Præcipuus ordo perpetuus, hic dictus Areopagus: alter quotannis mutabilis, qui dicebatur quinquagenaria curia: qualis apud Venetos

a 2. *de legi.*
b *in l.* 2. & 3. *de Senator. li.* 1. *P. tit.* 9.
c *in l.* 1. & 2. *C. vbi Senator. vel clariſsimi. l.* 3. *C. tit.* 24 *l. quoties l.* 14. *de dignita. li.* 12. *C. tit.* 1. *cũ ſim*
d *in orat. Demoſthe. cõtra Androtionem.*

netos quam ipſi dicunt, Quarantiam. Me
6 diolani, & ferè Italia omnis, omnes habet iudices mutabiles. Spartiatæ autem Lacedæmones, habebant primò curiam in quã ſeniorum ordo conueniebat, quã ipſi vocabánt Geruſiam. Domum Ephorum & Nomophylacum, cui legum tutela commiſſa erat. Erant & eorum qui Bidiæi appellantur Baſilicæ. Ac in Geruſia quidem ipſi patres fuerunt, quibus reipubl. ſumma, mandata, Fuerunt Ephori & Bidiæi magiſtratus quini vtrique. Bidiæi erant, qui ea quæ Plataniſta dicuntur, aliáque Ephæborum ludicra, curabant Ephori grauioribus præpoſiti negotiis. Quorum quidem vnus præcipuus de cuius nomine annus deſignabatur: Perinde atque Athenienſes, de eius nomine qui nouem primis pręſidebat, annos diſtinguebant ſuos. hæc Pauſanias[a]. Ex quibus colligitur, Ephoros annuos fuiſſe apud Spartiatas, & apud Athenienſes tẽpo-
7 rales quoſdã magiſtratus, alios autẽ & apud eoſdẽ fuiſſe cõſilij perpetui. At in Gallia, perpetua officia ſunt in Senatu, à cõſtitutione Ludouici. 11. Regis Galliarũ, vt ait Aufrerius[b]. Gaguinus[c], & Guillermus Benedicti[d]. Quodq; à Senatoribus prorogatum ab eodẽ Ludouico anno. 1498. ad

a *in Laconi. ſiue in lib. 3*
b *in conſtit. Galliæ tit. de exceßi. offici. §. præterea.*
*l. lib. 10. c. 2.*
c *in repetitio. c. Raynũt. in ver. Duas habens filias in prima part. nume. 44.*

alios regios magiſtratus, quorum claſſes & nomina diuerſa & varia ſunt, ſicuti & aliæ ſpecies & ordines iudicum, apud alias nationes fuerunt. De quibus qui plura videre deſiderauerit, conſulat Alexandrum ab Alexandro [a], cuius ſcripta referenda non cenſeo, ne falcem, in meſſem mittam alienam, vt plerique faciunt: cùm etiam exiſtimauerim ſuperiora de magiſtratibus à nobis qua potui facilitate collecta, iuuenibus ſeriem præcipuam Magiſtratuum Romanorum, aperuiſſe, quãdo ab vno principe, per tot varios caſus iactatam illorum rẽpublicam, per occurrentes anfractus & veluti per cuniculos, ad vnum principem, ſcilicet Cæſarem vſque veluti filo Theſei, ex Dædalo & latebris perduximus.

a *lib.4.c.xi.*

---

## CAP. XXXII.

*De his quæ princeps, concedendo Magiſtratibus iuriſdictionem, ſibi retinuit: & generaliter de magiſtratuum claſſibus.*

FVIT apud Romanos, in more & ſanctionibus priſcis poſitum, quandiu penes populum erat imperium, vt magiſtratus illius ſuffragiis crearentur, qui tẽporalibus gubernationibus, faſces imperij

perij vel reipublicæ, vel iudiciorum ſub-
2 irent. Huius rei gratia comitia habita, in
quibus præter modum virtutis, ambien-
tes magiſtratus, qui candidati dicebantur
populo ſeſe offerebant & benignius quē-
que etiam de fæce plebis, verbis interpel-
labant, demulcebantque & ſæpe mune-
ribus corrumpebant: atq; vt modeſtiores
& magis innocui, populo qui externis
facile decipitur & mouetur, apparerent,
abſque tunica in forum deſcendebāt, te-
ſte Plutarcho [a], aliqui, interdum ſeſe
proſternebant ipſi populo, vt ſcribit Ci-
cero [b]. Creabantur autem magiſtratus
maiores, Centuriatis comitiis, minores
vero Tribunitiis: vt ſcribit Gellius.[c] idq;
menſe Martio: vt notat Macrobius [d].
Ouidius [e]. Liuius & Cicero [f]. Diſplicue-
runt tamen hæc comitia aliquando &
merito, quòd ea varios æſtus, motus, &
anfractus haberent, non minus quam
ſęuum mare vel Eurypus. Fueruntq; an-
tiquis ſapientibus inuiſa, vt refert idem
Marcus Tullius Cicero [g], eo quod nul-
lus in his meritorum vel perſonarum ob-
ſeruaretur gradus: licentia autem nihilo-
minus hæc conceſſa, vt ſaltem populus,
qui duræ ceruicis eſt, pudore, magiſtrati-
bus quos ipſe ſibi delegiſſet obtēperaret.

a *Plutark. in vita Coriolani.*
b *Cicer. pro C. Plancio.*
c *Geleius lib. 13. c. 14. et li. 15. c. 27.*
d *Macrob. lib. 1. ſaturnal. c. 12.*
e *Ouid. lib. 1. ſaſt. verſ. 52. ibi eſt quoq; &c.*
f *Liuius decad. 4. lib. 1 & lib. 9.*
g *Cic. pro l. agraria cōtra Ruff. Tribunum pleb.*
h *Cice. orati. pro Murana & orat. oratio. pro Cneio Plancio.*

Cæterum tranſlata in principem vnum 3
Romanum poſtea poteſtate, fuit & crean
dorum magiſtratuum ius, à ſuffragiis in
eius authoritatem tranſlatum: vt teſtis
Vlpian.[a] Ad huius exemplum, & cæteri
principes ferè authoritatem & clauum
gubernationis adepti. Princeps autẽ ma- 4
giſtratus conſtituens, non omnia quæ po
teſtatis iuriſdicundi, neque paria omni-
bus iudicibus diſtribuit, ſed quædam pro
modulo ſuæ voluntatis cõceſſit, quędam
ſibi reſeruauit[b]. Retinuit enim in primis
ſibi ſummũ imperium, in quo legis con-
dendę poteſtas ſita eſt, nulli alij generali-
ter conceſſa. Secundo concedere ætatis
veniam, ad ſolum principem pertinet[c].
Tertio, ſolus princeps, relegatum vel exu
lem reuocare poteſt, & commeatum vel
remeatum tribuere, vt ſcribit Marcel-
lus[d]. In Gallia etiam rex alia retinuit, vt 5
indulta quæ vocantur, diplomata vel co-
dicilli veniales, *Lettres de grace*, quæ quidẽ
ab alio quam ab eius cancellario, non cõ-
ceduntur, quamuis iure ipſo, crimina ſint
ſine pœna: qualia homicidia quę in repel
lenda vi illata, ad tutelã ſui committi ac-
cidit, vel caſu, vel improuidè fiunt: quæ
quamuis pœna iure ipſo non vindicentur
capitali, tamen in Gallia puniuntur, niſi à
Regia

a *vl.l.1. ad leg.iul. de ambit.*

b *imperat. Conſtan.in l.1.& Iuſtian.in l. fin. de leg. lib.1.C. tit. 17.*

c *Conſtan. Cæſ.in l. 2. de his qui veniã ætatis impetrauer.li.2.ti. 45.*

d *in l.relegati.l.4. de pœnis li. 48.P.ti.19*

Regia authoritate pœnæ immunitas detur. Súntque alia quæ princeps quotidiè retinet, vt ius exigendarum pecuniarum, & vectigalium inſtituendorum. Item iuriſdictionis incrementa, & alia pleraq; quæ vſus docebit. Verùm & plura quam retinuerit, magiſtratibus princeps communicauit: maioribus, maius imperium, iuriſdictionem, & poteſtatem ampliorem, vt apud Aurelium Iuriſconſult [a]. Et apud Papinianum [b]. Et hi ſunt, quibus datur publici iudicij adminiſtratio, & vt loquuntur interpretes noſtri, quibus conceditur ſimul merum & mixtum imperium. Minoribus autem magiſtratibus, quod minus eſt, conceſſit princeps imperium: Quale eſt apud Iulianum Imperatorem [c], vt olim magiſtratibus municipalibus, actio tantum, & poſſeſſio dabatur à Prętore in cognitione iudicij de dāno infecto, cætera ſibi prętore reſeruante teſte Vlpiano [d].

6 Differentia autem horū iudicum fuit antiquitus hęc, vt Maiores Magiſtratus dicerentur, ſecundum Varronem [e]. Conſul, Prætor, Cenſor ad cuius arbitrium recenſebatur populus, item Ædilis, Quęſtor, Tribunus Militum, Tribunus plebis, Dictator, Magiſter equitū, reliquis pro minoribus habitis. Et fuit

a *in l. 1. de offici. præfecti prætor. li. 1. P. tit. x1.*

b *in l. 1. de officio eius cui mādat. eſt iuriſdic. eodē lib. P. tit. 21.*

c *in l. fin. de pedaneis iudici. li. 3. C. tit. 3.*

d *in l. 4. §. Duas, de dāno infecto. lib. 39. P. tit. 2.*

e *lib. 4. de lingua lati.*

diſtinctionis vna generalis formula hæc inter Romanorum iudicum claſſes. Alia 7
autem, quę propius ad Hebręorum Magiſtratuum pertinere videtur ordines. Hi enim diſtribuunt iudices & iudicia per duas claſſes, vt tradunt in quarta parte Talmud, quæ dicitur סדר נזיקן ſeder nezikin ideſt ordo nocumentorum. In tractatu vel lib. 2. quem vocant ſua lingua מסכת סנדרין maſſecheth ſanedrin, id eſt Tractatũ iudicum ordinariorum, vbi ſunt. 14. capita, quæ ipſi dicũt pirke. Vnam claſſem dicunt, דיני נפשות dine 8
nephaſcoth, id eſt, iudicia animarũ. Aliã, דיני ממונות dine mamonoth, id eſt, iudicia pecuniarum. Nos cum iuriſconſultis dicemus, iudicia criminalia & ciuilia, ſiue etiam vt ipſi pecuniaria. Criminum iudex, extra crimina principaliter decernerę & cognoſcere non poteſt ſicut & monet Vlpian [a]. Dictus & hic Latrunculator. Et iudex maleficiorum, & antiquis 9
Triumuir & Quæſtor. vt ait Vergilius [b].

Nec verò hæ ſine ſorte datæ, ſine iudice ſedes,
Quæſitor Minos vrnã mouet: ille ſilentũ
Cõſiliũq; vocat, vitaſq; & crimina diſcit.

Atque Claudianus inquiſitionem, & curam illius exprimit

a in l. ſolemnus l. 61 §. latrunculator de iudiciis li. 5. P. tit. 1.

b li. 6. Æneid. verſu. 430.

Quæ-

..Quæſitor in alto
Cõſpicuus ſolio, prętẽtat crimina Minos.

Nos etiam hunc iudicem poſſumus dicere, *le Preuoſt*, in cuius locũ, eo abrogato of-
10 ficio, Rex noſter Carolus IX. Viceſeneſchallos, vt vocãt ſubrogauit anno 1563. Mutato ſolum nomine, ſed vt verum fateamur, remanente eadem ſolicitudine & iuriſdictione. Latrunculator tamen, limitatam habet criminum & perſonarũ cognitionem, neque vt reliqui Quæſtores criminum, de omnibus poſſunt ius dicere: prout cõſtitutionibus Regiis cautũ & determinatum eſt, item in iuſſionibus
11 comitiorum Aurelia. Ciuilia iudicia ſunt per antitheſin, quæ criminalia non ſunt: éſtque titulus in iure de vtroque. Quando ciuilis actio criminali præiudicet, & an vtraque ab eodem exerceri poſſit[a]. Inter ciuiles iudices, quidam ſunt, qui limitatam in cognitionibus habent quantitatem. Veluti apud Iuſtinianum trecentum ſolidorum[b]. Et hoc in regno, creati fuerunt iudices & magiſtratus, Henrici Regis huius nominis ſecundi tempore,
12 dicti præſidiales vel præſidiaulx, qui citra appellationem omnimodam, liberum ius habent iudicandi decernendíque de negotiis ciuilibus, non excedentibus ſum-

ſ...

a *lib. 9. C. tit. 31.*

b *vt in §. & iudicare, de defen. ciuitatum in Authent. colla. 3. tit. 2.*

mam vel æſtimationem, 250. librarum turonenſium: item de cenſibus annuis, vſque ad ſummam ſemel & annuatim ſoluendam, decem librarum. Sed & interlocutoriè & per modum prouiſionis, vſque ad ſummam quingentarum librarum. extant hac de re Regiæ Henrici prædicti conſtitutiones euulgatæ anno 1551. menſe Ianuarij, cum prorogationibus eiuſdem anni, & menſis Martij, & ſequentium annorum ſub Rege nunc regnante Carolo IX. anni 1566. Sic etiam antiquitas, de minimis rebus appellationem ademit: ſi decem librarum 13
ſummam non excederent, vel earum æſtimationem, id iubẽte Iuſtinian.[a] Quod tamen iure canonico receptum non eſt, ſed liberè ab omnibus etiam minimis cauſis, prouocatio permittitur, ex ſanctione Alexandri. 3. Pontificis[b], ſicut & diuerſa eſt in aliis quæ ad prouocationis tractationem pertinent, canonici iuris & ciuilis, conſideratio. vt ſcribitur ab eodem Alexandro tertio[c]. Ex horum iudicum diſcretione, nata eſt phraſis loquẽdi vſurpata. agi criminaliter, vel ciuiliter. vt apud Valen. & Theodoſ. Cæſares[d]. Vix autem iſtæ notiones confunduntur, nec ſimul agitantur in eodem tribunali, niſi

a in §. illud De appell. in auth. col. 4. tit. 2.

b in c. de appellat. c. 11. de appell. li. 2. decretal. tit. 28.

c in c. ſuper eo. c. 12. eo. de appella. vbi interp. rationem diuerſi. reddunt. adde cano. anterior. cauſ. 2. quæſt. 6. in ſecũda parte decre. & vidẽda lex Iuſtiniani, in offerẽdis l. 35. de appel. lib. 7. C. tit. 62.

d in l. final. ad legem Cornel. de falſis lib. 9. C. tit. 22.

niſi cognitio criminis contingenter, vel vt loquuntur doctores incidenter, ad iudicem ciuilem vel contrà perueniat, tunc enim ab eodem tractari poteſt: veluti præfectus vigilum, de furto cognoſcens furtum rectè reſtitui iubet. apud Iulianum[a]. Atque poteſt etiam interdum pro vna & eadem re, agi & ciuiliter & crimi
14 naliter: ita tamen vt altera via electa, ea pendente, alteri iter præcludatur, vt proponitur exemplum, à Valen.& Gratian. Cæſar[b].

*a in l. interdum, l. 58. §. qui furē de furtis. lib. 47. P. tit. 2.*

*b in l. Damnus. l. 23. dicto tit. ad leg. Cornel. de falſ C. & in l. 1. quando ciuil. actio crimi. præiudic. l. 9. C tit. 11.*

## CAP. XXXIII.

*Cur ciuilia iudicia pecuniaria dici poſſunt.*

1 SEd quia in ſuperioribus dictum eſt, ciuilia iudicia dicta pecuniaria, expedit etiam cur ita dicta ſint paucis docere, ne iuuenibus defuiſſe in hoc videamur. Sciendum itaque, omnium trium idiomatum præcipuorum proprietatem, idem nobis inſinuare. De Hebræis primum dicendum, quia illorum idioma antiquius eſt. vt potè quòd in domo Heber, in generali illa linguarum diſtinctione vel confuſione, puritatē ſermonis & vitę remāſiſſe ꝑhibeant. Porrò Heb. ciuilia iu-

mam vel æſtimationem, 250. librarum
turonenſium: item de cenſibus annuis,
vſque ad ſummam ſemel & annua-
tim ſoluendam, decem librarum. Sed
& interlocutoriè & per modum pro-
uiſionis, vſque ad ſummam quingenta-
rum librarum. extant hac de re Regiæ
Henrici prædicti conſtitutiones euulga-
tæ anno 1551. menſe Ianuarij, cum proro-
gationibus eiuſdem anni, & menſis Mar-
tij, & ſequentium annorum ſub Rege
nunc regnante Carolo IX. anni 1566. Sic
etiam antiquitas, de minimis rebus ap-
pellationem ademit: ſi decem librarum 13
ſummam non excederent, vel earum æ-
ſtimationem, id iubẽte Iuſtinian.[a] Quod
tamen iure canonico receptum non eſt,
ſed liberè ab omnibus etiam minimis
cauſis, prouocatio permittitur, ex ſan-
ctione Alexandri. 3. Pontificis[b], ſicut &
diuerſa eſt in aliis quæ ad prouocationis
tractationem pertinent, canonici iuris
& ciuilis, conſideratio. vt ſcribitur ab
eodem Alexandro tertio[c]. Ex horum iu-
dicum diſcretione, nata eſt phraſis loquẽ-
di vſurpata. agi criminaliter vel ciuili-
ter. vt apud Valen. & Theodoſ. Cæſares[d].
Vix autem iſtæ notiones confunduntur,
nec ſimul agitantur in eodem tribunali,

niſi

*a in §. illud De appell. in auth. col. 4. tit. 2.*
*b in c. de appellat. c. 11. de appell. li. 2. decretal. tit. 28.*
*c in c. ſuper eo. c. 12. eo. de appella. vbi interp. rationem diuerſi. reddunt. adde cano. anteriori: cauſ. 2. quæſt. 6. in ſecũda parte decre. & vidẽda lex Iuſtiniani, in offerendis l. 35. de appel. lib. 7. C. tit. 62.*
*d in l. final. ad legem Cornel. de falſis lib. 9. C. tit. 22.*

niſi cognitio criminis contingenter, vel vt loquuntur doctores incidenter, ad iudicem ciuilem vel contrà perueniat, tunc enim ab eodem tractari poteſt : veluti præfectus vigilum, de furto cognoſcens furtum rectè reſtitui iubet. apud Iulianum[a]. Atque poteſt etiam interdum pro vna & eadem re, agi & ciuiliter & crimi
14 naliter: ita tamen vt altera via electa, ea pendente, alteri iter præcludatur, vt proponitur exemplum, à Valen. & Gratian. Cæſar[b].

a in l. interdum, l. 58. §. qui furē de furtis. lib. 47. P. tit. 2.

b in l. Damus. l. 23. dicto tit. ad leg. Cornel. de falſ. C. & in l. 1. quando ciuil. actio crimi. præiudic. l. 9. C. tit. 11.

## Cap. XXXIII.

*Cur ciuilia iudicia pecuniaria dici poſſunt.*

1 SEd quia in ſuperioribus dictum eſt, ciuilia iudicia dicta pecuniaria, expedit etiam cur ita dicta ſint paucis docere, ne iuuenibus defuiſſe in hoc videamur. Sciendum itaque, omnium trium idiomatum præcipuorum proprietatem, idem nobis inſinuare. De Hebræis primum dicendum, quia illorum idioma antiquius eſt. vt potè quòd in domo Heber, in generali illa linguarum diſtinctione vel confuſione, puritatē ſermonis & vitę remāſiſſe phibeant. Porrò Heb. ciuilia iu-

dicia dicunt, iudicia mamonoth. vt Prædiximus. Quia apud Rabinos & Syriacè, mãmonæ appellatione, facultates bonorum, diuitiæ, pretium & vtilitas continentur, vt in Targum geneſ. 37. exodi 21. Numeri. 31. Pſalmo. 118. prouerb. 3. & ita in euangelio Matthæi ſumitur[a], non poteſtis ſeruire Deo & Mammonæ. & apud Lucam[b] facite amicos de mamona. Hebræi purè loquentes vocant Mamonah, item omnem poſſeſſionem alio vnico & generali nomine מקנה Mikneh[c], à verbo קנה Kanah quod ſignificat, poſſedit, & acquiſiuit. Græci autem hæc omnia vocant vno verbo χρήματα teſte Ariſtotele[d]. χρήματα δὲ λέγομεν πάντα ὅσων ἡ ἀξία νομίσματι μετρεῖται. id eſt, χρήματα ſeu pecuniæ dicuntur omnia, quorũ valor nummo menſurari poteſt. Numiſmate autem omnia æſtimari poſſe, nemo dubitat: vt idem ait Ariſtoteles[e], μετρεῖται γὰρ πάντα νομίσματι. menſurantur omnia numiſmate. & Paulus Iuriſconſultus[f]. item Xenophon in principio œconomicorum id probat. vbi χρήματα dicit omnem οὐσίαν καὶ κτήματα, & βοσκήματα, continere. id eſt, omnem ſubſtantiam, poſſeſſiones, armenta & cenſus, opes & bona fortunæ, παρὰ τὸ χρήσιμα εἶναι. quòd vtilia contineat. Et hinc receptum

a c. 6.

b Luc. 16.

c vt geneſ. c. 13. in principio Geneſ. 26. & Iere. c. 32.

d 4. ethic. cap. 1.

e in 5. ethi. cap. 5.

f in l. 1. de contrahẽd. emption. lib. 18. P. tit. 1.

verbum χρηματίζω, pro Decerno, ſtatuo
de rebus ciuilibus, iudicio. vt apud Plu-
tarchum[a]. χρηματίζοντες τοῦ καμίλλου ἐπὶ τῆς
3 ἀγορᾶς. dũ Camil. in foro iura dat. Et ſæpe
idẽ reperitur apud Lucianum. Eadẽ & a-
pud Latinos exprimuntur per pecuniam,
quæ apud Hebræos & Syros per mamo-
nah, & mikne. Et apud Hellines p χρήματα
Nam quæcunque patrimonij noſtri ſunt,
pecuniæ appellatione cõtinentur. Signi-
ficatiue poſſunt, teſte Paulo[b]. Hermoge-
niano[c] & Vlpiano[d], & ita Cicero[e], is, in-
quit, à vobis iudices hîc expoſtulat, vt
quoniam alienam pecuniam tam ple-
nam ac præclaram, nullo iure inuaſerit,
quoniámque ei pecuniæ vitam Sexti Ro-
ſcij obſtare ac officere videatur, deleatis
ex animo ſuo omnem ſuſpicionem, me-
túmque tollatis. Et addit: ſeſe, hoc inco-
lumi, non arbitrari huius iuuenis, tam
amplum patrimonium & copioſum,
poſſe obtinere. vbi interpr. patrimoniũ,
quod antè pecuniã nominauerat[f]. Itẽ in
Verrem, pecuniam poſuit pro hæredi-
tate. Et de finibus[g], pro omni genere bo-
norum. Pecunia autem ita dicta, quòd
4 prima patrimonij ſpecies, cœpit ex
pecudibus, & à pecu patrimoniũ & pecu-
nia antiquitus dicta, vt ſcribit Varro[h]. &

a *in vita Themiſt. & in Cami.*
b *in l. pecuniæ verbum l. 3. de verbor. ſigni. lib. 50. P. tit. 16.*
c *in l. pecu. nomine l. 222. eo. ti.*
d *in l. pec. verbum.*
e *pro 6. Roſcio.*
f *in Actio. 3.*
g *lib. 2. de finibus.*
h *lib. 5. de lin. Lati.*

Diuus Auguſtinus[a], cùm prouentus faci-
lè accedat patrimonio ex pecudibus, vn-
de conflatæ diuitiæ, Iacob, Abrahæ, &
Loth[b], & Nabalis, mariti Abigail, qui ha- 5
bitabat in ſolitudine Maon[c]. Tales No-
madum, ex pecoribus opes: authore Stra-
bone[d]. Quæſtuoſiſſima námque eſt in
ruſticatione, paſcendi ratio. vt ſcribit Co-
lumella[e]. Quo circa nomine peculij &
pecuniæ, hinc orta ſunt, nempe à pecore,
quoniam id ſolum antiqui poſſederunt.
Adſtipulatur Marcus Varro[f], additq; an- 6
tiquam paſtoriam fuiſſe vitam, & ab hac,
ad agriculturam fuiſſe gradum: quod cor-
roboratur geneſis mundi libro[g], vbi tra-
ditur Abelem fuiſſe paſtorem ouium, &
Cainum agricolam: quódque placuerit
magis Deo Abel, quam Cain: quemad- 7
modum, & qui à Deo ſelecti ſunt, fue-
runt etiam paſtores. Atque filij Iacob Pa-
triarchæ, etſi Ægyptij vt improbi, dete-
ſtarentur paſtores, tamen ſe eſſe paſtores
ab infantia, profeſſi ſunt Pharaoni[h]. &
Rachel oues paſcebat[i]. Et Ioſeph agnos,
& fratres eius, oues[k]. Moſes, à domo
Pharaonis exul, paſcebat oues Ietro[l]. Da-
uid pauit oues patris[m]. Amos propheta 8
paſtor[n] & alij. Idcirco antiquitatis huius
imaginem, retinuit numiſma, vel num-
mus,

a *de doct. Chriſti. & in ca. non totum cauſ. 1. quæſti 13.*
b *Gen. 30, & 31.*
c *Regum, 1. c. 25.*
d *lib. 6. & 7. Ge.*
e *lib. 6. de re ruſtica in princip.*
f *lib 2. de re Ruſtica. cap. 1.*
g *c. 1. Gen.*
h *gen. 46. & 47.*
i *Geneſ. 29.*
k *Geneſ. c. 37.*
l *Exod. c. 3.*
m *1. Regū. c. 16.*
n *Amos. c. 1.*

mus primum excuſus charactere bouis
& ouis. teſte Plinio[a]. dictúſque pecunia. a li. 5. nat. hiſt.
9 Et olim etiam Romanorum vectigalia
pecuaria dicta. Sic & numiſmata χρήματα
dicta vt ſcribit Iulius Pollux[b]. vt etiam b lib. 3. c. 1.
Euripides accipit in ſupplicibus[c], & in c act. 3. & alibi.
Ἔργοις Heſiodus[d], dum ait χρήματα γὰρ ψυχὴ d li. 2. ver. 420.
πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι, id eſt pecunia eſt a-
10 nima, miſeris hominibus. Et pariter apud
Iureconſultos à pecunia vel pecu, patri-
monium dicitur & peculium[e]. docuit e- e in Rub. de pec.
tiam Vlpianus[f]. f in l. cogi. l. 16. ad ſenatuſconſul. treb. lib. 36. P. tit. 1.

---

## Cap. XXXIIII.

***De iudicum claſſibus Iudæorum & eorum ritibus in eligendis magiſtratibus.***

ITERVM autem diſtinguunt Iudæi,
1 ſuarum legum diſpenſationem in tres
iudicum claſſes, ſiue vt ipſi loquuntur domus. Prima apud illos dicta בית דין של עשרים ושלשה Beth din ſchel eſrim vſceloſchah, Domus iudicij viginti trium, (ſcilicet iudicum) aliter conſilium paruum, & lingua illorum סנהדרי קטנה ſanhedri Ketanah. vbi maiores cauſæ criminales ventilabantur, & iudicabantur. Alia erat בית דין של ושלשה Beth din ſchel vſcheloſchah. id eſt,

domus iudicij triumuirũ. ad quam minores cauſæ, vt furti, iniuriarum priuatorum, & dine mamonot deferebãtur terminandæ. Tertia Claſſis illorum, erat maius tribunal; ad exemplum Areopagi Athenienſis. dictum apud illos סנהדרי גדולה Sanhedri gedola vel conſiliũ magnum, בית דין של שב עם ואחד. i. domus iudicij ſeptuaginta vnius. vbi tantum ſacerdotes & reges, & ſumma arduáue negotia, iudicabantur. Et ibi reus poſtulatus Herodes Rex, quòd Ezechiam prædonem occidiſſet, ſi credamus Ioſepho[a]. & Caninio, qui hæc & plura tradit excerpta ex dicto capite, ſinedrin, ex Talmud ſecunda parte, quamuis ille tacito loco, referat idipſum[b]. Septuaginta autem vnius claſſis, ad imitationem reipublicæ Moſaicæ priſcæ, formam accepit. Quia vt ſupra docuimus ex lib. numer.[c] dictũ Moſi à Deo fuit, congrega mihi ex ſenioribus ſeptuaginta viros, qui quidem cum Moſe fuerunt 71, penes quos legis ſtatuendæ, erat poteſtas, & citrà appellationem, grauiorũ negotiorũ: quorũ ſi aliquis morere tur, ex inferioribus ſubſelliis, aliíſque ordinibus, alius eligebatur p manuũ impoſitionẽ Triũ aut quinque virorũ magni cõſilij túncq; Rabi dicebatur. Sicuti & apud Romanos

a *lib.* 14. *anti.* c. 17.

b *canon. in annot. noui Teſtamenti, C de Raka.*

c c. 11.

Romanos id fuit ex lege duodecim tabularum obſeruatum, cum ea cautum fuiſ-
3 ſet in hæc verba: Magiſtratibus minoribus, ad ampliorem honoris gradum, primus aſcenſus eſto. teſte Cicerone[a]. Quod per Prætoris edictum ex parte renouatũ inuenitur, apud Modeſtinum.[b] quia ex iam electis, magis probatus fieri debet[c]. Neque enim melius poſſet electio fieri, quam ex iam approbatis: cũ neq; par ſit, niſi pręſtantem eligi. vt ait Euripides.[d] his verbis. Μηδὲν ἂν χρέους ἕκατι προστάτην θείμην χθονὸς, μηδ' ὅπλων ἄρχοντα, νοῦν χρὴ τὸν στρατηλάτην ἔχειν πόλεως· ὡς ἄρχων ἀνὴρ πᾶς, ξύνεσιν ἢν ἔχων τύχῃ. id eſt, Neminem inquit, ego rei & officij gratia, terræ crearim præſidem, Neque militiæ ducem: Nam imperatorem, ſagaci mente conuenit eſſe præditum, Et vt omnibus præſidentem, habere oportet conſuetudinem cuiuſque, & ciuitatis. Hæc ille. vt autem Iudæi ſuis magiſtratibus authoritatem, & ſymbolum maieſtatis in hac electione darent, occidebantur à viginti tribus iudicibus, quin-
4 que animalia. Lupus, leo, vrſus, pardus, ſerpens, idque mea ſententia ad monendum electum, à natura animalium horum, eſſe abſtinendum in tam celebri conſiſtorio: Nempe à rapacitate, ſuperbia, vindi-

*a 3. de legibus.*

b *in l. vt gradatim l. 11. de muneri. & honor. lib. 50. P. ti. 4.*

*c cano. legi 93, diſtinction. in 1. parte decret.*

d *in Iphigenia actu. 2. verſ. 81.*

cta,ſimulatione,deceptione.Et aliisvitijs de quibus ſcribit liber Sinedrin, & meminit Quinquarboreus in ſcholijs verſionis Targum Lamentationis Hieremiah. Fuerunt enim edocti antiqui Hebręorum,tùm lege diuina tùm experientia rerum, quam plurima iudicibus occurrere poſſe, quæ mentes eorum præſtringunt, & ſæpe vſque adeo impia, vt nec etiam à feris interdum abeſſe videantur. Quocirca illos admonere per necem ferarum voluerunt. Et hæc ad mores benè inſtituendos iudicum,obſeruarunt Hębræi.

## Cap. xxxv.

*De his quæ ab optimis iudicibus obſeruári debẽt & quòd ſapientia in illis deſideretur, & quid ſit ſapientia.*

SEd ne Chriſtianæ Reipublicæ gubernatio, deterior illa Iudæorum videatur,Nos non pigebit inſtitutionem verorum magiſtratuum, prout ſentimus explicare.eo lubentius quod noſtra Eunomia,hinc radices ducat, cùm neque pręceptũ de quo loquimur,SVVM CVIQVE TRIBVERE,ſine his excoli poſſit.Neque vlla ciuitas, re vera ciuitas erit,niſi recto ordine iudicia fuerint conſtituta, vt ait Plato

Plato[a]. Et vt ſcribit Agapet.[b] δυσθήρατος ἐ- a 6. de le-
στιν ἡ τοῦ δικαίου εὕρεσις, ῥαδίως ἐκφεύγουσα τοὺς μὴ gibus.
λίαν προσέχοντας. Difficilis captu eſt, iuſti b in admo-
inuentio, faciléque effugere ſolet parum niti. ad In-
1 animaduertentes. Eligendi igitur Magi- ſtinia. nu-
ſtratus, viri, legum doctrina, & rerum ex- me. 42.
perientia præditi exemplo Iuſtiniani[c], c in l. 1. de
qui ſint puræ & immaculatæ vitæ, nam Iuſtinian.
& hoc Ethnici inquirebant. atque eius o- Codi. con-
ſtendendi, & probandi gratia, qui per ſuf- ſir.
fragia, magiſtratus Romanorum petebāt
albis induebant ſe veſtibus, candidatíque
prodibant vt ait Blondius[d]. cùm hic co- d lib. 3.
lor purus, non alio extraneo, quam albo Triumphā-
naturali infectus, quandam animi inte- tis Romæ.
gritatem repræſentaret. Meminit etiam
Liuius[e]. Non tamen candor veſtium, ſed e lib. 4.
animi quęrendus eſt. Quódque probabi- Decad. 2.
tur per ea quæ ſequuntur. Si eligantur
2 viri ſapientes, timentes Deum, in quibus
ſit veritas, & qui oderint auaritiam. vt
ſcribitur in Exodo[f]. Quæ quidem ex- f c. 18.
plicanda nobis. vt poſthac magiſtratus,
per ea, veluti aurum lapide lydio, proben
tur: & vt iuuenes mei amantiſſimi, qui
ad Rempublicā aſpirant, caueant ea, quæ
his officiūt, & animū totis viribus, in his
quæ ad illa viā dirigūt, aſſueſcant: Primū
igitur explicandum eſt, vt ſint ſapientes,

Sapientem autem dici exiſtimat Accurſius [a]. eum qui plenum habeat animi iudicium. Hoc tamē in loco, forſan rectius dicetur talis eſſe, qui iuſtè & benè viuit, benéque viuendi habet cognitionem: nā vt ait Horatius [b]. Sapientia prima, ſtultitia caruiſſe. vel ſecundum Terentium [c].

Iſtud eſt ſapere, non quod ante pedes mo
do eſt
Videre, ſed etiam illa quæ futura ſunt,
proſpicere.

Adde ſapientiæ eſſe, motibus animi non 3
ſubiici, & faciem & animum regere: vt ait Calliſtratus, [d] vt ſupra in hoc iſto libro cum de honeſtate loquebamur diximus. vt etiam admonuimus, manus & oculos, continentes habere debere, ex Sophoclis exemplo citato à Ciceron. [e]. Quæ omnia, ad conſtantem ſapientię pertinent naturam, ſicut & ea officij iudicis anacephalęoſis quæ fit à Iuſtinia. [f]. Oportet inquit (Scribens Tribuniano quæſtori) te purè ſementem adminiſtrare, & ſine omni ſuffragio, mundas ſeruare Deo, nobíſque & legi manus: & nullum contingere lucrum, neque maius, neque minus: neque captioſum quicquam contra ſubiectos facere negotiatione: ſed contentum eſſe ſolis tibi à fiſco miniſtratis: & tam

a *in l. diem proferre. l. 32. in §. coram in prima gloſſa de recep. arbi. lib. 4. P. tit. 7.*
b *lib. 1. epiſtolarum epiſt. 1.*
c *in adelphis act. 3. pœna. 3. ver. 32.*
d *in l. obſeruandū, l. 19. de offic. præſid. lib. 1. P. tit. 18.*
e *1. officior.*
f *in § oportet igitur. De Mandat. principum, in authentic. col. 3. ti. 4.*

& tam per te quam per eos qui circa te ſunt, purum eis vndique ſeruare ius. &c.
& ſecundum Iuuenalem[a].

Paulatim vitia, atq; errores exuit omnes,
Prima docens rectum ſapientia.

Et rurſus eod.[b].

Magna quidem, ſacris quæ dat præcepta libellis.

4 Victrix fortunæ ſapientia. Ex Stoicorum autem ſchola, agnitionem humanarum rerum & diuinarum, ſapientiam vocantium[c], ij tantummodo dicti ſapientes qui ſuperna, mentis acie requirunt, & quæ quærendi ſagaci diligentia, compræhendunt, & quantum viuendi perſpicuitas præſtat, imitantur: in hócque ſolo eſſe exercitia virtutum dicunt, quarum officia hic diſpenſant, vt ſcribit Macrobius[d]. Iſtę itaque omnes ſapientiæ qualitates, magiſtratuum debent eſſe comites. Quia, vt ſcribit Cicero[e], ſeruari Iuſti-
5 tia, niſi à forti viro, niſi à ſapiente, non poteſt. Quocirca & Stoici illud ſæpe in ore habebant, Sapientem, ſemper gerere magiſtratum. ideóque dixit iocandó Aulus Albinus ad Carneadem, ego tibi Prętor eſſe non videor, cum ſapiens nō ſim, cui reſpondit Carneades, mihi quidem non autem huic Stoico, ſcilicet Diogeni,

a Satyra.13 verſ.189.

b verſu.19.

c vt ait Cicero.2.officij.

d in Somnium Scipionis Ciceronis lib.1. c.8.

e [illegible] bus.

*a lib. 4. academicarũ quæſtionũ.*
*b 3. de orator.*

teſte Cicero[a]. Ex quibus & improbanda quædam Philoſophorum hæreſis, qua dictum, ſapientem verſari non debere in repub. quam etiam reiicit, Cicero[b]. Manauit námque hæc ſententia potius ex otio, & puſillanimitate grauia audendi, quam ex philoſophia. Cùm enim reſpublica ſine delinquentibus & iurgijs eſſe non poſſit, propter hominum duram ceruicem & varios mores, & pronam ad nocendum facilitatem naturæ: ita fieri non poteſt citra periculum humanæ naturæ, & ſine eius breui internecione, quin & magiſtratus, velut ſapientiores ad componendam tantam, & plerúmque inutilem hominum fæcem, non exigantur. Cõcederem enim, rebus omnibus exæquatis, & tranquillis rebus & perſonis, ſublatíſque officiis mutuis, ſapientiam, vbi pedem poneret, non habiturã: neceſſitas namque iuris tolleretur, diſcrimine omni & rerũ delectu remoto. Sed quia id fieri nequit, ideo ridenda opinio & eius authores, vt ſcripſit contra Ariſtonem Chryſippus, & Cicero[c]. Et idem alibi[d]. Quàm grauis verò inquit, quã magnifica, quàm conſtans perficitur perſona ſapientis! qui, cùm, ratio docuerit quod honeſtum eſſet id eſſe ſummum bonum, ſemper ſit neceſſe eſt

*c lib. 4. de finibus bonor.*
*d de finibus in fine.*

beatus

beatus, veréque iſta nomina poſſideat quæ ab imperitis irrideri ſolent. Sed & qui iuſtitiam exercet, qui ius reddit, penè diuinus ex mortali efficitur, cùm Iuſtitia, vt in primo docuimus, Dei ſanctiſſima ſit ordinatio & munus: & eam ob cauſam cùm ſolius Diuini ſit, ſapere & intelligere, vt ait Ariſtotel.[a] neceſſum eſt ſolos ſapiẽtes magiſtratũ gerere, non alios. Hi enim vt ait Cicero[b]. & ſoli reges, diuites & formoſi, dici merentur. & de hoc vidẽdus Petrus Victor[c]. Et in apophthegmatis Antiſthenis legitur, Antiſthenẽ dixiſſe, ſapientẽ ſibi ſufficere: eo quod omina quæ aliorum ſunt, & huius ſint: quod & ſcribit Plutarchus[d]. vnde tales reipublicæ curandæ aptiores, in quibus affectiones rerum ab vſu proprio emortuæ. Quia vt ſcribit D. Ambroſ.[e] Sapiens nihil alienum, nihil quod eſt virtuti incongruum, poſtulat: & quocunque acceſſerit, ſua omnia: totus mundus ei poſſeſſio, vbique ciuis, nuſquam ſe peregrinum nuſquam hoſpitem ſe iudicat. Quamobrem iurè Lucretius[f], dixit de hac admiranda rerum adminiſtratione & Sapientia, hæc quæ ſequuntur.

Dicẽdum eſt, Deus ille fuit, Deus inclyte Memmi
Qui princeps rationẽ vitę inuenit eã, quę

a *lib. 4. de parti. animal. c. 10.*
b *in Lucullo.*
c *lib. variarum lectio. xi. c. final.*
d *lib. de tranquillitate animi.*
e *epiſtola 35. ad Conſtantinum.*
f *lib. 5. verſu. 8.*

Nunc appellatur ſapiẽtia: quique per artẽ,
Fluctibus è tãtis vitam, tãtíſque tenebris
In tã tranquillo & tam clara luce locauit.
Vbi Deum vocat, ſapientiæ inuentorem 7
& eum qui ad vtilitatem rerum publicarum eam accõmodauit. vt etiam adſtipulatur Phocylides in Gnomis εἷς θεός ἐστι σοφὸς, δύνατος θ᾽ ἅμα, καὶ πολύολβος, i. Deus inquit, vnus ſapiens eſt, potens ſimul & omnifariè beatus. in quo & conſentit cũ Diuo Paulo [a], qui dicit ſolum ſapientem Deum. Eſtque ſimilis confeſſio adoleſcentis Eſdræ [b]. Domine cœli, à te eſt victoria, ſapientia, & claritas. Et in Pſalmis [c], Teſtimonium domini fidele, ſapientiam præſtans paruulis. Et apud Ieſaiam [d]. Sapientia & diſciplina, à domino: quod & ait Daniel [e]. Iſque in ſapientia ſua conſtituiſſe dicitur hominem [f]. Quia & omnia in ſapientia fecit [g]. Et ſapientia ſua, fundauit terram [h]. Ideo, inter præcipuas nationum monarchias etſi veri Dei notionem
non haberent, tamen ſapientiam, vt ali- 8
quid inter homines numen ſingulare, veneratam & magni factam compertum eſt. Et apud Ægyptios, ſacerdotes ex ſapiẽtibus, & ex ſacerdotibus ſapientibus, Reges eligebantur. vt ait Plato, & Marſilius Ficinus [i]. Fuerunt ſeptem, velut Græciæ

*a ad Roman. 17. c. in iure.*
*b 3. lib. c. 4.*
*c Pſal. 18.*
*d c. 33.*
*e Daniel. 2*
*f ſapientiæ 9 c.*
*g pſal. 103.*
*h prouerbior. 3. c.*
*i in prolog. in mercurij pimandrũ & Aſclepiam.*

ſapientes, clari, vt ſcribit Laertius[a] quorũ vnius Biantis, illa ſententia, Sapientiam dilige.[b] Et hinc prodiit opinio Platonis, Reges ſapere oportere. Et in lib. ciuil. quòd vir ſapiens gubernabit ſemper, ad ſubditorum ſalutem, vt ad nautarum nauíſque ſalutem, reſpicit nauclerus. Quod mirè congruit Diuinæ & Chriſtianæ Theologiæ, in qua ſapientes, quamuis genere & obſequio ſerui, dominationem merentur, & aſſecuti ſunt.[c] Admonet & Tobias,[d] conſilium ſemper à ſapiente quærere. Mòſque erat Perſarum & Medorum Regum, aſsidentes habere ſapientes, vt ſcribitur in hiſtoria Heſter,[e] vtpotè maximè neceſſarios Regiæ maieſtati. Cum indignationes regis, nuntij ſint mortis, & vir ſapiens placet eum, vt ſcribitur in Parabolis Salomonis,[f] & Pharao habebat conſilium ſapientum, teſte Ieſaia.[g] Melius autem eſſet, ſi Rex ipſe eſſet ſapiens: Huiuſmodi quippe Rex, populi eſt ſtabilimentum,[h] & concupiſcentia ſapientiæ, deducet ad regnum perpetuum.[i] In quo laudandus Roboam, alioquin prauus, qui cogitabat ex filiis conſtituere Regem Abiam, eo quod eſſet cęteris prudẽtior & ſapiẽtior.[k] Notandũ autem, ſapientiã nõ

a in. 1. de vitis philoſo. in Thalete.
b idẽ eod. ſcribit li. in Biante.
c geneſ. 41. prouer. 3. 11. 17. & 21. & Eccl. 37.
d 4. c.
e c. 1.
f c. 16.
g c. 19.
h Sapiẽtiæ c. 6.
i vt eodem ſcrib. capit.
k 2. paralipom. c. 11.

tantum in cognitione, ſed etiam in re- 12
rũ periclitatione verſari & vſu. Et Affra-
nius de eo ita ſcripſit in Togata, cui Sel-
læ nomen eſt. Vſus me genuit, mater
peperit memoria, σοφίαν vocant me grę-
ci, vos ſapientiam. vt meminit Aulus Gel
lius.[a] Euripides etiam in Licymnio de
Hercule loquens, ait, πᾶσαν ἀν ἔργῳ περὶ τε
μνομένην σοφίαν. Omnem ſapientiam, reipſa
menſuratam, vt refert Diogenes Laër-
tius[b] his & Seneca etiam adſtipulatur,[c] 13
Sapientia, inquit, res tradit, non verba: de
diuinis humaniſque cogitat, de præteri-
tis, de futuris, de caducis, de præſentibus,
de tempore, de æternis. Cicero etiam,[d]
ſapientis inquit proprium eſt, nihil quod
pœnitere poſsit, facere: nihil inuitum:
ſplendidè, conſtanter, grauiter, honeſtè
omnia: nihil ita ſpectare, quaſi certò fu-
turum: nihil cum acciderit, admirari vt
inopinatum ac nouum accidiſſe videa-
tur: omnia ad ſuum arbitrium referre, ſuis
ſtare iudiciis: & cætera. Eget autem ſtu-
dium huius, vt eam aſſequamur diligenti
opera, & ſtrenuo labore: eo quod autho-
re Cicerone.[e] Sapientia, ſit acquiſita, nec
eã genuerit hominem, ſed acceperit i-
pſum à natura inchoatum. Quocirca, hi
qui, iam ſapientiã adepti ſalſis ſudoribus
fue-

a *lib. 13. Noctium atticarũ c. 8.*

b *lib. 3. de vitis philoſoph. in Platone.*

c *epiſt. 71.*

d *li. 5. quæſt Tuſculana.*

e *lib. 2. de finibus.*

fuerint,in Eunomia moderanda & pro iu
re reddundo, inueſtigandi ſunt non alij.
Quia lex, ſapientia,timor,prudentia, ſibi
inuicẽ hærent, vt tradit Rabinus Eliezer
filius Azariæ,qui ita ſcribit, אם אין תורה
אין דרך ארץ. אם אין דרך ארץ אין תורה:
אם אין חכמה אין יראה: אם אין יראה
אין חכמה: אם אין דעת אין בינה: אם אין
בינה אין דעת. Si nõ eſt lex,nõ eſt politia
(ita.n.politiã,vocãt, דרך ארץ) ſi non eſt
vita politica,nec lex: ſi non eſt ſapientia,
nec tímor: ſi non eſt timor,nec ſapientia
ſi non eſt ſcientia,nec prudentia:ſi nõ eſt
prudentia, nec ſcientia. Ita is in pirke a-
uoth.[a] D.Auguſtinus etiam.[b] Non alias a c.3.
putes ſapientiam, niſi veritatem, in qua b de libero
tenetur & cernitur ſummum bonũ: nul- arbit.
lo loco abeſt,nuſquam deeſt,foris admo-
net,ius docet,in ſe omnes in melius com-
mutat, à nullo in deterius commutatur:
nullus ſine illa, benè.Hæc prudentia ſua
virum reddit, viribus autem Draconem.

4 Porro dum Draconem efficere ſapien-
tiam dicit, videtur antiquitatem Cecro-
pidarum explicare ſcitu dignam, apud
quos finxerunt,Ducem primum,partim
hominẽ partim Draconẽ fuiſſe:vt expreſ
ſit Demoſthenes in oratione funebri,
*ᾔδεισαν κεκροπίδες τὸν ἑαυτῶν ἀρχηγὸν. τὰ μὲν*

ὡς ἐστὶν δράκων, τὰ δ᾽ ὡς ἐστὶ ἄνθρωπος λεγόμενος, ἐκ ἀλλόθεν ποθὲν, ἢ τῷ τὴν σύνεσιν αὐτοῦ προσομοιοῦν ἀνθρώπῳ τὴν ἀλκὴν δὲ δράκοντι, id eſt, Norũt inquit Cecropidæ Ducem ſuum partim Draconem, partim hominem dici non aliundè profectò, niſi quod prudentia ſua homini, viribus autem draconi, ſimilis eſſe diceretur. Dux autem hîc & gubernator, poteſt eſſe & intelligi, ob ſapiẽtiam. Quia vt Iamblicus ait κυβερνητικὴ τις ἐστὶν τῶν ἀνθρώπων καὶ τοῖς ὅλοις ἐν αὐτοῖς διατάξεως ἀρχηγὸς, ἡ φρόνησις gubernatrix ẽſt hominum, & omnium eorum conſtitutionum princeps, ſapientia: & per eã ſapiens, conſiliũ obtinet & ſuſtinet. Accedit quod ſcripſit Sophocles,[a] σοφὸν γὰρ ἓν βούλευμα τὰς πολλὰς χεῖρας νικᾷ id eſt, vnum inquit conſilium ſapienter initum, multas manus vincit, Dux etiam ſiue Rex Iſraëlitarum 15 Salomon cognoſcens, hanc ſapientiam principi & magiſtratui neceſſariam, cùm primùm princeps creatus fuiſſet populo, non alia de cauſa quam vt illi præeſſet iuſtè, quemadmodum alij apud cæteras nationes[b] poſtulauit tantum à Domino, ad iudicandum ſapientiam.[c] Et regale certè munus ſapientia, & optimi viri optimum donum: cum in maleuolam animam non introeat ſapientia, nec in cor

*a. in Antiope.*

*b regum 1. c. 8.*

*c 1. l. 2. paralipomen.*

pore

pore ſubdito peccatis.[a] Ex quibus verbis & facilè colligitur, ſapientiam hanc *a ſapien.1.*
16 ieiunam eſſe non debere, eámque eſſe præſtãntiorem ea, quã coluerunt antiqui ethnici, qui planè illam non dignoſcerẽt incognito illis ſapientię authore, Deo, vnde & illis inutilis partim etiam fuit, & reprobata. Scriptum enim eſt, perdam ſapientiam ſapientum, & prudentiam illorum reprobabo.[b] Et apud Iiob[c] cõprę- *b Ieſa.29.*
hendam ſapientes, in aſtutia eorum. Item *c.1.Cor.c.1.*
& cogitationes ſapientum, nempe eorũ, *c 5.c.*
17 vanæ dicuntur.[d] Neque etiam nos de hac *d pſal. 93.*
tractamus nuda & à Dei cognitione aliena, ſed de vera Chriſtiani iudicis ſapiẽtia: de qua in lib. Prouerbior.[e] quæ cum vera *e 2.c.*
religione, iudicium, iuſtitiam, æquitatẽ, omnem ſemitam bonam, conſectatur: aliquid habens amplius, pręter paganorum ſapientiam, quæ tamen boni plurimum habebat, ſed non ſummum bonum. Illud autem quod boni apud illos erat, & nos ab illis, vt ab iniuſtis poſſeſſoribus, repetimus, dicimúſque cum illis & Demoſthene,[f] quod ὀρθῶς δεῖ δικάσαι, καὶ τὴν τὰ δίκαια ἀγαπῶσαν εὐνομίαν περὶ πλείστου ποιεῖσθαι, ἣ πάσας καὶ πόλεις καὶ χώρας σώζει, rectè oportet iudicare, & Eunomian amãntem iuſta, plurimi facere, quæ plu- *f contra Ariſtogitonẽ.*

res vrbes & regiones conſeruat.

## CAP. XXXVI.

### *De timore Dei, quod is magiſtratibus ineſſe debeat.*

SEd cùm ſapientiæ & Eunomię excel-
lentiſſima pars ſit Dei timor, & cum 1
timor Dei, ſit ſapientia: & recedere à
malo, intelligentia.[a] ſitque hæc ſecunda
magiſtratuum conditio, requiſita. De ti-
more Dei nunc agamus. Timere Deum
vt ait Gaegorius[b] eſt: nulla quæ facienda
ſunt bona, præterire: Hinc initium & ple-
nitudo ſapientiæ.[c] Et dicit Iiob.[d] Ecce
timor domini, ipſa eſt ſapientia, & recce-
dere à malo. Et cùm omnibus æquè ſit
timoris Dei lex mandata[e] tamen inter
cæteros magis debet timere Deum iu-
dex. Quia ſcriptum eſt.[f] Magnus eſt iu-
dex, & potens in honore, & non eſt ma- 2
ior illo, qui timet Deum. Et Iſocrates
ad Demonicum, inſtruens magiſtratum[g],
Deum time inquit. Nam & verè iuſti
ſunt hi, qui ſciunt, quæ erga Deum & ho-
mines agere atque dicere oporteat, vt
ait Plato,[h] & ſemen hominum honora-
bitur, eoquod timeat Deum. Et qui timet
Deū facit bonum.[i] Idque ſentire videtur
Rabi Aben Tybon in libro Ruah aché.[k]

a *Iiob. c. 28*
b *in moral.*
c *Eccleſiaſt. 1 & 2. c. Prouerb. 1. & 9. & pſal. 110.*
d *c. 28.*
e *vt ſcrib. Deutero 4. 6 et 17. c et & Ieſue 4 & 24. & regum. 1. li. c. 12 & 4. reg. c. 17. Neemiæ 1. Tobiæ 1. c. pſal. 31. 32. 33. 10n Prouer. 24. Eccleſiaſt. 5. Eccleſiaſt. 7. Math. 10. Luc. 12. & ali.*
f *Eccleſia. c. 10.*
g *præcepto: x1.*
h *in Alcibiad. 2.*
i *Eccleſiaſt. 15. c.*
k *c. 3.*

ויראת ה׳ היא עזיבת המעשים המגונים
ובחירת המעשים הנאים כאשר אמר ארון
הנביאים ע״ה המצות המעשיות ויראת
מאלהיך אני ה׳: המצות הצרך ליראם
מעונש ה׳ וחור המשורר:

Et timor Dei eſt, inquit, abſtinere ab actionibus cum turpitudine coniunctis, & res honeſtas pulchráſque aggredi : ſicut loquutus eſt dominus prophetarum, de pręceptis quæ ad actionem referuntur. Et timebis dominum Deum tuum, ego dominus. Quia ex pręceptis, quorum finis eſt actio, Dei pœnam extimeſcere opor-
3 tet, hęc ille. Duæ autem ſunt ſpecies timoris, quemadmodum & amoris: vna ſui ipſius, in amore Philautia dicta, alia Dei: vt ſcribit Raimuudus de Sabunda in lib. Creaturarum ſiue Theologię naturalis.[a] Atque vt amor quiſui ipſius eſt, comitem habet pœnam & triſtitiam, eo quod qui ſe ſtudioſè diligit vel amat, timet omnia quæ ipſum vel ſua lædere poſſunt, & fit ſeruus omnium creaturarum quas timet: ſic & timor hinc improbus ſequitur, quē nos non exquirimus, cum is ex ſui ipſius amore etiam impiè ſeſe nimium vltrò offerat, nam, vt ait Horatius.[b]

Stultus & improbus hic amor eſt dignúſque notari. Et rurſum.[c]

Qui timet, is aduerſa ferè miratur eodē,

a *tit.176.*

b *li.1.ſerm.*

c *Idē Horat.ad Numiciū lib.1.epiſt.ver.9.*

Quo cupiens, pacto: pauor eſt vtriq; moleſtus.
Improuiſa ſimul ſpecies, exterret vtrumque.
Gaudeat, an doleat, cupiat, metuátve, quid ad rem?
Si quicquid vidit melius, peiúſve ſua ſpe,
Defixis oculis, animóque, & corpore torpet.

a 5. de legi. Ratióque elicitur ex Platone[a] τὸ δ'ἀλήθειά γε πάντων ἁμαρτημάτων διὰ τὴν σφόδρα ἑαυτοῦ φιλίαν, αἴτιον ἑκάστῳ γίνεται ἑκάστοτε. τυφλοῦται γὰρ περὶ τὸ φιλούμενον ὁ φιλῶν, id eſt, Re vera, inquit, nimius in ſe ipſum amor, omnium peccatorũ cuique cauſa quæque eſt. Obcæcatur enim circa amatum, qui amat. Itaque Dei timor à nobis hîc exigitur: huius autem cauſa, cum ipſum aliquis vnicè diligit, omnia contemnit & ſuffert, & quæ recta ſunt liberè & & intrepidè exequitur, Et ex hoc fonte prodiit, illa pars iuris, quæ res diuinas vel ſacras, ſumma cum reuerentia, tractat: vt de ſumma Trinitate. De Epiſcopis & clericis, & reliqua quæ ſuprà enumerauimus, cùm de religione loquebamur. Hæc etiam cauſa legum obſeruatarum, ſcilicet timor Dei, quo ducimur ad magiſtratuum obe-

b Rom. 13. dientiam, vt D. Paulus ait.[b] Hinc iuſtitia,

rerum

rerum diuinarum & humanarum noti-
tia, Vlpiano [a]. Sicut & iuris prudentia, a-
pud Iuſtinianum [b]. Et Tribunianus voca-
4 uit etiam magiſtratum, Religioſiſſimum
antiſtitem [c], vtpotè, qui de Deo rectè ſen
tire debeat antequam iudicet, vel officio
fungatur publico [d]. Atq; antiquis tem-
poribus, vt hic timor Dei, hæreret animis
iudicantium, Senatus Romanus, nunquã
niſi in loco inaugurato & conſecrato ſe-
5 debat: vt refert Seruius [e]. Super illud Re
gibus omen erat: hoc illis, curia, tẽplum.
Repetit Annius Viterbenſis lib. de anti-
quitate, & rebus Hetruriæ. Et in quæſtio-
nibus de Thuſciá. Mos etiam hic retine-
tur in curiis ſupremis Galliæ, quas dici-
mus parlamenta, & in Senarchiis, quas di
cimus ſeneſcallia. In quibus ſaltem Tho-
loſæ bis in die ſacrificium miſſæ celebra-
tur. Manè dum curiam ingrediuntur Se-
6 natores: & dum diſſoluitur concilium.
Maximi certè momenti timor Dei in iu-
dicibus, vt eum reueriti verſipelles rabu-
larum fucos, vel litigantium obſeruent
& pauperum vel potẽtum facies: in qui-
bus exigitur vis & robur animi. Scriptum
autẽ eſt in Eccleſiaſtico [f]. Noli quærere
eſſe iudex, niſi valeas virtutute diſrũpe-
re iniquitates, ne fortè extimeſcas faciẽ

a *in l. iuſtitia, l. 10 de iuſtit. et iur li. 1. P. tit. 1.*
b *in §. 1. in iuris ciuil. inſtitut. tit. 1. De iuſtit.*
c *in §. penult. de attiliano tut. li. 1. inſtitu. iuris ciuilis tit. 20.*
d *in §. credentes in authenti. conſtitu. de ſtatu. et conſuetud. collat. 10. in l. credentes de hæretic. li. 1. C. tit. 8.*
e *in Vergi. 7. Æneidũ*
f *c. 7.*

potentis,& ponas ſcandalum in agilitate tua. Iuuatur autem, fouetur & dirigitur mens ad hæc, ſi iudex ante oculos ſem- 7
per pro ſpeculo proponat ſibi horrẽdum eſſe, incidere in manus Dei viuentis. Paulo teſte[a]. Et ſeruiendum eſſe Deo viuenti, cum metu & reuerentia [b]. Item quod iudices non hominis exercent iudicium, ſed Dei: & quodcumq; iudicauerint, in illos redundare debeat: vt ſuos admonebat magiſtratus Ioſaphat Rex Iuda [c]. Addens poſt hæc, ſit timor domini vobiſcũ. Quod etiam Phocylides in gnomis admonet, dicens, *ἀδίκως μὴ κρίνε πρόσωπον ἢν σὺ κακῶς δικάσης σε θεὸς μετέπειτα δικάσει*, id eſt. Iniuſtè ne iudices perſonam: quod ſi tu malè iudicaueris, Deus te poſtea iudicabit. Docet & ſapiens his verbis [d]. Audite ergo, inquit reges, & intelligite, diſcite iudices finium terræ, præbete aures, vos qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum; quoniã data eſt Domino poteſtas vobis & virtus ab altiſsimo, qui interrogabit opera veſtra, & cognationes ſcrutabitur: qui cum eſſetis miniſtri regni illius, non rectè iudicaſtis, nec cuſtodiſtis legem iuſtitiæ, neque ſecundum voluntatem Dei ambulaſtis: horrendè & citò apparebit vo-

bis,

a *ād Hebræ. 10. c.*
b *vt idem ad Heb. 11.*
c *lib. 2. paralipomen. c. 19.*

bis, quoniam iudicium duriſsimum in his qui præſunt fiet.

---

## Cap. XXXVII.

### *Quod Iudices debeant odio habere auaritiam.*

1 SEQVITVR nunc tertia iudicum proba conditio, qui oderint auaritiam. Hanc effugient, ſi iam timorem Dei habuerint. Nam vt ait D. Bernardus a. Auaritia rotis quatuor voluitur vitiorum, puſillanimitate, inhumanitate, contemptu Dei, & mortis obliuione. Nam is rerum & pecuniæ amor, eſt, qui omnia his iniuſtè poſtponit, vt oſtendit Horatius b. loquens de auaro

Omnes vicini oderunt, noti, pueri atque puellę.

2 Miraris, cũ tu argento poſt omnia ponas Si nemo pręſtet, quẽ nõ merearis amorẽ? Ideóq; Græci auaritiam dixerunt φιλοχρηματίαν φιλαργυρίαν, háncq; Bion Sophiſta vocat μητρόπολιν πάσης κακίας metropolim omnis mali. Et Timon miſanthropus στοιχεῖα ἔφη τῶν κακῶν, vocat elementa malorum. D. Paulus, ſimulacrorũ ſeruitutẽ.[c] Et[d] idolorũ ſeruitutem[e]. Cicero[f]. exiſtimat animi morbũ, qui nullo modo euelli

a *ſuper cantica ſermõ.* 39.
b 2. *ſermonũ Satyra.* 1. *verſ.* 84.
c *ad Coloſ.* 3. c.
d *ad Ephe.* 5.
e *cano. benorũ* 47. *diſtinctiõ. in prima parte decr. Gratiani.*
f *lib. 4. Tuſculanar. quæſtionũ.*

poſſit, poſtquam per venas permanauerit & rurſum [a], nullum tetrius vitium exiſtimat in his qui reipublicæ præſunt, auaritia. Et pro P. Quintio nullum eſſe officium tam ſanctum atque ſolemne ait, quod non auaritia comminuere atq; violare non ſoleat. Pariter Ariſtot. [b] notat ſeditiones prouocari in populo, auaritia eorum qui præſunt. Et Liuius etiam [c], ait auaritiam cum voluptate, deieciſſe Romanam dignitatem: eo quod auari, nihil honeſtum ducunt, quod quæſtuoſum nõ ſit, vt ait idem Ariſtoteles [d], Quia lucri cupidus, vndecumque & quomodocumque acquirendum, cenſet iuſtum vt ſcribit Plato, [e] T. autem Carus Lucretius [f], ita concludit. 3

Deniq; auaritia atq; bonorũ cęca cupido,
Quæ miſeros homines: cogunt tranſcendere fines
Iuris, & interdum, ſocios ſcelerum, atque miniſtros
Noctes atq; dies niti pręſtante labore
Ad ſummas emergere opes: hæc vulnera vitæ, &c.

Omitto neces lucri cauſa iniuſtè patratas, & pleraque alia mala, ne cognitis lõgam 4
addam battologiam: ſufficiet enim admonuiſſe, prohibitam fuiſſe chriſtianis auari-

*a lib.2.de offici.*
*b li.5. Polit.c.3.*
*c in præfa. 1.lib.*
*d lib.de virtuti.in fine*
*e in Hippia*
*f lib.3.de rerũ natura, verſ.59*

auaritiam apud Lucam [a] & Paul. [b] Ideo Deus per Ieſaiam conqueritur [c]. Iudices tui infideles, ſocij furum, omnes diligunt munera & ſequuntur retributiones. & filij Samuelis improbi iudices dicuntur, quod ſequerentur auaritiam. Fuitque ea occaſio præcipua, qua populus receſsit à Deo & Samuele, petiitque dari ſibi Regem, qui illum iudicaret [d]. Itaque cùm auaro nihil poſſit eſſe ſceleſtius, vt ſcribitur in eccleſiaſtico [e], neque iudex huiuſmodi in republica ferendus eſt: qualem

a 12. c.
b ad Ephe. 5. ad Hebraos. 13.
c c. 1.
d Regum 1 c. 8.
e c. 10.

6

7 nec poteſt Dei calculus probare. Mihi in hoc laudandus Cambyſes Rex, qui Siſamenem vnum è regiis iudicibus, quod iniuſtè ob pecuniam iudicaſſet, intermit: eique detractum corium in lora concidit, quibus tribunal tetendit, in quo filius Siſamenis Ottanes, ſedebat, præcepitque ei in memoria habere: in quo tribunali iudicaret, vt ſcribit Herodotus [f]. Et quod auaritia iuſſit, Iuſtitia admiranda puniuit.

f li. 5. Hiſt.

8 Sic Samuel probè dignoſcens quanti eſſet ponderis & momenti auaritię labes, voluit ſe ab omni eius ſuſpicione purgare, eaque ratione adiurauit populum, vt illi teſtimonium ſanciret [g], & Cicero etiam, vitandam ſuſpicionem auaritiæ ſentit. Curabit igitur princeps

g 1. Regum c. 12.

ſi velit ſuum cuique reddi, auerruncâre omnem auaritię iudicum radicem, quam 9
& natura ipſa abhorret: ſubtrahit enim etiam ea nobis, ingentiá beneficia cùm auaro animo ea quæ ipſa profert, proprio abuſu quiſpiam ab vſu communi ſubducit. Cuius rei ſunt tria admiranda & potius inter naturæ miracula, conſcribenda ſtupenda exempla, apud Athæneum[a], quæ ipſe videto, neque enim legentem pœnitebit. Noſtri etiam iuris vtriuſque nomothetæ, acriter vindicant iudicum auaritiam[b]. Hucque pertinet concuſsionum tractatus[c], huc afferenda lex Cincia de muneribus à iudice non recipiendis: 10
de qua Siluius[d], quæ indicaſſe ſufficiet.

---

## Cap. XXXVIII.

### *Quod veritas in iudice eſſe debeat.*

Alia iudicum proba qualitas, vt ſit in eis veritas. Ideſt, vt ad veritatem 1
non conniueant, ſed ſint illius amatores, quod facilè is aſſequitur qui Deum timet, quique oderit auaritiam. Siquidem vt ait Olympias ἀλάθεια θεῶν ὁμόπολις, μόνη θεοῖς συνδιαιτωμένη, id eſt veritas Deicohabitatrix, ſoláque fruitur conuictu Dei. Et verum eſt iuſtum, & veritas

*a lib. 3. Dipnoſophiſton c. 1*

*b Iuſtini. in §. penul. in authẽt. Titulo, vt ea quæ vocantur inſinuatiua &c. colla. 2. tit. 2. canõ. quia radix, de pœnitẽ. diſtinctiõ. 2. in 3. parte decr. Grati.*

*c ti. integer ad leg. Iul. repetunda. & vlp. l. ſolet. l. 6. de offi præſid. lib. 1. P. tit. 16.*

*d in oratiõ. Cic. pro lege Manili.*

ritas, Iuſtitia, vt ait Modeſtinus [a], & Iuſtitia inquit earum cauſarum, examinet an veræ ſint. Atque vera & falſa cauſa ſumitur, pro iuſta & iniuſta in §. ſemel. Ex quibus cauſis manumittere non licet [b], eáque ratione à legiſlatoribus exigitur illa exquiſita cauſarum examinatio: vt à Cæſare Conſtant [c], ne veritas inquam, in negotiis ſupprimatur vel lateat: neue prçcipitetur ſententia, vel malitia iudicis vel litigantium fraude intercipiatur, ex teſtimonio Seueri & Antonini [d]. Proſtat familiare exemplum, damni imminentis ex veritate ſuppreſſa per iudices, in illis qui in Suſannam inſontem coniurauerant [e].
2 Cæterum ex veritate educitur iudicium, ſecundum Ieſaiam [f], quia labium veritatis firmum [g], & ſuperat cuncta veritas [h], atque vt ſcribit Euripides [i], κλεπτῶν γὰρ ἡ νύξ, τῆς δ' ἀληθείας, φῶς, id eſt furum nox eſt, veritatis autem, lux. vi enim ſua, omnia ad lucem è luſtris deducit vt non immerito Cicero [k], exclamauerit, ô magna vis veritatis, quæ ſe contra hominum ingenia, calliditatem, ſolertiáq; & contra fictas hominum inſidias, facilè per ſe ipſam defendat. Verum autē
3 eſt, quod nulla tergiuerſatione fucatur, ſed quale ſit, per ſe indicat: vt tractat

*a in l. omnes in integrũ l. 3. de in integrũ reſtituti. lib 4. P. titul. 1.*
*b in inſtit. ciui. lib. i. Titul. 6.*
*c in l. iudices oportet. 9. de iudi. lib. 3. C. tit. 1. et in cano iudicantẽ, cauſ. 30. quæſt. 5. in 2. par. decr.*
*d in l. 2. de edẽdo lib. 2. C. tit. 1.*
*e Daniel 13*
*f 42. c.*
*g prou. c. 12*
*h 3. li. Eſd. c. 5.*
*i in Iphigenia in Tauris. actu. 4. verſ. 303.*
*k in ora. pro. M. Calio.*

Ariſtoteles [a]. Et Cicero [b], veritas inquit
eſt, per quam immutata, ea quę ſunt vel
antè fuerunt, vel futura ſunt dicuntur, ad-
ſtipulatur & Iocaſta apud Euripidem [c].
*ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ, κοὐ ποικίλων*
*δεῖ τἄνδιχ' ἑρμηνευμάτων: ἔχει γὰρ αὐτὰ καιρόν,*
id eſt. ſimplex enarratio veritas in-
quit eſt, neque eget variis vndique 4
interpretationibus: habet enim ſuum
certum tempus. Ita etiam Iuſtinianus
vana & otioſa nomina antiquitatis à
iure reiecit, rerum veritatem tantum
amplexus vt ipſe ait [d]. Neque ſiſtere
gradum oportet in opinione Demo-
criti, qui, quia ipſe forſan animum 5
obcæcatum habebat, vel altiora ſe in-
quirebat, dixit teſte Ciceron. [e] verita-
tem in puteo profundiſsimo abditó-
que demerſam: non enim ſemper ita
difficilè eſt, veritatem negotiorum
aſſequi, vt non poſsimus quadam ex parte
eam cõprehendere ſaltem in aliquibus.
Cùm vt Plato [f] ſcribit, eum qui totus
diſcendę veritatis cupiditate flagraue-
rit, & operam in eo impenderit, neceſſe
ſit, veritatem attingere ad id iuuante vi- 6
ri boni natura: eo quod probus veritatis
ſit amãs per ſe, & mẽdaciũ prorſus abhor-
reat, vt innuit Homerus [g], dum cecinit.

a *li. magn. moraliũ 1. c. 32. & lib. 4. ethic. c. 7*
b *2. de inuention.*
c *in Phœniſsis actu 2 verſ. 203*
d *in l. 1. de dedititia libertate tollen. lib. 7 C. tit. 5.*
e *In primo et 4. academicar. quæſtionum*
f *in timeo.*
g *Odyſſea. 3. verſ. 237. tit. 5.*

Ψεῦδος

ψεῦδος δ' οὐκ ἐρέει, μάλα γὰρ πεπνυμένος ἐστί, i.
Mendacium enim non dicet, valde enim prudens eſt. Sunt etiam homines ſatis ad veritatem nati, & vt plurimum veritatem
7 conſequuntur, vt ſcribit Ariſto.[a] Quod ſi veritatis inuẽtio difficilis alicui videatur, poſtulet à domino ne auferat de ore verbũ veritatis. vt precatur Dauid[b]. Et Deus ipſe largietur (cùm ſit verax, & veritas[c]) & cum veritate ſalutem. Illa enim eſt veritas domini, quæ cuſtodit Regem[d]. Non negarim tamen, ob corruptiſſimas hominum mẽtes, ingenia veluti paralyſi, circa vera laborare: ita enim ſegnis eſt veritatis indagatio, vt ait Thucidides[e]. vt quis, ad ea quæ in promptu ſunt potius cõuer-
8 tatur. Atque ſunt plerique, qui non tantũ in ea veritate perquirenda ſegnes ſunt, ſed qui ſe etiam oſores illius ex profeſſo reddant. Cuius generis fuiſſe feruntur plures principes, qui nec veridicos viuos
9 pati potuerunt. propter ea Muſonius Capitonis Tyrrhenus, à Nerone necatus, teſte Suida. Anaxandrides ab Atheniẽſibus inedia interfectus, quòd verè, eos, optimas quidem leges habere, ſed malis vti,
10 dixerat vt ait Ouidius[f]. Charidemus Athenienſis omnibus artibus imperatoriis, & virtute conſpicuus, conſilióque opti-

a *li. 1. Rhetoric. ad Theodectẽ. cap. 1.*
b *Pſal. 118.*
c *Math. 22. Mar. 12. Paul. ad Rom. 3. Apocaly. 19. c.*
d *Prouerb. 16.*
e *in primo.*
f *in Ibin.*

mus, Darium verè monens, ab illo, in- 10
terficiendus apparitoribus datus, vt ait
Diodorus Siculus[a]. Omitto cæteros Eth-
nicorum, cùm in ſacris Bibliis, exem-
pla plura exhibeantur. In quibus inter 11
memorabilia documenta traditur, quod
Ioſeph venditus ſit, vera prædicens[b] Ba-
laac iratus Balamo, verè prophetanti[c]. Fu-
git Iohatan Abimelech, ob veritatem[d]
Saul Ionatam occidere tentauit, verum
de Dauide dicentem[e]. Azaz miſit Ana-
niam in neruum, ob veram admonitio-
nem[f]. Zacharias lapidatus à Ioiada. Pro- 12
phetæ domini occiſi, Elias morti deſti-
natus à Iezabel[g]. Achior verè iudicans, ab
Holofernitis neci adiudicatus[h]. Hiere-
miah, in lacum miſſus[i]. Et vt abſoluam,
pro veritate, alij ſecti, alij lapidati, alij in
occiſionem ducti ſunt, anguſtiati, &c.[k]
Teſtis adhuc omni exceptione maior, ca-
put veritatis, & ipſa veritas, IESVS CHRI- 13
STVS, Martyréſque reliqui, Qui experti
ſunt quod dictum à Terentio eſt, veri-
tas odium parit. Quódque Pindarus ait[l].
ἔτι ἅπασα κερδίων, φαίνϐσα πρόσωπον ἀλάθει'
ἀτρεκὴς καὶ τὸ σιγᾶν πολλάκις ἐςὶ σοφοτάτων ἀν-
θρώπων νοῆσαι, id eſt. Non omnis inquit ve-
ritas, facie apparens, vtilis eſt: ſed ſcire ſi-
lere, eſt ſæpè ſapientiſſimum inter ho-
mines.

a *lib. 13. in anno 3. Alexandri.*
b *Gen. c. 37.*
c *Numer. 24.*
d *Iudi. 9. c.*
e *1. Reg. c. 20.*
f *2. Paralip. c. 16.*
g *2. Paralip. c. 24.*
h *4. Reg. c. 18.*
i *Iudic. 6.*
k *Hieremiah. 38.*
l *Paul. ad Hebræ. cap. 11.*
m *Nemeor. hymno 5. Epod. 1. verſ. 8.*

mines; Sciant tamen iudices horum me-
tu, non eſſe à vero definiendo deflectendum, non hominum, nec ob cruciatum
14 quemcunque vel latum quidem vnguem
à veritate declinandum, ſed potius eligẽ-
dum vita priuari, quam cuiquam contra
officium, vel in alterius damnum ap-
plaudere. Recogitantes, ſe poſt hanc
vitam breuem, miſerámque & ventis quã
plurimis expoſitam, Deo rationem ante
magnum tribunal, fore reddituros villi-
cationis: Et ſatius eſſe magis timere eum,
qui poteſt corpus & animam, in gehen-
15 nam ignis mittere[a]. Demum conſideran- a *vt Luc. 12. ſcri.*
tes, veritate oppreſſa, nullum futurum iu-
ſtum iudicium: imo, ob id, terram & po-
pulum omne affligendum. vt Ieſaias do-
cet[b]. Conuerſum, inquit, eſt retrorſum iu- b c.59.
dicium; & iuſtitia longè ſtetit, quia
corruit in plateis veritas, & æquitas,
Proptereáque inquit Oſeas[c] lugebit ter- c c.4.
ra, & infirmabuntur omnes qui habitant
in ea. Et hæc hactenus de his quæ deben-
tur principibus & magiſtratibus, & de his
quæ ipſi viciſſim populo debent.

---

CAP. XXXIX.

*De diſtributione iuris erga patriam. Et quæ illi debeamus.*

OFfertur nunc tractanda tertia pars 1
diſtributiuæ iuſtitiæ, quæ ex libro Ariſtotelis vt diximus, de virtutibus, patriam reſpicit. Patriæ autem plura debemus. Eámque in primis conuenit cæteris rebus præferre. Iſocrates enim[a] ſic ait, πρὸς φίλιππον ſic ait ἄργος γὰρ μέν ἐστι σοὶ πατρὶς, ἧς δίκαιον τοσαύτην σε ποιεῖσθαι πρόνοιαν, ὅσην περ τῶν γονέων τῶν σαυτοῦ, id eſt, Argo eſt quidem tibi patria, cuius iuſtum eſt te talem prouidentiam habere, qualem parentum tuorum. Et Plato[b]. Patriam cæteris honoribus anteponendam, cenſet. Extátque 2
celebre exemplum Vlyſſis, qui immortalitati, ſuam præpoſuiſſe narratur Ithacam: quamuis in montium aſperitatibus, tanquam nidulum affixam, vt ſcribit Cicero[c], & Ouidius[d].

Non dubia eſt Ithaci prudentia, ſed tamẽ optat

Fumum de patriis poſſe videre focis.

Latè de eo etiam Ariſtoteles[e]. Et Homerus[f] ait in perſona Vlyſſis. ἀλλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν στήθεσι ἔπειθον, ὡς οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος, οὐδὲ τοκήων, γίνεται, εἴπερ καὶ τ' ἀπόπροθι πίονα οἶκον, γαίῃ ἐν ἀλλοδαπῇ ναίει ἀπάνευθε τοκήων. id eſt, Sed meo inquit, nunquam animo, inter præcordia perſuaſerunt, vt nihil dulcius ſua patria, neque parentibus ſit, etiamſi,

a *orati. ad Philip.*

b *lib. 5. de legib.*

c *2. de legi. & 1. de orato.*

d *1. de ponto. elegia. 4 verſ. 33.*

e *lib. 2. œconomi. c. 3.*

f *in odyſſ. Iota verſu 33.*

etiamſi, & quis procul diuitem domum, terra in aliena habitet, ſeorſum à parenti-
3 bus. Ex quibus nota, terram natalem, ideo diligi, quod in ea conſiſtunt parentes, ſanguinéque coniuncti: quódque ei magis aſſueuimus, vtpote in qua enutriti ſimus. Eſtq́ue ideo charitas patriæ, omnium maxima, vt etiam ſcribit Cicero Plancio a. Euripides autem ſic etiam[b] ait. ἀλλ' ἀναγκαίως ἔχει πατρίδος ἐρᾶν ἅπαντας. ὃς δ' ἄλλως λέγει, λόγοισι χαίρει τὸν δὲ νοῦν ἔχει, id eſt. Sed neceſſario omnes ament patriam: Siquis autem aliter dicat, verbis quidem
4 ſtudet, cùm aliud ſentiat. Et Scæuola vocat patriam, dulciſſimam[c]. Hippocrates etiam, præſtantiſſimus apud omnes medicus, re ipſa ſubſcripſit: noluítque ad Artaxerxem, qui eum multis donis inuitauerat, venire: ne patriam medico egentem, relinqueret, vt inimicos patriæ curaret: reſpuens & familiaritatem, & præmia Regis, vt cum Coïs ſuis habitaret: quod ex illius & Artaxerxis epiſtolis, in calcem operum Hippocratis,
5 adiectis, probatur. Maluit & Themiſtocles, ſanguine tauri exhauſto, Xerxi corpus mortuum relinquere, quam Græciam patriam, etſi in illum ingratiſſimam prodere, vt Valerius Maximus

*a lib. 10. epiſt. famil. epiſt. 10. omniũ antẽ epiſt. 181.*

*b in ſuppli. act. 2. verſu 82.*

*c in l. qui habebat, l. 99 de legat. 3. li. 32. P. tit. 1.*

a *li.5.c.6.* b *lib.11.Bi bliotb.* c *Decad. 1.lib.7.& 10.* d *primo de diuination. & in para doxo.& 1. offic. & in Philipi. 13. & lib.5. Tuſcula. quæſtio.* e *in Theſeo.* f *in 7.* g *in l.1.§. & generaliter de vẽtre in poſſeſ. mittẽdo libr.17. P.tit.8.* h *l.poſtliminium, l. 19.§.filius decaptiuis. & poſtliminio reuer.lib. 49 P.tit.15.* i *in l.2.& ibi interpretes.de iuſtitia & iur.lib.P.tit.1.* k *in politicis.*

ſcribit[a].& Diodorus Sicul.[b]& Athenæus lib.3.c.21.Omitto Brutos,Curtium Æliũ prætorem,Decios,Scipiones, Romanos: Codrum, Thraſybulũ Philænos, & alios, qui mortem pro patria alacriter opetierunt, maluerũntque patriam incolumem 6 propriæ vitæ iactura relinquere, quam ſuperſtites cernere laborantem, & captiuam intueri: præferentes affinium, parentum,& amicorum, totiúſque Reipublicæ ſalutem, propriæ. De quibus videndus Valerius vbi ſuprà, & Liuius[c].& Cicero[d]. vt videndus de Maratho eiuſdem virtutis viro,Plutarch.[e]De Leonida, Herodotus[f]& alij. Fuit autem apud omnes antiquos ferè cõmuni conſenſu probatum axioma: nullos eſſe caſus, pro Republica non ferendos. Et quod homo na- 7 ſcitur non tantum parentibus, ſed & reipublicæ ſuæ, vt ſcribit Vlpianus[g] & Paulus[h]. videndus etiam Pomponius[i]. Suadéntque aliqui, patriam parentibus anteponendam, atque liberis. vt Cicero, & Plutarchus[k]. Quamobrem qui rempublicam patriæ, in aliquo iuuarunt, digni cenſentur honore perquam maximo; & transfugæ proditores, & oppugnatores patriæ, acerrimè plectuntur per Vlpia- 8

num

num & Martianum[a], apud Valenti. & Valen. Cæſares[b]. Hactenus de patria.

## CAP. XL.

### *De diſtributione iuris, inter parentes & liberos.*

1 NVNC breuiter annotandum, deberi etiam à liberis parentibus honorẽ[b]. Iſocrates[c]. id iubet, dùm ait præcepto 12. τοὺς δὲ γονεῖς τίμα. parentes honora. Plato etiam[d] ait, parentum, fas eſſe prima & maxima debita, omnium antiquiſſima debitorum, perſoluere, & putare quemque debere, omnia quæ poſſidet, eorum eſſe qui genuerunt & educarunt: ita vt illis hæc omnia pro viribus miniſtrare debeat: primum quidem, externa bona, deinde etiam corporis, poſtremo quæ ad animum pertinent: omnia hæc mutuo data, perſoluendo. Xenophon autem[f],
2 ait lege ciuitatis Athenienſium, filium non obſeruantem parentes, vt ingratiſſimum, ab omni magiſtratu & ſacrificio, remoueri. imo ſi parentum ſepulchra non ornaret. & Euripides[g], τοῖς
τοκεῦσι γὰρ δύστηνος, ὅς τις μὴ ἀντιδουλεύει

a *in l. 1. & 2. & in l. 3. ad leg. iul. maieſtat. lib. 48 P. tit. 4.*

b *in l. final. §. fin. de abolitio. lib. 9. & tit. 42.*

c *Exo 20. Eccleſiaſt. 8. Matth. 15. & 19. Marc. x. Paul. ad Coloſ. 3. ad Epheſ. 6.*

d *oratione ad Demonicum.*

e *in lib. 4. de legib.*

f *de dictis & fact. Socratis. lib. 2.*

g *in ſupplicib. ſcribit act. 1. circa finẽ.*

τέκνων, κάλλιστον ἔργον δοὺς γὰρ ἀντιλάζυται παίδων παρ' αὐτοῦ τοῖα δ' ἂν τοκεῦσι δῷ. Parentibus inquit infœlix, quicunque mutuam non rependit gratiam. Quia dans pulchrum munus, renumerabitur à filiis, quibus parentes affecerit. Ita & Pythagoras in aureis verſibus[a], τούς τε γονεῖς τίμα. parentes honorare iubet. Scribítque Sibylla vt legitur in Sibyllinis oraculis[b], ſublatum primum genus ætatis 3 primæ à Deo: quòd ἐξεγέλων πατέρας καὶ μητέρας ἠτίμαζον, riderent patres, & matres inhonorarent. Et Heſiodus ſcribit infœliciſſimam & ferream illam forè ætatem, in qua filij inhonorabunt parentes, nolléque ſe tunc viuere. Ipſe enim de ea ætate loquens, ſic infit[c]. Αἶψα δὲ γηράσκοντας ἀτιμήσουσι τοκῆας μέμψονται δ' ἄρα τοὺς χαλεποῖς βάζοντες ἔπεσι σχέτλιοι οὐδὲ θεῶν ὄπιν εἰδότες, id eſt. At verò ſeneſcentes inhonorabunt parentes, incuſabúntque, eos moleſtis alloquentes verbis: impij neque deorum oculos verti, Iuriſprudentia etiam quantum potuit, filios in obſequio patris, continet. titul. de obſequiis à liberis & libertis, parentibus & patronis, præſtandis[d]. neque litem 4 aliquam à filio patri moueri concedit, vt conſtat ex reſponſo Caij[e] ſaltem niſi

a verſ.3.

b lib.1.fol. 43.

c in ergis. ver.183.

d lib.37. P.tit.15.

e in l. lis nulla l.4. de iudiciis. lib.5. P. tit.1.

niſi cum permiſſione iudicis, vel ex magna cauſa, vt ſcribit Vlpian.[a] & Gordianus Cæſar[b]. Quæ veniæ petitio quamuis remiſſa nūc videatur, tamen impetratur, cum conceduntur literæ a iudice, qui in ius vocare permittit. Et hæc lex iuſta viſa eſt Platoni[c]. Vt filius aliquam quæſtionem patri moturus, primum ad ſeniores legum cuſtodes profectus, neceſſitatem exponat, qui re inſpecta, adhuc debent
5 conſultare, num concedi fas ſit. Et paulo poſt ait, periculoſam illam eſſe inter hos quæſtionem, cum parentum imprecationes in filios, à Deo exaudiantur: vt docet maledictione Oedipi in filios, Amintoræ in Phœnicem filium, & Theſei in Hippolytum. Ideo optimum eſſet, ſi in his literis concedendis, quas vocant adiornatorias, iudex maturius proſpiceret, num illis cōtra pietatem paternam quippiam cōtineretur. Nam ſi quid huiuſmodi ineſſet, melius & ſatius eſſet filium, & eius quæſtionem à limine iudicij reiicere. Ineſt enim maximum vinculum ſanguinis iis perſonis, quod haud facilè diſſolui ſub prætextu ciuilis cuiuſquā quæſtionis, non ſolum non expedit, ſed & aliquando impium eſt. Cuius rei poteſt colligi ratio, ex Iuſtiniano[d]. Conſiderare

a *in l. cogi, §. ſi pater. l. 16. ad ſenatuſconſ. trebellian. lib. 36. P. tit. 1.*

b *in l. 2. de in ius vocā. li. 2. C. ti. 2.*

c *lib. xi. de legib.*

d *in §. hac autem diſpoſuimus, ver. conſiderare, vt cū de appellat. cognoſ. colla. 8. tit. 12.*

namque debent parentes, quia & ipſi filij fuerunt, & eadem à ſuis parentibus ſperauerunt. Et ſimiliter qui nunc filij ſunt, debent ſtudere, parentum animos ſanare, quia & ipſi parentes eſſe deſiderãt, & à ſuis filiis optant honorari. Adſtipulatur Iſocrates [a]. τοιοῦτος γίνου περὶ τοὺς γονεῖς, οἵους ἂν εὔξαιο περὶ σεαυτὸν γενέσθαι τοὺς σαυτοῦ παῖδας, id eſt. Talem tuis parentibus re exhibeas, quales tuos ergà te optaueris liberos. Quid autem parentes filijs debeant, accipe. Primum debere eruditionem vtpote præclaram hæreditatem, vt ait Cicero [b], Vtilitas patris & honor, filius eruditus: ideo erudiendus [c], vt contrà, damnum maximum & dedecus, filius indiſplinatus [d]. Exemplum autem diuinum in Heli ſacerdote domini, & eius filiis [e], relatum ab Innocentio tertio Pontifice [f]. Et Plato [g], deſiderat hoc officium paternum ergà liberos, vt non minus neceſſarium quàm ſit ſtudium & ſolicitudo in tenellis arboribus & plantis curandis. Idcircóque, quia officij paterni eſt filios erudire, non veniunt in collationem & contributionem bonorum, ipſo iure. expenſæ in filium ſtudiorum cauſa factæ. vt ſcribit Vlpian. [h] Debent inſuper patres filiis iure diuino

a *ad Demonicum.*
b *de offic.* 1 *lib.* & *in Philippi.* 9.
c *Prouerb. c.* 13. & *c.* 29 *Eccleſiaſti. c.* 17. & 30.
d *Prouerbi.* 19. & *Eccleſiaſt.* 22.
e *in* 1. *Reg. c.* 4.
f *in c. licet Heli. c.* 31. *De Simonia lib.* 5. *decret. ti.* 3.
g *in Theagete.*
h *in l. quæ pater filio, l.* 51. *familiæ erciſcund. lib.* 10. *P. tit.* 2. & *ibi optima gloſſa* & *doctores.*

no & naturæ, bonorum partem legitimam. vt ait D. Paulus[a]. Et Paulus Iuriſconſultus[b], atque id votum eſt parentum, vt ſcribit Pomponius[c], & Triphonius[d]. Naturaliter enim filiis patres prouident, ne eis ſint bona defutura. vt ait Xenophon[e]. Et Lycurgus legem tulit, qua patres, filiis omnia relinquere cogebantur: quam Epithades[l], ex orta cum filio contentione, rogatione ſubſtulit: poſtea tamen illa reſtituta ab Agide, cùm eius ceſſatio, Reipublicæ labefactatæ cauſa videretur Plutarch. teſte[f]. Debet etiam mater, hæreditatis quartam filio, ex Senatuſconſulto Orificiano. vt ſcribit Alexander imperator[g]. Et vterque; pater & mater ſcilicet, debent liberis, illorum pendente vita, alimenta. Mater inquam donec infans triennium attigerit, pater reliquo vitæ tempore. Et ita noſtri interpretes intelligunt Diocletian. & Maximil. Cæſares[h], ita alios duos Auguſtos fratres[i], & Seuerũ & Antoninum[k]. Cùm etiam filius, hæc eadem præſtare parentibus inopibus teneatur, & legitimam eadem pietate, alio tamen ordine

a *ad Galat. 4. & Numero, 27.*
b *in l. cum ratio, l. 8. de bonis damnat. lib. 48. P. tit. 20.*
c *in l. ſcripto. l. 6. vn de liberi, lib. 38. P. tit. 5.*
d *in l. penult. l. 50. §. faciliorique modo, de bonis liberto, lib. 38. P. ti. 14.*
e *lib. 8. Cyripa.*
f *in vitam Agidis.*
g *in l. 1. ad ſenatuſcōſ. orfician. lib. 6. c. tit. 56.*
h *in l. nec filium. l. 9. de patria poteſtat. lib. 8. C. tit. 48.* i *in l. competenti. l. 3. iunct a gloſ.* k *in l. 4. de alendis liberis, lib. 5. C. tit. 25.* l *in l. nã etſi parẽtibus. l. 15. de inofficioſ. teſtament. li. 5. P. ti. 2.*

quam naturæ, vt ſcribitur à Papiniano [a]. Et in titul. ad Senatuſconſul. Tertylian [b]. Alimenta eodem iure & vinculo præſtat. vt ait idem Papinianus [c]. Verùm lege ſanxit Solon, filium neceſſaria patri non debere vitæ ſubſidia, à quo nullam artem accepiſſet. Plutarc. teſte [d]. Suadente etiam 12
eodem ſanguinis ſanctiori vinculo, placuit fratrem fratri, aliquando, & ſorori, & & maritum vxori indotatæ alimenta ſuppeditare debere. de quibus vide Iaſonem, in §. ſed etſi quis. numero 4. De actionibus [e], & §. illud quoque perſpeximus vt liceat matri & auiæ in authenticis [f].

a in l. nam etſi. parentibus. l. 15. de inoſficioſ. teſtament. lib. 5. P. tit. 2.
b lib. 6. C. tit. 55.
c in l. ſi quis à liberis. l. 5. de libe. agnoſcen. lib. 25 P. tit. 3.
d in vitam Solonis.
e lib. 4. inſtitu. iur. ciuil. titul. 6.
f coll. 8. tit. 13.

## CAP. XLI.

### *De iuris diſtributione ergà præceptores & diſcipulos*

DEbent etiam parentes ita ſe componere, vt ſint in exemplum bene viuendi filiis, non ſolum nihil peccando, verùm etiam honeſtè ſingula peragendo, vt eorum vitam quaſi quoddam ſpeculum liberi intuentes, ab operum ſimul & ſermonum turpitudine auertantur: vt ait Plutarchus [g]. tunc duplici honore digni, & patris & præceptoris. Nam & pædagogis ſiue præceptoribus, honos etiam

g libello de libe. educã.

etiam patris à diſcipulis debetur: vt ingẽtem deberi gratiam docenti, vult Plato[a]. Et ita de hoc tradunt Hebręi in pirke abot.[b]. ex ſententia Rabi Eleaſar, cuius verba: יהי כבוד תלמידך חביב עליך כשלך וכבוד חברך כמורא רבך. ומורא רבך כמורא שמים : Eſto diſcipuli tui gloria chara, ac tua tibi: & ſit timor ſocij tui, perinde ac timor præceptoris tui, & timor præceptoris tui ſicut timor Dei. Quinimo & oſtentationem diſcipuli, coram præceptore, dignam morte putarunt. authore Ben Sirah, qui in ſententiis alpha bitha: ita ait ואמרו חכמינו זכרונם לברכה: כל המורה הלכה בפני רבו חייב מיתה: Id eſt, dixerunt ſapientes noſtri, memoria eorum in benedictione, Quicumque oſtentat ſe ſcire aliquid coram præceptore ſuo, vita priuandus eſt. Inſtituítque Hippocrates ſuis, ſimilem legem, vt legitur in eius iuramento quod tale erat ὄμνυμι ἡγήσασθαι δὲ τὸν διδάξαντά με τὴν τέχνην ταύτην, ἴσα καὶ γενέτησιν ἐμοῖσι, καὶ βίου κοινώσασθαι καὶ χρηΐζοντι μετάδοσιν ποιήσασθαι, καὶ γένος τὸ ἐξ ἑωυτέου ἀδελφοῖς ἴσον ἐπικρινέειν ἄῤῥεσι. id eſt, Iuro, tributurum me præceptori meo à quo hanc artem edoctus ſum, non minus quàm patribus meis vel genitoribus: vitã cum eo com-

a *in Hippia minore, vel de mendacio.*
b c. 4.

municaturum, res omnes quas illi neceſſarias eſſe intelligam, pro viribus meis miniſtraturum: progeniem eius, fratrum loco habiturum: Neque puduit etiam imperatores, præceptores ſuos honorare & colere. Sicut M. Antoninus Frontoni pręceptori, ſtatuam in ſenatu petiit: Proculum alium, in proconſulatum euexit: & imperator etiam, in domum Apollonij Calcedonici diſcendi cauſa veniebat: tantumque, breuiter, honoris magiſtris ſuis detulit, vt imagines eorum aureas in larario haberet, ac ſepulchra eorum additis hoſtiis & floribus ſemper ornaret, vt author Iul. Capitol.[a]. Octauianus Sperum Philoſophum præceptorem ſuum & libertum, publicè ſepeliit teſte Dione Caſſio[b], idémque victoria potitus contra Cleopatram & Antonium, Alexandrinis ciuibus omnino ignouit, tùm propter alias cauſas, tùm ob Areum Alexandrinum, cuius opera vſus fuiſſet: vt narrat idem Dio.[c]. Et Maſurius Sabinus iuris præceptor, plurimum à ſuis auditoribus ſuſtentabatur. vt refert POMPONIVS[d]. Sed quid moror? omitto reliqua, ſufficit tyroni, iure cautum, eſſe remunerandos Præceptores, neque in Præceptores factas donationes, vel

a *in vitam M. Antonini pij.*
b *lib. 48. iuſto. Rom.*
c *li. 5. hiſt. Rom.*
d *in l. 2. de origine iuris, lib. 1. P. tit. 2.*

vel à minoribus infirmari. vt ſcribit PAPINIANVS[a]. Huc pertinet Titul. 5. lib. 5. Decretalium de Magiſtris. Tria autem in
9 ſumma præceptores debent diſcipulis: 1. doctrinam, eámque ſanam & elegantem, non ſcurrilem vel ruſticam, vel priſco nimium ornatu fucatam, 2. mores emandatos. 3, diligentiam in interpretandis lectionibus, & in moribus diſcipulorum obſeruandis. vt notat Albanus Ortig:us Conſtantienſis[b]. Cura autem illis maior adhibenda cùm adulti illis traduntur, & operæ pretium conſiſtit, vt tenuiores animos, ab iniuria ſanctitas docentis cuſtodiat: ferociores, à licentia grauitas deterreat. Ante omnia, ſumat animum parentis ergà diſcipulos, ac in eorum locũ ſuccedere ſe exiſtimet à quibus liberi ſibi traduntur. Non ſit auſteritas eius triſtis: non diſſoluta ſit comitas: ne inde odium, hinc contemptus oriatur. Sit in emendando non acerbus, non contumelioſus: & hæc monet Quintilianus[c]. Sed & in iure Vlpianus[d], leuem caſtigationem concedi præceptoribus tradit, neque eius nomine iniuriarum nomine agi poſſe: eo quod, non iniuriæ ſed docendi & mouendi cauſa, percutiat diſcipulum: Si tamen modum excedat, lege Aquilia in eum agi

a *in l. Atilius regulus l. 27. de Donation. lib. 39. P. tit. 1.*

b *oratiuncula de officio docẽdi*

c *lib. 2. c, 1.*

d *l. ſed etſi quemcumque, l. 5. §. fin. ad leg. aquil. lib. 9. P. tit. 2.*

poſſe.Eo quod ſecundum Paul.Iuriſcõſ.[a] pręceptoris ſæuitia nimia, à culpa minimè abeſt,cùm alioquin verbera ab ingenuis perſonis,aliena ſint.vt ſcribũtTheodoſ.& Valenti.Cæſares[b],quæ & reprehendit Quintilianus[c].item Vlpianus[d].

a *in l.præceptoris,l. 6.20.tit. ad leg.aquil.*
b *& in l. conſenſu,l. 8.de repud lib.5.c.tit, 17.*
c *lib.1.inſti.orato.*
d *in l.item quæritur. l.14. §. itẽ Iulian.de actio. emp. lib.19.P. Titu.2.*

## Cap. XXIIII.

### *De diſtributione iuris,erga pauperes & egenos.*

TAndem debetur ab omnibus, pau- 1
peribus ſubuentio,quę illis eſt omni iure, ſiue humano ſiue diuino debita. Nam & inter gentiles obtinuit, donum eſſeDei paupertatem ſiue egeſtatem:ideo nec pauperem aut egenum, contemnendum.vt ſcribit Heſiodus duobus in locis in ergis,& Iſocrates[d], Homerus etiam[e], pauperes omnes & hoſpites,locauit circa Iouem,& ideo curandos admonet, dum ait ἀλλ᾽ ὁδέ τις δύςηνος ἀλώμενος ἐνθάδ᾽ ἱκάνει τὸν νῦν χρὴ κομέειν πρὸς γὰρ διὸς εἰσιν ἅπαντες ξεῖνοί τε πτωχοί τε, δόσις δ᾽ ὀλίγη τε φίλη τε,id eſt, Sed hic aliquis infœlix errans huc venit, quem nunc oportet curare, à Ioue enim ſunt omnes hoſpites & egeni, datióque hæc parua ſed amica & grata eſt. Et rurſum

e *ad Demonicum.*
f *lib.6.Odyſſeæ verſ.295.*

ſum [a] per hanc eleemoſinam vel liberali- *a in Odyſſ. quæ eſt. R. verſ. 360.*
tatem erga egenos, diſcerni pios & iuſtos
ab iniquis, ait. αὐτὰρ ἀθήνη ἄγχι παριςαμένη
λαερτιάδην ὀδυσῆα ὤτρυν', ὡς ἄρ πύρνα κατὰ μνη-
ςῆρας ἀγείροι, γνοίηθ' οἵ τινές εἰσιν ἐναίσιμοι οἵ
τ' ἀθέμιστοι. At inquit, Minerua propè ſtans
Laertiadem Vlyſſem, commouit vt pa-
nes à procis congregaret, cognoſcerét-
que qui nam eſſent iuſti, quíve iniuſti:
2 ſubiungítque idem Homerus ibi poſt
paucos 12. verſus, quomodo in vna qua-
que ciuitate & oppido, nutriendi ſint mē-
dici & pauperes proprij, cæteríque in
propriam patriam reiiciendi, ex ſenten-
tia Antinoi proci, dum ait ὡς ἔφατ' ἀντίνοος,
&c. in ciuitatibus tamen cenſet melius
nutriri poſſe, quam in pagis, porrigenti-
bus quibuſcunque quod libuerit poculū,
& panem. Et dicitur ita in principio illius
Odyſſeæ 17. Cicero [b] de hac re etiam *b li. 2. de offic.*
admonet. Non eſt inquit, ita claudenda
rès familiaris, vt eam benignitas aperire
3 non poſsit. Et liberales ſunt hi, qui captos
à prædonibus, ſuis facultatibus redimūt,
aut æs alienum ſuſcipiunt amicorū cau-
ſa, aut in filiarum collocatione adiuuant,
aut opitulantur, vel in re quærenda vel au-
genda. Æquum enim eſt & naturale, cō-
pati atque miſereri ſimilium: & quibus

Deus paupertatem dedit, non conuitiari, ſed, eos noſtrarum facultatum participes
reddere, ſaltem ſuperfluarum. Diſpenſa- 4
tores namque, diuites ſunt tantũ bonorũ. Nihil enim nobiſcum natum eſt ex bonis fluxis & caducis, neque pariter quicquam hinc referemus, ſed anguſto ſepulchro, relictis diuitijs, diuites etiam cõcludentur,
a lib. 3. car. ode. 3. verſ. 49. & vt ait Horatius.[a]

Aurum irrepertum, & ſic melius ſitum
Cum terra celat, ſpernere fortior,
Quam cogere humanos in vſus,
Omne ſacrum rapiente dextra.

b in Phæd. Sed & audiamus Platonem, qui videtur 5
modum eleemoſynæ præſcribere.[b] Ly. Si egenis gratificandum eſt, maximè conuenit omnino, non meliores homines, ſed pauperrimos iuuare: maximis enim liberati malis, gratias ingentes habebũt: Proprijs quoque & priuatis ſumptibus, non conuocandi amici erunt, ſed eſurientes & ſupplices. Hæc ille. Solẽne etiã fuit olim, à diuitibus in ſingulos mẽſes Hecate epulas parare, quibus pauperes veſ-
cerentur. Ex ſacris enim viuebant paupe- 6
c Deut. 15. res, vt notat Ariſtophanis interpres in
d pſal. 111. Pluto. In iure autem diuino, pauperibus
f 4 7. c. & 29. ſuccurrendum eſſe, extant teſtimonia, in
Deuteronomio.[c] pſalmis.[d] Eccleſiaſtico,[e] 7

apud

apud Matthæum a. Ieſaiam. b Tobiam. c & D. Lucam d Retribuit autem pro eo Dominus, gratiam, gloriam, & remiſsionem peccatorum, vt ait Tobias. e Eccleſiaſticus, f & Daniel. g Atque iure canonico iubentur eleemoſynæ h dicitque Panormitan i eſſe eleemoſynam mandatam clericis ex præcepto; & beneficia ſiue
8 ſacrificia illis conceſſa, veluti diſpenſatoribus. cui multi eccleſiaſtici canones ſuffragantur, k aliis etiam iuſſa à Deo videtur eleemoſyna, vtpotè quæ in charitatis exemplum, & humanitatis teſtimonium ſit: idque potiſsimum ratione neceſsitatis. Cùm enim proponatur de dilectione proximi pręceptum apud Matthęum, l & Marcum, m & Lucam. n Paulum, o & Iacobum. p. proximus verè his dicetur qui neceſſaria indigenti ſubminiſtrat. vt Deus IESVS CHRISTVS, ore proprio explicauit. q. idcirco dilectio proximi, & charitatem & miſericordiam ſiue eleemoſynam egenis elargiendam, continet Sed & de pauperum etiam cura & priuilegiis, tractatur a Bonifacio. 8. in c. 1.
9 ſi pater, de teſtamentis in Sexto, r & in iure ciuili à Iuſtiniano, in l. ſi quis ad declinandam, l. 37. de epiſcopis & cleric. & Xenodochiis. ſ & alibi. Neque

a 19. c.
b c. 58.
c 4. & 12.
d 10. 11. et 12. c.
e 4. c.
f 3. c. et 17. et 29. et 31.
g 4. c.
h *can. paſce. 86. diſtinctione, in 1. decr. Grat. parte*
i *in c. de empt.*
K *can. de reditib. & cano. aurũ Eccleſia. habet. cauſa 12. quæſt. 2. in decret. Gratia. & in can. fina. cauſa 16. quæſt. 1. li. decr. par. 2.*
m 12. c.
n c. 11.
o *ad Galatas* 5.
p c. 2.
q *Luc. c.* 10.
r *lib. 3. ti.* 11
ſ *lib. 1. C. tit.* 6.

quis miretur,quod de eleemoſina aliquid dixerim:non enim iſta eſt ſuperfluè propoſita quæſtio,ſed quotidiè iudicibus & conſultoribus ventilanda, proponitur:de eáque lites plerçque ortæ ſunt in curiis, inter parœchos & antiſtites ſacrorum & vicarios perpetuos,& capitulorum collegia, potiſsimum iſta tempeſtate in qua refrigeſcit charitas, bonáque eccleſiæ neſcio quibus negotiis deſtinantur, non dicam prçter voluntatem eorum qui bona Eccefiis largiti ſunt, ſed & contra eccleſiaſtica placita nominatim. Neque etiam latet,iudicibus hanc pauperum prouinciam à Deo demandatam eſſe: pauperem inquit,iuſtificate, & quæ ſequuntur.. Demum,quia tyronibus de Iuſtitia diſtribuenda,prçcepta damus,non declinamus à via de eleemoſyna loquentes, cum per ipſam Deus retribuat Iuſtitiam,vt ſcribit peruſch ſiue interpretatio in 10.ſententiā moralem Rabini Ben Siræ,vbi admiran- 11
das benedictiones eleemoſynam elargitam ſequi,narratur,collectę numero tre-
*a 26.13. Ieſa.* decim, ex Ieſaia [a] addúntque Talmudiſtæ prolongationem vitæ viginti annorum,contigiſſe Beniamin, & aliis ſimiliter,propter eandem.

CAP.

### CAP. XLIII.
*De diſtributione iuris erga mortuos.*

1 SEd de diſtributione eius quod cuiúſque eſt, inter viuos, ſatis dictum nunc ad ea deueniamus, quæ ad iam vita functos pertinent, in quibus vltimam iuſtitiæ diſtributiuę partem conſiſtere, dixit Ariſtoteles lib. de virtutibus. quíque in libro Problematum [a] voluit iuſtius eſſe opem ferrè mortuis, quam viuis: ídque ratione animæ, quæ immortalis eſt, Quãuis enim corpora ipſorum mortua, quãdiu reſurrectionem illam vniuerſalẽ ſperant, non ſentiant in ea ipſa corporis maſſa cultum vel iniuriam, eáque expoliata,
2 ſimilia ſint, vt etiam ſentit turba Platonica, canibus qui lapides mordent, proiicientes autẽ non tangunt, vt ſcribit idem Ariſtoteles.[b] Quanquam etiam mortuus homo, nõ videatur homo, vt idem alibi ſcribit.[c] Cùm corporeas eius partes, diſſolui neceſſe ſit & àbſolui, ſiccũ in quã, in ſiccũ, humidum in humidum, &c. vt ait
3 Hipocrates[d] eo quòd mors omnia ſoluat, Iuſtiniano teſte,[e] eáque ſit corporis & animæ diſſolutio, vt ait Cic.[f] Plutarch. & alij. Tamen, vt ſcribit Pindarus[g].

a *ſectione 29. quæſt. 9*
b *3. Rethor. c. 3.*
c *lib. 1. de partib. animal. c. 1.*
d *li. de homin. natu.*
e *in §. hic omnib. de heredi. & falcid. in authẽt. collat. 1. tit 1. & in §. deinceps de nuptiis collat. 4. tit. 1.*
f *1. Tuſcul.*
g *li. olympior. ode. 8. Antiſtro. vltima ver 6.*

*ἔστι δὲ καί τι θανόντεσσιν μέρος*
*κἀννόμον ἐρδόμενον.*
*κατακρύπτει δ' οὐ κόνις*
*συγγόνων κεδνὰν χάριν.* id eſt,

Eſt enim & mortuis pars legitima debita, neque puluis occulit cognatorum illuſtrem gratiam. Atque iure ciuili debetur 4
mortuis corporibus expoliatis, vindicta: Et qui illos expoliarunt, ſi cum armis id fecerint, capitali plectendi veniunt iudicio: ſi ſine armis, metallo, Vlpiano teſte [a] Criménque hoc, ſacrilegij inſtar eſt Iuliano imperatori. [b] Neque licet oſſa, 5
citra iniuriam, à ſepultura eximere, alióue, niſi requiſito pontifice, vel principe, transferre, vt ſcribit Vlpianus. [c] Punitiúe grauiter, qui in mortuos, etſi debitores, attentarent quippiam, Titulo, vt defuncti ſeu funera eorum non iniurientur: in authentic. [d]. Debetur etiam mortuis, vt 6
pro vita illorum æterna, orationes ad Deum effundamus iuſtáq; agamus, & oblationes offeramus, quia illos iuuamus his, vt ait Tertulianus. [e]. Diuus Hieronymus. [f] Diuus Auguſtinus. [g]. Et Tobias. [h] Offeres panem tuum & vinum, ſuper ſepulturã iuſti. Et in Macchabeor. lib. 2. [i] Et apud Ieſaiam. [k]. אלה עמ' אל אלהיו
ידרש בעד חחם אל המתים:

*a in l. 3. de ſepulchro violato lib. 47. P. ti. 12*
*b in l. pergit audacia l. 5. de ſepulchr. violat. lib. 9. C. tit. 19.*
*c in l. oſſa. l. 8. de relig. & ſumptib. funerũ lib. 11. P. tit. 7*
*d collat. 5. tit. 18.*
*e li. de corona milit.*
*f ad Paulã de dormiti. Bleſillæ.*
*g in Enchirid.*
*h 4. c.*
*i c. 12.*
*k c. 8.*

id eſt: annon populus, dominum ſuum
quæret,pro viuis & pro mortuis. Et Hie-
remiah.[a] Hæc dicit dominus, vox in ex-
celſo audita eſt lamentationis, luctus, &
fletus Rachelis,plorantis filios ſuos,& no
lentis conſolari,eó quod non eſſent.Hæc
dicit dominus, quieſcat vox tua à plora-
tu,& oculi tui à lachrymis, quia eſt mer-
ces operi tuo,ait dominus,& reuertentur
de terra inimici,& ſpes eſt vel præſtola-
7 tio poſteris tuis , vel nouiſsimis tuis ait
dominus.Et in eccleſia primitiua,baptiza
bantur viui pro mortuis:hoc eſt.pœniten
tiam agebant,pro mortuis,vt illis prodeſ
ſent,ſicut ſcribit D. Paulus.[b] Et Diony
ſius Areopagita, planctus,preces,thura,&
lugubres ceremonias inſtituit pro mor-
tuorum exequiis.[c] Et refert Ioannes Da-
maſcenus.[d] Traianum imperatorem
8 mortuum iuuatum precibus Diui Gre-
gorij Pontificis, citántque hoc,doctiſsi-
mi plerique, qualis D. Thomas Aquinas
aliique in 4.Sententiarum diſtinct.47.Et
9 ſcribit Gaguinus[e] animam Dagoberti
regis Galliarum Diuorũ ſuffragiis, à dę-
monũ manu liberatam. Poſſem hîc trãſ-
ferre plura ex ſacra pagina,de mortuorũ
funere & luctu, ſed quia Chriſtian is hæc
10 ſufficiunt,referã quæ etiã Ethnicorũ fue-

a c.31.
b *epiſt. ad Cor.c.13.*
c *lib de celeſti Ierarchia.c.7.*
d *ſermone de ſuffrag. viuorũ pro mortuis.*
e *lib.3.de geſtis frãc.*

rit hac de re ſententia: ipſi quippe & rati
*a in lib. ethic. c. 10.* ſunt, iuuari defunctos à viuis, & iuſta illis
perſoluenda eſſe. In primis Ariſtoteles [a]
*b in orati. conſolat. ad Apolloni.* ſcribit, mortuis non omnino fœlicibus,
prodeſſe viuentium res, quamquam fœ-
*c. li. 1. Tuſc.* licibus, & omnino impiis non proſint,
nec eos illa tangant. Plutarchus alius te-
ſtis [b] ait mortuos, non tam lugendos, quã
iuuandos. Alius Cicero.[c] Quanquam
enim inquit abierit, tamen ſummis pro-
prijs bonis & laudis & gloriæ, quamuis
non ſentiant mortui, non carent. Omnéſ- 11
que priſcæ philoſophiæ antiqui, idem
ſentiunt, qui immortalitatem animæ co-
gnouerunt. qualis Cicero in proximè ci-
tato quæſtionum Tuſculanarum libro 1.
& in Lęlio ſiue de amicitia: & in libro de
ſomnio Scipion. Et ſexto de republica.
Plato in Meno, in Phædro. vbi & animas
errare per certa tẽpora, priuatas à beatitu
dine cẽſet, donec mũdę ſint. Idẽ in Axioc.
in quo & immortalitatẽ etiã rationibus
probat. Sic etiam Phocylides, ait. Ψυχὴ
δ᾽ ἀθάνατος, καὶ ἀγήρως ζῇ διὰ παντός. Anima
immortalis, non vetuſtati ſubdita, perpe-
tuo viuẽs, idẽ & sẽſit Sybilla, cui[9] proſtãt
oracula. Proclus, itẽ in Alcibiad. Platonis
& in libro τῶν πρὸς τὰ νόητα ἀφορμῶν ait
ἡ Ψυ

ἡ ψυχὴ οὐσία ἀμεγέθης, ἄϋλος, ἄφθαρτος, id eſt, de occaſionibus regula. 13. Anima inquit, eſt eſſentia inextenſa, immaterialis, immortalis, & pariter lib. 3. de abſtinentia animalium. Idem Mercurius Triſmegiſtus, priſcorũ ferè primus theologus ad Tatium in Pimandro. c. 8. Item Iamblicus de myſteriis Ægyptiorũ. Pletho Gemiſto Platonicus & Simplicius. Sed expreſſius Epicharmus, de immortalitate animorum, quem citat Clemens Alexandrinus in Stromatis. Item Homerus, pluribus in locis, citatis à Plutarcho, in eius vita: item Euripides, qui ab initio Hecabæ, Polydori vmbrã ex inferis redire adſtruit. Et in Helena [a]. dicens, *a actu. 3. ver. 150.* ὁ νοῦς τῶν κατθανόντων ζῇ μὲν, οὐ γνώμην δ᾽ ἔχει ἀθάνατον, εἰς ἀθάνατον αἰθέρ᾽ ἐμπεσών, id eſt. Mens quidem morientium non viuit, animam autem immortalem habent morientes, ad immortalem aërem reuertentem, atq; Pindarus: [b] ait nos ſimiles immortalibus, magna mente, idem alij cùm Græci, tum Latini. De quibus forſan, Deo volente alias dicemus. Sufficiunt nunc ij, vt doceatur immortales animas eſſe, omiſsis illorum erroribus, circa metempſychoſim, rationémq; annorum: & expunctis fabulis quæ ibi miſcentur ex

*b Nemeorum od. 6 Strophe 1.*

populari errore tum valido, cum lumen veri Dei, illis nondum innotuiſſet. Etſi animarum curam, etiam mortuorum habuerint, cum errorum nebulis, vera potiſsimum quę à ratione naturali effugere non facilè poſſunt, retinentes. Quamobrem & Manibus ſacra fecerunt, purgandarum animarum cauſa, vt memorat Athenęus, qui [a]Athenienſibus morem fuiſſe, lotionem facere in honorem mortuorum ac in purgantibus, velut Clidanius 14
in libro expoſitore inſcripto: nam de religione ſcribens, de hac etiam addit: cauanda erit inquit, foſſa ſepulchri ad veſperam, circũq; foſſam: ad veſperas mox intuens, effundes aquam dicens hęc, vobis lotionem quibus licet, & quibus fas: Poſt hæc rurſus, vnguentũ infunde. Mor- 15
tuis etiam antiqui oues iugulabant, vt ſcribit Apollonius Rhodius [b]. & ante eũ, Orpheus [c].

*ἀλλ' οἱ μὲν βασιλῆα περισταδὸν ἀμφιχυθέντες*
*κύσικον, εὐξεστοῖσιν ὑπὸ πλατέεσιν ἔθηκαν,*
*αἶψ' ἄρα τύμβον ἔχευαν ἐδωμήσαντο δὲ σῆμα.*
*φιτρὺς δ' αἶδα κόμιζον ἰθύντομα προσαμόντες*
*παμμέλαν' ἐν βοθροῖς κατεκίαθον, αὐτὰρ ἔγωγε*
*Ψυχὴν ἱλασάμην σπένδων μειλίγματα χύτλων*
*ὕδατι ἠδὲ γάλακτι μελισσορύτων ἀπὸ νασμῶν*
*Αἱ οἰβᾶις συμπαροχὰν, καὶ ἐμοῖς ὁμοῖοι γεραίρων.*

a *li. 9. dipnoſophiſtõ. c. 27.*

b *li. 2. Argonanticon*

c *in argonauticis, verſu. 185. ita.*

Ipſi autem (Myniæ ſcilicet) denſa Regē
cinxere corona
Cyſicum, & ſecto iuuenem ſub marmore condunt,
Et fodiunt tumulum, factóque ex more ſepulchro,
Agglomerant properè truncos, & magna ſub antro
Viſcera deffoſſis condunt. Aſt ipſius vmbram
Litans perfectis, placaui, in funere ſacris
Idem ego aquæ & niuei lactis libamina miſcens,
Mellito de fonte, meis à laudibus ornās.

Item Homerus meminit,[a] in hæc verba

ἐγὼ δ' ἄορ ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ
βόθρον ὄρυξ' ὅσσον τε πυγούσιον ἔνθα καὶ ἔνθα,
ἀμφ' αὐτῷ δὲ χοὰς χεόμεν πᾶσιν νεκύεσσιν,
πρῶτα μελικρήτῳ, μετέπειτα δὲ ἡδέϊ οἴνῳ,
τὸ τρίτον αὖθ' ὕδατι, ἐπὶ δ' ἄλφιτα λευκὰ πάλυνον.

a odyſſea. P. 11. verſu 23.

Ego Vlyſſes autem, gladium acutum extrahens à fœmore, foſſam feci cubitalem quoquouerſus, circa eam autem libamina fundebamus pro omnibus mortuis, primum mellicrato, demum dulci vino, tertio, verò aqua, inſuper & albam farinam miſcui, hæc ibi, & apud Romanos, teſte Ouidio[b].

b li. 2. faſtorum verſu. 753.

Hunc morem Æneas, pietatis idoneus
author,
Attulit in terras, iuſte Latine tuas.
Ille, patris genio ſolemnia dona, ferebat,
Hinc populi ritus edidicere nouos. Et
paulò antè
Eſt & honor tumulis, animas placare paternas,
Paruaq; in extructas, munera ferre pyras.

Refert etiam Plinius [a], fieri ſolita mortuis Fabatia. Et Cicero [b], hoſtia maxima parentare, pietati adiunctum eſſe putabat. Et rurſum [c]. Cuius ſepulchrum inquit, non ſtabit, ei publicè ſupplicetur. Sic in Apollonia, menſe Februario, iuſta 14
perſoluebant mortuis, poſtea in Nouembrem menſem, trãſlata: vt ait Athenæus[d]. Multiſque locis, mortuis litaſſe Alexandrum Magnum, legitur apud Diodorum 15
Siculum[e]. Erantq; nouendiales dies, deputati pro mortuorum cura habenda, intra quos non erat fas hæredes in ius vocare, vt ſcribit Iuſtinianus[f]. Meminit & Horatius in Epodis, nouendiales non eſſe excitandos pulueres. Et olim, vt nunc etiam, inter Chriſtianos fiebat memoria defunctorum, recurrente anno, vt ait Nicephorus Caliſti [g], eóque die erant oblationes, vt indicat Tertuliã.[h] Et Turcæ, 16
etiam

a li. 8. hiſto. naturalis c. 12.
b 2. de legibus.
c Philipi. 1.
d li. 8. c.
e li. 16. Biblioth.
f in §. ſancimus igitur nulli in authentic vt cum de appellatio. cognoſcitur collat. 8. tit. 12.
g li. 8. c. 31.
h lib. de coron. mil. et de Monoga.

etiam ſacra pro mortuis faciunt, reſurre-
ctionē ſperantes. Atq; precantur, quam-
quam forma extrà orthodoxam fidem,
vt ſui mortui liberentur, à duobus ange-
lis nigris, quos vocant Arabicè, Mongie
& Moquil, quóſque profitentur, mor-
tuos impios perpetuis malleorum ictibus affligere, ſi non ſeruauerint ſuum Ra
daman, ideſt Quadrageſimam, & cęre-
monias Zala, vt habetur in libro illorum
vanitatis, Dicto Zuna, vt refert ſe vidiſ-
ſe apud illos Petrus Bellonus in obſerua-
tionibus [a]. Romanorum etiam mos erat, *a lib.3. c.5.*
17 mortuis inferias mittere & parentare,
menſe Februario. Decius autem Brutus
parentauit Decembri, vt Plutarchus ait [b]. *b lib. pro-*
Sic ſcribit Suetonius [c]. Germanicum, *blemm.*
patrem Caij Cęſaris, ſicubi clarorum vi- *c in Cali-*
rorum ſepulchra cognoſcebat, inferias *gula. c.3.*
manibus dediſſe.

---

## CAP. XLIIII.

*De alio officio circa mortuos ſcilicet ſepulturæ.*

1 MORTVIS etiam ſecundo debetur ſepultura, ſi de ea ſibi non prouiderint. Laudatúſq; Cymon, quiquidem, vt pater Melchiades, in carcere mortuus ab Athenienſibus ſepeliretur, voluntariis

vinculis ſe mancipauit, Athenienſes autẽ
notati ſunt, vt docet Valerius Maximus [a].
Tobias etiam Deo gratus & laudatus,
quod mortuos ſepeliret [b]. Et Simonides à
naufragio conſeruatus creditur: quod ad- 2
monitus fuerit, ab eo, cuius corpus in are
na iacebat inſepultũ ſepelierat, ne ſe pe-
lago cõmitteret, eodem teſte Valerio [c].
Graue enim ducebatur, carere ſepultura.
Et ſcriptum eſt in Eccleſiaſtico. c. 6. me-
lius eſſe: abortiuum eſſe quàm inſepultũ.
Atq; Vergilius inhumatos: non trãsferri
à Charonte, mortuorum portitore, ait [d].
dum ita ſcribit.

Hæc omnis quam cernis, inops inhumataque turba eſt:
Portitor ille, Charon: hi, quos vehit vnda ſepulti:
Nec ripas datur horrẽdas, nec rauca fluẽta
Trãſportare priùs, quã ſedibus oſſa quierunt.
Centum errant annos, volitántque hæc littora circum.
Tum demum admiſſi, ſtagna exoptata reuiſunt.

Quod autem ſepultura iuuentur, & quod 3
viuentes illis opitulentur, ſubiicit
Vergilius exemplum Palinuri inſepulti,
qui Æneam ita precatur.

a *lib. 5. c. 3.*
b *Tobiæ. 1. & 12.*
c *lib. 1. c. 7*
d *Æneid. lib. 6. verſu 264.*

Per genitorē oro, per ſpem ſurgentis Iuli
Eripe me his īuicte malis aut tu mihi terrā
Inijce, namque potes, portuſque require.
Velinos: Et poſtea,
Da dextram miſero, & tecum me tolle per vndas,
Sedibus vt ſaltē placidis, in morte quieſcā.

4 Cæterum, ſepeliri mortuos debere, vbi
honeſtè elegerint, vel in loco maiorum
iure diuino & canonico receptum eſt, vt
à Leone tertio pontifice, & aliis [a]. Et ita
libera ſepulturæ electio, vt quis ad cer-
5 tam ligari non poſſit, pacto [b] exemplo
maiorum, qui elegerunt vel in ſepulchris
maiorum cōditi ſunt: vt elegit Abrahā: [c]
Iacob autem maiores ſequutus [d], vt & Io-
ſeph. [e] Et de aliis ſepultis in maiorum ſe-
pulchro videndi libri Regum [f] & Para-
lipomenon. [g] & alibi. Lubet etiam an-
notare, ſedulam fuiſſe morientium
curam circa ſepulturam: & ita To-
bias qui alios ſepeliebat, de ſua ſta-
tuit [h]. Viri Iabes Galaad, Benedicti, quod
Saul & Ionathan, ſepeliuiſſent [i]. Macha-
bæus cum ſolicitudine, fratres ſuos ſepe-
liuit. [k] Diſcipuli, Iohannem ſepelierunt [l]
6 Dominus noſter IESVS CHRISTVS,
quod in ſuam ſepulturam fiebat, lauda-
uit [m]. Ioſeph & Nicodemus diligenter

a in c. 1. de ſepul. lib. 3. decretal. tit. 28. canō vnaquæq. §. Ioſeph. 13. q. 2. in ſecūda decr. parte.
b per c. 1. de ſepultur. li. 3. tit. 12. in ſexto decr.
c geneſ. 13.
d 2. c.
e 19.
f Regum 4. c. 15.
g 2. parali. c. 25. & 35.
h Tobiæ. 4
i Regum 1. c fin.
K 2. Machab. c. 12. & 13.
l Mathei. 20. c.
m Iohan. euangelio. c. 12.

illum ſepelierunt[a]. De ſepulchro etiam Athenienſes viui, cogitauerant pugnaturi, teſte Diodoro Siculo[b]. Plures ſimiliter leges, de ſepulturis & apud Ciceronem[c]. Et in pandectis titul. de religioſ. & ſumptib. funer. Hæcq; cura imperatorum etiam erga militum corpora, fuit. 8
Sic Alexander Magnus, milites ſuos magnificè ſepeliebat: vt author idem Diodorus Siculus[d]. Haſdrubal, Romanis de ſepultura ſuorum anxiis, Romanos ſepeliuit honorificè, quamuis Romanis & Scipioni inimicus, vt ſcribit Appianus Alexandrinus[e]. Atq; Sylla inimicos occiſos, ſepeliri permiſit: vt refert idem Appianus[f]. Nec potuit inimicitiarum robur hoc tam pium opus, prohibere. Vnde 9
Dion Pruſæus ſophiſta dixit, ius ſepulturæ iuris eſſe naturalis: is enim in oratione περὶ ἔθους, de conſuetudine, ſic ait, τὸ γοῦν μὴ κωλύειν τοὺς νεκροὺς θάπτειν, οὐδαμοῦ γέγραπται, πῶς γὰρ ἂν ὑπήκοον, οἱ κρατοῦντες τοῖς τῶν ἡττωμένων ἐπιτάγμασιν, ἀλλὰ ἔθος ἐστὶ, τὸ ποιοῦν τῆς φιλανθρωπίας ταύτης τοὺς κατοιχομένους τυγχάνειν i. Nuſquā prohibitū eſt, mortuos ſepelire, qūo enim victores obtēperare vellēt iuſsis illorū qui ſuccubuerūt? at, cōſuetudo eſt quæ facit, vt defuncti fruantur hac humanitate, hæc ibi. Neque potui

a Mathei. 27.
b lib. xi.
c li. 2. de legib.
d li. 17.
e in lib. lybico.
f in lib. Mithrid.

ſatis mirari aliàs, formicarum pietatem quæ velut iſtius iuris participes ſeſe inter ſe ſepeliunt mortuas. vt & ſcribit Plinius[a]. Quæ vel ſolæ ad ſuadendam mortuorum curam ſufficere queunt. Quibus accedere alia plura poſſunt, tradita in Elpenoris defuncti & inſepulti oratione, apud Homerum[b]. Et quæ refert Euripides, in Phœnicibus[c]. Et laudatus in iure ciuili à Modeſtino is, qui teſtatoris iubentis, reliquias in mare non proiecit, ſed in memoriam humanæ conditionis ſepeliuit[d]. Siquidem ferè pro maledictione eſt ſepultura priuari: atque per os prophetæ, ita maledicta Iezabel vxor Achab, Quod & ſanguinem eius canes lingerent, & non foret qui ſepeliret eam, eo quòd Naboth occidiſſet[e]. Nec ſepultus propheta, qui in loco à Deo prohibito, comederat[f], & apud Hieremiam ſcribitur, de interitu iniuſti: non plangetur inquit ſuper eum, & erit ſepultura eius, ſepultura aſini, & extra portas ciuitatis eii-
12 cietur. Narrat & Herodotus[h], Aſchim regem Ægypti, legem promulgaſſe, vt ita demum quis pecunia mutuam acciperet, ſi cadauer patris pignori traderet, vtque penes creditorẽ eſſet ius omnis ſepulchri debitoris. Deinde vt hæc irroga-

a *lib. xi c. 30.*
b *Odyſſea P. xi. quæ incipit verſ. 59.*
c *actu. 5.*
d *vt ſcribitur in l. quidam in ſuo, l 27. de cõditio. & inſtitut. libr. 28. P. tit. 7.*
e *Regum 4. c. 9.*
f *Reg. 3. c. 13.*
g *c. 22. e*
h *lib. 2.*

retur mulcta in eum qui diſſoluere æs a-
lienum recuſaret, fas non eſſe eum ſepe-
liri, aut in paterno aut in alieno ſepul-
chro, pro pœna priuationem ſepulturæ
ſtatuens. Quemadmodum neque omni- 13
bus debetur ſepultura, ad iuſtitiæ con-
ſeruationem. vt in excommunicatis pa-
tet, quibus cum communicare fas non ſit
viuis, nec etiam conuenit mortuis. vt ait
Innocentius tertius[a]. Neque etiam o-
mittendum eſt, ſepulturam, aliqua ex
parte ſolatij & conſolationis viuorum,
habere cauſam. vt ait D. Auguſtinus[b]. Sic 14
Pomponius Iuriſconſul.[c] iniuria virum
videri affici, ſi eius vxor maneat inſepul-
ta, ait. Neq; putandũ tamen eſt ſepulturã
ipſam ſolam, eſſe ſepultorum beatitudi- 15
nem, cùm & impij etiam ſepeliantur, iiq;
plerumque cum pompa funebri maiore:
vt ſcribitur apud Eccleſiaſten.[d] Vidi in-
quit impios ſepultos, qui & cùm viuerẽt
etiam in loco ſancto erant, & laudabãtur
in ciuitate quaſi iuſtorum operum. Patẽt
autem exempla ex ſuperioribus, quibus
curam circa ſepulturam fuiſſe docuimus,
cùm tamen eſſent idololatræ & impij, &
& de quorum ſalute actum eſt. Et plures
martyrio ꝑ domino noſtro IESV CHRI-
STO coronati, inſepulti iacuerunt. Et à
feris

a *in c. ſacris. c. 12. de ſepultur. li. 3 de decretal. tit. 28.*
b *lib. 1. de ciuita. c. 12.*
c *in l. Quod ſi nulla, l. 28. de religioſ. & ſumpt. funerum, lib. xi. P. tit. 7.*
d 8. c.

feris alij laniati, & dentibus cōtriti, Beati
tamē, indubiè prędicãtur. quorũ nec vnus
capillus peribit vt ſcribit D. Auguſti.[a] Et
cælo tegitur, qui non habet vrnam. vt ait
Lucianus[b]. laudabile tamen, & quod Dei
gratiam premeretur, mortuos vt dixi-
mus ſepelire: potiſſimum erga eos qui
cum fide & pietate dormierunt in domi-
16 no, exemplo Tobiæ ab angelo, vt dixi,
laudato & munerato à Deo: & exemplo
capitis noſtri IESV CHRISTI. Tum etiã
in humanæ naturæ reuerētiam, cùm cor-
pora Chriſtianorũ, vaſa ſint Spiritus San-
cti, & alia in honorem eius, vt ſcribit D.
Paulus[c], & templũ Dei ſumus nos, & mē-
bra noſtra[d] & portamus magnũ quendam
theſaurũ abſcōditũ in vaſis his fictilibus,
vt manifeſtetur ſublimitas Dei. vt idem
17 Paulus ait[e]. Inter cætera autem eximia il-
lius theſauri, eſt & illa anima immorta-
lis: quæ cũ corpore moratur viuētium, à
Deo creata, & quæ ad imaginē Dei facta.
18 Idcirco iudices, corporũ punitorũ proxi-
mis petentib. ſepulturã denegare nō de-
bēt poſtquã pœna exacta eſt, ni crimē tã
acre ſit, vt in mortuorum cadauera ſeue-
ritatē exercere poſſit: Sunt enim pœnæ
aliquæ etiam mortuis inflictæ, vt vtriuſ-
que criminis læſæ maieſtatis, & in aliis:

a *in lib. de cura pro mortuis agenda, c. 2. & 5, & lib. de conſolatio. mortuor. 4. & 5.*
b *lib 7.*
c *ad Roma. 9. & 2. ad Timoth. 2.*
d *2. epiſt. ad Corinth. cap. 6.*
e *2. ad Corinth. 4. c.*

quibus non occurrentibus corpora puni-
torum mancipari debent petentibus. vt
ſcribit Auguſtus in vita ſua; quem refert
Vlpianus[a] & Cæſares Diocletian. & Maxim.[b] Qui autem teneantur corpora decedentium ſepulturæ mandare, & cuius expenſis id fiat, traditur ab Vlpiano. in l. ſi quis ſepulchrum l.11.6. de relig. & ſumpti funer.[c]

## Cap. XLV.

*De alio ab officio & iure in mortuos circa eorũ voluntates vltimus. & de luctu eorum.*

TERTIO loco, eſt aliud officium im- 1
pendẽdum mortuis, circa illorum voluntates implendas, & ea quæ morientes mandarunt fieri. Ex quo colligitur illa trita regula. Quod intereſt rei publicæ, ſuprema hominum iudicia, ſortiri effectum. poſt Paulum iuriſconſul.[d] Iuſtinianúmque ſiue Tribonianum[e]. Atque 2
priuatur hæres hæreditate, qui voluntatem teſtatoris non impleuerit[f]. Quod intelligitur in his, in quibus voluntas non poteſt haberi, pro impleta, ni hæres impleat: & ſi hæres de implendo monitus fuerit à iudice, & à iuſſu annus excurrerit, neq; impleuerit. vt annot. & diſput. Guill.

a in l.1. & Pau. in l. ſi. de cadaue rib. punit. lib. 48. P. tit. 24.

b in l. obnoxios. l. 12 de religioſ. & ſumpt. funer. lib. 3. C. tit. 43.

c lib. xi. P. tit. 7.

d in l. vel negare. l. 5. Quẽadmodum teſtament. aperiãt. lib. 29 P. tit. 3.

e in §. fin. de fideicõ. hæreditatib. lib. 2. inſtit. iur. ciuil. tit. 23.

f in §. his igitur. & §. ſi quis autem non implens de heredit. & falci. in authent. colla. 1. tit. 1. vnde deſumpta authen. hoc amplius de fideicom. miſſar. lib. 6. C. tit. 43.

Benedict.[a] Ratióq.addatur,q̃ caſſa iudi-
cia decedentium eſſe non debeant, poſt-
quam aliud velle non habent, debeátque
hoc ipſum firmum,& liberum eſſe arbi-
trium,ex ſanctione Conſtant. Cæſar[b],&
pro lege recipi[c], quamobrem nec irritū
3 per hered.fieri debet. Et vt abſoluam,de-
betur mortuis quibuſdam luctus, qui qui
dē eſt cultus extrinſecus, docens ægritu-
dinē eius qui charus fuit. vt ſcribit Cic.[d]
eſt enim luctus, recordatio eius quod
charū fuit,vnde Ariſtot.[e] ait in luctu & in
fletu eſſe quandam voluptatem. In eo e-
nim inquit mœror eſt, quod non adeſt:
voluptas autem,quod recordetur, & illud
quodammodo videatur. quod à deceſſis
4 agebatur. Iure autem antiquo Romano-
rum,mulier tenebatur virum & maritum
lugere,per decem mēſes. vt ait Ouidius[f],
loquens de anno Romuli.

Per totidē mēſes à funere cōiungis vxor,
Suſtinet in vidua triſtia ſigna domo.

Nunc mēſium eſt duodecim ſicuti & an
nus, vt ſcribunt Gratian. Valentinian. &
Theodoſ.[g] Itaque Iulianus & Vlpianus
notant infamia nubentem intra tempo-
ra luctus[h] & Vlpianus[i],ſtatuit pietatis lu-

*a in repetitione capi. Raynun. in nerbū. ſi abſque liberis,2. num. 198.199. ad nam. vſque 203. ſub rub.de teſtam. vbi plures iuriciant. interpr.*
b *in l.1.de ſacroſanc. eccl.lib.1. C,tit.5.*
c *vt in §. diſponat, de nupt.in authentic. colla.4 .i.t*
d *4.Tuſculanar.*
e *li 1.Rhetoric. a d Theodec. cap.11.*
f *lib.1. Faſtor. ver.35*
g *in l.1. & l. 3. de ſecund.nupt.lib.5 C tit.9.*
h *in l.1.§.qui ea,in l. liberorū.l.x:.§. ſi qua,de his qui not.infam.li.3.P.tit,2.*
i *in l.parentes,l.23. eod.tit.*

gramma ad Lesbiam.
Cùm ſemel accidit breuis lux,
Nox eſt perpetua vna, dormienda.
Quocirca, ad mortem & triſtem animi
mœrorem propalandum, atro colore v-
6 tebantur in veſtibus. Quamquam &
mulieribus pro lugubribus veſtibus, al-
bæ conceſſæ ſint propter puritatem,
quòdque hic color, ſimplex ſit, quí-
ue ſeparationem animæ à corpore fa-
ctam, ſignificet: cùm mortuus ſimpli-
cis ſit naturæ, ab omni commixtione va-
cuus. vt ſcribit PLVTARCHVS[a]. a in pro-
Addendúmque ex eodem authore Plutar blemmat.
7 cho[b], quòd filij tecto capite olim patrem probl. 26.
efferrent, filiæ autem paſſis capillis. Lycij b problem-
tamen non ita, ſed muliebri veſte in luctu mat. 13.
induebantur: vt deformitate commoti,
mœrorem & luctum facilius abiicerent.
teſte Valerio Maximo[c]. At Ægyptiis, de- c lib. 2. c. 6.
functo inſigni aliquo viro, ſex⁹ muliebris
omnis, luto caput & faciem illinit, & nu-
datis mamillis, relicto domi cadauere, va
gans per vrbem, querelas fundit & plan-
git: viri ſe verberant, demum corpus ſe-
8 pulturæ mandatur, teſte Herodoto[d]. d in 2.
Sed & alius mos Romanis in Impe-
ratorum ſepultura, potiſſimum illorum,
qui, quia relictis liberis & ſucceſſori-

bus Imperij deceſſerant, conſecrabantur à ſenatu. Circa lectũ enim defuncti principis quãuis ſepulti, ſenatus ſedebat cum veſtibus atris:à dextra verò,matronæ ſine auro,veſtibus albis, per ſeptẽ dies, ſtatua principis in lecto recũbente: poſtea is cũ pompa ſepeliebatur. Cuius ſepulturæ videnda pulchra deſcriptio apud Herodiã.[a]

[a] *lib.4.de impe. poſt Marcum.*

Porro mos fuit alius Ægyptiorum: apud 9
quos, per ſeptẽ dies plãctus perſeuerabat mortuorũ,vt & apud Hebr.ſicut ſcribitur in geneſi[b].cętera omitto.Perſuaſum autẽ eſt,quãuis vario ritu,tamẽ vbiq; mortuorũ fuiſſe luctũ,paucis exceptis. Hic enim honos habitus eſt mortuis,vt ſcribit Homerus. Sic enim ille ait[c] πάτροκλον κλαίωμεν, ὃ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων, i. Patroclũ lugeamus,eſt enim hoc,pręmiũ & honos mortuorũ. Et rurſum[d] κατθέμενοι γοάοιεν· ὃ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων,id eſt.Deponẽtes lugerent, quod eſt honos morientium. Atq; ab antiquis Romanis , cauebatur ne luctus deeſſet:erántque cõductitiæ mulieres, præ-
ficę dictæ, quæ querulis vocibus ſupple- 10
bant proximorum luctum. Meminítque de his Horatius[e].

[b] *50 c.*

[c] *Iliad.23 ver.9.*

[d] *Odyſ.vl. ver.233.*

[e] *libro de arte Poet. verſ.411.*

Vt qui conducti plorant in funere, dicunt
Et faciunt plura dolentibus ex animo,

Sed

Sed de iuris præceptis ſatis, déque redden do quod cuíque ſuum eſt. Reliqua nõ perſequar quæ huc coniicere potuiſſem, ea enim facilè ex ſuperiorum locorum indi-
1 catione, per ſe colligi poterunt, & ad Eunomiam accommodabuntur. Tertiam nunc aggrediamur Themidis prolem, *εἰρήνην* ſiue pacem.

# DE PACE REIPVBLICAE, ET RERVM diuiſione, LIBER III.

## Cap. I.

*Pacem, id quod iuſtum eſt, ſouere: & de pacis vtilitate, & belli fine.*

EX Themide, nempe ex eo quod fas & iuſtum eſt, atque ex iuſtitia & Eunomia, & rerumpublicarum proba adminiſtratione, ciuitatis &

populi quies,& tranquillitas ſequatur neceſſarium eſt. Habet enim *εἰρήνη* ſorores illas velut præcurſores, quæ diſponunt animos mortalium ad ea quæ pacis ſunt. Nam opus iuſtitiæ pax,vt ait Ieſaias[a].Neque impiis ſed bonis, pax. vt idem ait[b]. Sublatis autem per pœnas improbis, pax reliquis bonis.Et Dauid[c].De cœlo, inquit auditum feciſti iudicium tuum Deus,terra tremuit & quieuit, quoniam cogitationes hominis confitebuntur tibi,& reliquiæ eius diem feſtum agent tibi. Atq. 2
pacem omni iure cõmẽdatam eſſe, breuiter annoto.Iurè diuino primùm, vt apud Zachariam[d], in pſalmis[e]. In Hieremia[f], apud Diuum Marcum[g].Iohannem[h]. Paulum[i].Iure canonico,idem ſtatuitur.Nempe vt pax ſeruetur,ex cõſilio Aphricano[k]. Et rurſum, vt iurgantium controuerſiæ, celeri ſententia terminentur, ex Gregorio[l].Et alibi[m],Gregorius nonus in c.Conſtitutus c.12. de procuratoribus lib.1. decretal.tit.38. idem Gregorius in c. final. & Innocentius tertius in c. finem litibus. c.5.de dolo lib.2.decretal.tit.15. Idem iure ciuili, vt Iuſtinianus docet dum de iudiciis agit[n]. & in titulo de pœna temere litigantium[o]. Húcque pertinet titulus, vt intra certum tempus criminal. actio termi-

a *c.12.* b *c.48.* c *Pſal. 75.* d *8.c.* e *Pſalm.35 & 121.* f *c. 29.* g *c.9.* h *Euangel. c.14.* i *ad Romã. 12. & 14. ad Hebr. 12. ad Epheſ 4.* k *in c.1. de pactis. lib.1.decret.tit.35.* l *in c.2. de ſententia & re iudicata in decretal.lib.2. tit.27.* m *2.quæſt. 1.* n *in l.properandum. l. xi. de iudic.lib. 3. C.tit.1.* o *lib.4.inſtituti. tit. 6.*

termi. & tt. vniuerſis de vſucapionibus, pro ſuo, pro legato, & reliqui ſimiles lib. 41. P. Item de tranſactionibus, de pactis, in vtroque iure canonico & ciuili. Et lex. 2. de aqua pluuia arcenda [a], aliáque fermè omnia iura, pacis cauſa recepta. hic tituli notandi, de ſeditioſis [b]. de pœnis. Et de pace ſeruanda inter ſubditos [c]. Et de pace tenenda, & eius violator [d]. Seruantúrque omnia legum præcepta, ob pacem & belli metum, quo clades plerǫque in-

3 feruntur. Nam didicerunt plures ſuo, alij aliorum malo, cum cuncta bellis peſſum dant, publicis ærariis ac priuatis opibus exanthlatis, & poſt multa pericula, cautiores & obedientiores eſſe: vel timore, ne quod experti ſunt malum, rurſum accidat: vel feſſi, vel amaris neceſ-

4 ſitatis legibus domiti, quieſcunt. Bellum etenim iuſtum exiſtimatum eſt contra eos, qui nati ſunt vt obedirent, & tamen parere nolunt. vt ſcribit Ariſtoteles [e]. Item bellum, vt vi iuſtum cuique tribuatur, cum legibus fieri nequit: idque belli indicendi verba concepta fœcialis, demõſtrabãt apud Romanos quæ huius modi erant. Audi Iupiter, & tu Iuno, Quirine diíque omnes, (Sic enim Deos idola vocabãt) cœleſtes, voſque terreſtres, vó. q.

a tit. 3. lib 39. P.
b lib. 9. C. tit. 30.
c lib. 2. feudor. tit. 53.
d eod. lib. tit. 27.
e lib. 1. politi. c. 5.

inferni audite: Ego vos teſtor, populúmque illum, (quem nominabat) iniuſtum eſſe, neque ius perſoluere. vt ſcribit Liuius[a]. Et Ariſtoteles[b], ait iuſtiſſimos in republica ſocios fieri oportere, & pro iis, & contra rempublicam agentes, bellum ſumi fas & neceſſarium eſſe. Et idem rurſum[c], ait, bellum, maximè cogere homines, eſſe iuſtos, & temperantes. Ideo Xenophon.[d], inſtruens eum qui belli curam ſubiit, ait. Primum precandum eſt à Deo, faciendis ſacrificiis, vt illud tibi largiatur: ea vt ſentias, loquaris & agas, quæ gratiſſima ipſi ſint: tibi autem, amicis ac reipublicæ, minimè moleſta, ſumméque glorioſa ac vtilia aggrediaris, id eſt pacem conſecteris: Nam pace nihil vtilius eſt, eſtque ideo finis belli, vt ait Cicero[e]. & Ariſtoteles[f], cùm quod vt diximus, homines hinc fiant concordes: tùm etiam, quia ſecundum Iſocratem[g], pro honeſtis ſtudiis quæ antè bellum erant in pretio. illius miſeria redditos homines deſides, iniquos, ſolutos, rapaces, oportuit tot mẽtis iactatos procellis, quadam lege ſanctiſſima excipi ac inſtaurari: vt quod belli calamitas produxerat, pacis lenitas ſopiret ſicut ſcribit Iuſtinianus[h], Ita vtiliſſima pax inter ſubditos, & pacis nomen dulciſsi-

ciſsi-

*a li.1. ab vrbe condita.*
*b lib. Rhetori. ad Alexand. cir. finem.*
*c lib.7. poly c.15.*
*d in Hipar. in prin.*
*e lib.7. polit. c.15.*
*f Rhetoric. ad Alexand.*
*g oratione de pace.*
*h in l.1. circa principium de caducis tollendis, lib. 6. C. tit. 50.*

ciſcimum, res verò ipſa tum iucunda, tum ſalutaris. Quam, nec priuatos focos, nec publicas leges, nec libertatis iura habere poteſt, is quem diſcordiæ, quem cędes ciuium, quem bellum ciuile, delectat: cuiuſmodi ex numero hominum eiiciendum, & ex finibus humanæ naturæ exterminandum, puto. vt iiſdem verbis loquitur Cicero[a]. Ita etiam Homerus. Martem velut impium dominum, hoc modo deſcribit[b]. ἄρες ἄρες βροτολοιγὲ, μιαίφονε, τειχεσιπλῆτα. Mars mars, hominum peſtis, inquinate cęde, murorum quaſſator. & rurſum[c] ἄφρονα τοῦτον ἀνέντες, ὃς οὔτινα οἶδε θέμιστα, ideſt, Inſipientem hunc pellentes, Martem, qui non nouit iuſta. Idem ſenſit & Herodotus[d]. dum ait. nullum eſſe tam amentem, qui bellum quàm pacem præoptet: nam in pace filij patres, in bello patres filios, ſepeliunt. Et Euripides ait[e]. ἴσῳ τε πολέμου κρεῖσσον εἰρήνη βροτοῖς, ἣ πρῶτα μὲν μούσαισι προσφιλεστάτη ποιναῖσι δ᾽ ἐχθρὰ τέρπεταί τ᾽ εὐπαιδίᾳ. χαίρει δὲ πλούτῳ, id eſt, Quanto autem pax bello commodior mortalibus: quæ primum quidem muſis eſt gratiſſima, pœníſque inimica, gaudétque dextera ſobolis procreatione, atque diuitiis, videndus & Heſiodus in ἔργοις, ibi εἰρήνη δ᾽ ἀνὰ γῆν κουροτρόφος

a *in initio Philippicæ c.3.*

b *Iliad. 5. carmine.33. & 439.*

c *eod. verſ. 752.*

d *lib.1.*

e *in ſupplici tact.2. verſu.108.*

*a lib. xi. de* Addendúſque Silius Italicus[a].
*punico bell.* Pax vna triumphis
*2. ver. 609.* Innumeris potior: pax cuſtodire ſalutem
*b in eano.* Et ciues ęquare potens, reuocetur in arces
*noli, cauſa.* Et plura apud Iſocratem oratione de pa-
*23. quæſt. 1.* *in ſecunda* ce amplectenda. Igitur pax, finis diſcor-
*parte decr.* diæ, & tanquam diſsidij præmium ex
Auguſtino [b]. Eo ꝙ teſtimonio Prudẽtij
Pax plenum virtutis opus, pax ſumma laborum.

*c in oratio.* Pax belli exacti pretium eſt, pretiúmque
*Menelai.* pericli.

Atque vt ait Libanius[c], *ληροῦμεν ὑμεῖς, ἔγκλημα ποιούμενοι τοῦ πολέμου τὰ ἆθλα.* id eſt, deſiperemus, ſi belli præmiũ, crimini daremus.

Quia pax candida primum,
Duxit araturos ſub iuga curua, boues.
Pax aluit vites, & ſuccos condidit vuæ,
Funderet vt nato, teſta paterna, merum.
*d lib. 1, ele-* Pace bidens vomérq. vigẽt, at triſtia, duri
*giar, elegia* Militis in tenebris occupat arma ſitus. vt
*10, ver, 45,* ait Tibullus[d], & vt concludam, pax pro-
*e lib, 3, de* pria hominum, & ſecundum Ouidium[e].
*arte. verſu.* Cãdida pax homines, trux decet ira feras.
*502.* Hæcque diuitias producit, ſecundum Bachilidem, qui ita exprimit *τίκτει δὲ θνατοῖσι εἰρήνα μεγάλα πλοῦτον*, id eſt.

Profert mortalibus pax, magnas diuitias.

Hinc omnis iuſta & legitima oritur vtilitas,

litas, de qua pauca indicabo. Hanc autem non ſolum iuſtitiæ affinem & cognatam ſed ferè matrem dixit Horatius[a]. Atque ipſa vtilitas iuſti, propè mater & æqui. idipſum notat & iuriſconſultus Paulus[b]. Seiuncta tamen hæc ab illa, quæ ab honeſtate aliena eſt, quæue ex cuiuſque proprio pendet affectu, cum honeſto & auctoritate iuncta. Intereſt enim reipublic. & vſu eſt neceſſarium, vtilitatem cũ authoritate vnire. vt ſcribit Velleius Paterculus[c].

a *ſermonũ. 1. Satyra. 2. verſ. 99.*

b *l. ius pluribus modis. l. xi. de iuſtit. & iur. lib. 1. P. tit. 1.*

c *lib. 5. tit. 13. reg. 37.*

## CAP. II.

### *De vtili & eius diſtinctione.*

CAeterum ſulcandũ proprium eſt pelagus, dicendúmque, quot modis quibúſve ſignificationibus, interpretetur noſtrum ius, ipſum vtile. Demum, duæ vtilitatis ſpecies tractentur. Et poſtea vtráque cognita, electio docebitur. Primnm
1 igitur dicitur vtile, quod habet facultatem & poteſtatem producendi validè, hoc ipſum græcis, vis, ἐνεργής. Huic aduerſatur inutile. Ita auſculto regulæ, quod vtile per inutile non vitiatur. De
2 regul. iur. in ſexto[d], ita iudicium vtile, dicitur à Paulo iuriſconſulto[e]. ſic dies

d *in l. in commodato. l. 17. circa finem §. ſicut commodat. lib. 21. P. tit. 2.*

ad accuſandum vtiles intelligo, hoc eſt efficaces & quibus inſtituere accuſationem petenti conceditur, ſecundum Papinian.[a] Hos dies & iuſtos nominarunt Decemuiri, cum æris confeſſi & debiti obſtrictis, triginta dies conquirendæ pecuniæ gratia, dabant: quibus decurrentibus, agi iure cum debitoribus non licebat, iíque neruo compedibúſue vinciri nequibant. vt ait Gellius[b]. Menſes etiam vtiles dixit Papinianus, quibus experiundi facultas eſt[c]. Item actio vtilis, cùm non alio nomine, quàm lege vel æquitate permittente agere licet ex ea, & quando à iure propriam dominationem non habuit. Et ita intelligendam puto legem Papiniani, Quoties.l.23.de præſcriptis verbis[d]. Dicitur etiam alijs quatuor modis actio vtilis ratione directæ, prout tradit Bartolus[e], & notatur in l.actio.l.49, de negotiis geſtis,[f]. Sed & Sequolam dixiſſe tempus vtile reſtitutionis, in quo poteſtas dicitur impetrandæ reſtitutionis, etſi aliqui diſſentiant, mihi tamen placet. Ex l.intra vtile l.40. de minor. viginti quinque annis [g]. Secundo dicitur vtile, quod bonum & commodum affert Græcis χρείωδες, καὶ ὠφελίσιμον. De hoc Vlpian. in l.1. de negot. geſt.[h] & mentio ferè de eo apud omnes lati-

a *in l. miles l.xi.§. Papinianus. Ad leg. Iul. de adult. lib. 47 P. tit. 5.*

b *lib. 20. noctium Atticar. c. 1.*

c *in l. cum ſex. l. 55 de ædilitio edicto. lib. 21. P. tit. 1.*

d *lib. 19. P. tit. 5.*

e *in l. 1. nume. 7. de actio. lib. 44. P. tit. 7.*

f *lib. 3. P. ti. 5.*

g *lib. 4. P. tit. 4*

h *lib. 3. P. tit, 5,*

latinitatis authores, quos, ne ex culice fiat elephas, tranſeo. Porrò hoc vtilè, duplici conſideratione, & publica & priuata expendendum eſt, vel vtraque, nam & Iuſtinianus & Vlpianus, duas iuris poſitiones poſuerunt, publicā & priuatam.[a] Et in
4 his duabus baſibus & fundamentis, veluti columnis præcipuis, vniuerſum ius ſuperædificatum creſcit. Publicam vtilitatē dicemus vt illi, quę ad ſtatū reipublicæ pertinet. Priuatam, quæ ad ſingulorum, idque nō immorantes in ſcirpo Vlpiani, dum in l. bona ciuitatis, l. 15. de verborū ſignificat. bona vniuerſitatis, & ciuitatum, propriè apud Iureconſultos publica non rectè dici tradit. Nam nec nos publicum, cum illa ſignificatione dicimus, quod ſit loci alicuius particularis, ſed indefinitè publicum, id eſt, vniuerſale intelligimus. & ſic docet Ariſtot. *περὶ ἑρμηνείας ἐπὶ τοῦ καθόλου· ἐπεὶ δέ ἐστὶ τὰ μὲν, καθόλου τῶν πραγμάτων· τὰ δὲ καθέκαστον (λέγω δὲ καθόλου μὲν, ὃ ἐπὶ πλειόνων πέφυκε κατηγορεῖσθαι. καθέκαστον δὲ, ὃ μή. οἷον ἄνθρωπος μὲν τῶν καθόλου, καλλίας δὲ τῶν καθέκαστον) ἀνάγκη δὲ ἀποφαίνεσθαι ὡς ὑπάρχει τι ἢ μή, ὁτὲ μὲν τῶν καθόλου τινὶ, ὁτὲ τῶν καθέκαστον.* Cū res aliæ ſint, inquit, vniuerſales, aliæ particulares (vniuerſale autem dico, quod de pluribus aptū eſt prædicari, qua-

*a in §. huius ſtudii duæ, de iuſtitia. & iur. li. 1. inſtit. iur. ciuil. ti. 1. Vlpian. in l. 1. § huius ſtudii eodē. ti. 1. li. 1. P.*

le eſt homo:ſingulare autem id,quod illã legẽ ſubire nequit quale eſt,Callias)ſitq; neceſſe interdum vniuerſalium, interdũ ſingularium cuidã aliquid ineſſe,vel non ineſſe enunriare,hæc ille.Ita nos etiã publicum dicemus,quod priuatum non eſt, vt verã ſuperioris, diſtinctionis,aſſequamur mentem,juxta Iuſtiniani ſententiã, in l.fi.19.de ſacroſ.Eccleſ.[a] Sic legũ duodecim tabularum authores,publicæ vtilitati, pro modo temporum & locorũ,inſeruiſſe dicuntur à Budæo.b Nam & publicum dicetur iuſtè,quod palam eſt,quãuis id, in municipio. vt publicas ſtatu municipij nominauit Paulus.c.Demum publicam vtilitatem intelligo, quæ pluribus & plurium ratione, vtile habet, nulla indiuiduorum ſubnotatione,vt vel mihi ſoli, Titióue proſit, quamuis tamen cuique indiſtinctè proſit ſed vt omnibus:vt in commodo defenſionis patriæ,inqua non ſinguli communiter defenduntur. Sic publica vtilitas,quæ potiſsimum & præſertim bonum commune reſpicit,& conſequenter eos qui communione illa fruuntur, cùm non vt ſingulos, ſed vt omnes tangat. Quemadmodum priuata vtilitas, quæ præſertim ſingulorum commodum reſpicit,iam citato

b *lib. 1. C. tit. 5.*

b *in prioribus annotat.in pandectas.ad leg.iuſtitia. tit.de iuſti. & iur.*

c *in l. aufidius.l.13. de priuile. creditor.li. 42.P.ti. 6. cũ ſimilib. infinit. iur.*

tato §.huius ſtudij de Iuſtitia & iure.Cōſequenter in reipublicæ reuoluitur vtilitatem,quæ particularium commodis,veluti ædificium ex cæmentis, conſtat & conflatur, cùm indemnes ſunt ſubditi,ex quibus ſtatus imperij, veluti corpus ex neruis connectitur,teſte Iuſtiniano.[a] Pariter,propter vtilitatem priuatam dominorum, intereſſe reipublicæ, ne quis re ſua malè vtatur,dixit idem Iuſtinianus.[b]
5 & Vlpianus.[c]

CAP. III.

*De prælatione vtilitatis publicæ.*

1 SEd quia vtraq; vtilitas, publica inquā & priuata plerúmque concurrunt,quę ſit præferenda nunc eſt diſpiciendū. Placuit itaque ſemper, publicam præferri: ídque, legum vel pontificum reſponſis probare non eſt difficilè,aperiemuſtamē viam iuuenibus.Primúmque ſe offert regula,Nō quod priuatim intereſt,ſed quod ſocietati hominum expedit, inſpiciendū ex Paulo.[d] Rurſum,res à priuatorum dominio euelli, vt militibus diſtribuantur & aſſignentur.apud eundem Paulum,[e] & Vlpianum.[f]

a *in §. cōſideremus.vt iudices ſine quoquo ſuffragio.coll.2.tit.2.*

b *in § fin. de his qui ſunt ſui vel alien.iur li.1.inſt.iur.ciuil.tit.9.*

c *in l.2.eodem tit.lib.1.P.tit.6.*

d *in l.actione l.66.§ labeo.pro ſocio lib.17 P.tit.2.*

e *in l.Lucius l.11.de euictio.lib.21.P.tit.2.*

f *in l. item verberatū.15.de rei vendicatio.li.6.P.ti.1.*

*a lib. 12. C. tit. 63.* Cedet ergo priuata vtilitas publicæ. per l. 3. de primipilo [a] per Innocentium 3. in *b in decret. lib. 1. tit. 5.* c. bonæ memoriæ Guillielmus. De poſtula. præla. [b] & poſt Pelagium in canone ſcias, cauſa 7. quæſtion. 1. Suppetit etiam 2
celebre reſponſum Popilii, qui legatus ad Antiochum à populo Romano miſſus, vt Ægypto excedere vel abſtinere iuberet: is enim, cùm ei oſculum rex obtuliſſet, renuit, reſponditque, interea faceſſere priuatam amicitiam, cum mandata patriæ intercedant. Iuſtino authore ex *c lib. 35.* Trogo. [c] Nec funeſtam vocem ſororis, *d lib. 3. antiquitat. Rom.* quæ Curatium deflendo, videbatur triſti quodam omine publicam turbare lætitiam, paſſus eſt Horatius, ſed per latus e- 3
*e in parallell c 33.* ius, mucronem, ira percitus adegit. vt *f lib. 6. c. 3.* ſcribit Dionyſius Halicarnaſſæus. [d] Plu- *& li. 8. c. 1.* tarchus, [e] ex Ariſtide Milleſio, in rerum I- *g li. 3. de ciuitat. c. 14.* talicarũ libro, item Valerius Maximus. [f] *h lib. 1. ab vrbe cõdita* Diuus Auguſtinus, [g] & Liuius, [h] & alij. Nec potuit iniuria priuata, quæ vindictæ commodum reportare poterat, legatos Romanorum, vrina à Tarentinis reſper- 4
ſos, à mandatorum reipublicæ explanatione in Theatro reuocare: neque de priuata ſed de vtilitate publica, quæſtio illis *i lib. 2. c. 3.* fuit. vt ſcribit idem Valerius Maximus. [i] 5
Eò etiam dirigitur alia iuris regula, ius publi-

publicum, pactis priuatorum lædi non poſſe. quam tradit Papinianus [a] Quinimo, nec illud ipſum fieri poſſe, per perſonas publicas, teſtis Vlpianus. [b] Ratio autẽ iſtius enuntiationis, illa in promptu eſt. Quia euerſa domo vna vel altera, ſtatus vrbis & reipub. remanet: vrbis autem ruina, ſecum &, ſingulorum penates trahat, neceſſe eſt. vt ſcribit ipſe Valer. Max. [c] Sic ex vtilibus, vtilius ſequemur. Lex autem huic negotio opem adfert, cum vt ait Iſocrates. *εὑρήσετε τοὺς πλείστους τῶν ἀνθρώπων, περὶ τὰς αἱρέσεις τῶν πραγμάτων ἁμαρτάνοντας* [d], id eſt, Facilè inuentu ſit. plures homines, circa rerum electionem errantes inuenire, quibus medetur lex.

a *in l. ius public. l. 38. de pactis li. 2. P. tit. 14.*

b *in l. non vtique. l. 2. §. ius reip. de admini ſtra. rerum ad ciuit. pertinent. lib. 50. P. tit. 8.*

c *initio capitis. 6. li. 1.*

d *oratio de pace.*

---

## Cap. IIII.

### *De rerum communitate.*

POſtulat etiam hic locus, vt aliquantulum immoremur, vltrà quam par forſan eſſet, in explicãda rerum communione & vtilitate, quam plerique philoſophorum & Iuriſconſult. iuris naturalis affirmare, videntur. Ex quaquidem aliqui ſuſpicantur, concuti vniuerſam vtriuſq; vtilitatis, potiſsimũ priuatę, diſputatio-

nem, cùm omnia communia adſtruant. Huius autem antinomiæ, ſumma hęc eſt. Omnia iure naturali ſunt communia, at ius naturalē immutabile eſt. Ergo nullo iure ciuili caueri iuſtè videtur, vt priuata vtilitas vel aliquod dominium ſit, contra communionē illam. Vel neceſſe eſt partes argumenti falſas eſſe, atque iura quibus illæ comprobantur, eſſe abroganda. Nam quod iure naturali communia omnia ſint, docuit canon, ius naturale, prima diſtinctione.[a] Siue ius naturale accipiatur pro iure propriè naturæ, vel diuino, vt in canone 1. eadem 1. diſtinction. nam & vtroque, communia omnia, canon. quo iure defendis villas, 8. diſtinctione.[b] Et Iuriſconſulti, cum de dominio locuti ſunt 2
& eius amiſsione, vōluerunt, rem quę alicuius dominium fugerit, redire ad priſtinam naturam, ſcilicet liberam: vt nullius particulariter cēſeatur. veluti ſcribit Caius,[c] & Iuſtinianus.[d] Sunt enim, vt teſtis locupletiſsimus Cicero[e] naturâ priuata nulla, ſed aut veteri occupatione, qua vſi qui quondam in vacua venerunt, aut potiti bello ſunt, vel aliis per illum enumeratis modis. Ex quibus mala ingentia nata ſunt, vel tū primum cū cognita pro- 3
nomina meum, & tuum, & ſuum quibus

dele-

a in 1. part. decr Grati.
b 1. decret. parte.
c in l. nat. l. 5. de acquirēdo rerū domin. li. 4. P. ti. 1.
d in §. feræ & §. natu. de re. diuiſ. lib. 2. inſtit. iur. ci. ti. 1.
e 1. officio.

deletis, Seneca putauit homines quietiſſimè victuros. Et Plato poſt Socratem ratus, omnia communicanda: quod omnes pari ratione, natura gignerentur. vt refert Lactantius.[a] Atque per aliquod tempus, communio illa, fouit Laconum rempublicam, apud quos Pythagoræ dogma, inter amicos omnia communia, ad receptam & publicam obſeruationem, tradu-ctum eſt vt ſcribitur in lib. apotphtheg-mat.[b] Et ſi cum Horatio [c] altius perquiramus, videbimus, quod

*a de ſalſa. ſapiē. li. 3. c. 21.*
*b in 2. cap. de Laconū inſti. apophtheg 10. et 18.*
*c li. 2. ſerm. Satyr. 2. ver. 129.*

Nec propriæ telluris herum, natura, nec illum,
Nec me, nec quemquam ſtatuit: nos expulit inde aut,
Illum, nequities, aut vafri inſcitia iuris.

Antea autem, vt ſcribit Vergilius.d

*e li. 1. Georgic. ver. 127*

Nec ſignare quidem, aut partiri limite campum,
Fas erat: in medium quærebant, ipſáque tellus
Omnia liberius, nullo poſçente ferebat.

Quocirca Anacharſis, quamquam Scytha tamen philoſophus, acriter inſectatur poetas Græcorum, qui elementa diis ſuis diſtribuerunt, etſi à terræ commu-

a epiſt. ad Craſum.

nione diſtribuenda abſtinuerint [a] his verbis.

Οἱ ἐν ἕλλησι ποιηταὶ λόγῳ κόσμον διανέμοντες Κρόνου παισὶν ἀδελφοῖς, λῆξιν, τῷ μὲν οὐρανοῦ, τῷ δὲ θαλάττης, τρίτῳ δὲ ζόφου, προσέθεσαν τοῦτο μὲν ἴδιον τραγῳδίας ἑλληνικῆς. κοινωνίαν γὰρ οὐδεμίαν χρήματος ἐπιστάμενοι, τὸ ἑαυτῶν κακὸν, θεοῖς προσένειμαν. γῆν δὲ ὅμως, ἐξαίρετον καὶ οὐ τοι κοινὴν ἅπασι ὑπελείποντο φέρε, τοῦτο τί ποτε φέρει τὸ νόημα φροντίζωμεν. πάντας ἐβούλοντο θεοὺς τιμὰς πρὸς ἀνθρώπων ἔχειν, καὶ πάντας ἀγαθῶν δοτῆρας καὶ κακῶν ἀποτρόπους ὑπάρχειν κοινὸν δὲ θεῶν κτῆμα γῆ, κοινὸν καὶ ἀνθρώπων τὸ πάλαι ἦν, id eſt,

Græcorum poëtæ ratione mundum diſtribuentes, Saturni filiis ſortem, vni cœli huic maris tertio inferorum, tribuerunt. Hoc vero proprium eſt commentũ Græcorum. Nullam enim communitate rerum edocti, ſuum vitium diis adſcripſerunt. Veruntamen terram ſeparatam, iſti communẽ dereliquerunt. Age, quid tamẽ ſibi hoc velit exploremus. voluerunt inquam, omnes Deos honores ab hominib. habere. Et omnes bonorum largitores, & malorũ pepulſores eſſe. Communis porro poſſeſsio Deorum, terra. Et comunis omnium hominum antiquitus erat, & cętc.

cæte. quæ notanda potiſsimum, dum ponit mala diuiſionis, his verbis rurſum. ἀπὸ
6 τούτων μιγνυμένων τε καὶ διακρινομένων πάντα ἔφυ τὰ κακὰ, τοῖς πᾶσι θνητοῖς, ἄροτοι, σπόροι, μεταλλεῖαι, πόλεμοι, id eſt.

Ab iis rebus commixtis & diſcretis, omnia omnibus hominibus mala ſunt exorta, arationes, ſementes, metallorum inueſtigationes, pugnæ, & reliqua. Ex quibus probatum remanet, iuris naturalis rerum communionem eſſe, vel ſi mauis, iure naturæ ſuffultam. Ius autem naturale, tolli non poſſe, ſatis etiam cognitum eſt ex Caio Iuriconſul.[a] Dum naturalem obligationem non poſſe infringi per ciuilem, ſcribit. Cui iungitur Iuſtinianus[b], vt nec id fiat etiam, authoritate Senatus, vt ſcribit idem Caius[c]. Diuina enim quadam prouidentia, iura naturalia firma, & immutabilia permanent[d]. Quibus adſtipulatur Ariſtoteles[e]. τοῦ δὲ πολιτικοῦ δικαίου,
7 τὸ μὲν φυσικόν ἐστιν: τὸ δὲ νομικὸν, φυσικὸν μὲν τὸ πανταχοῦ τὴν αὐτὴν ἔχον δύναμιν, καὶ οὐ τῷ δοκεῖν ἢ μή. id eſt.

Iuſti inquit, politici, aliud naturale eſt, aliud legale. Naturale autem quod vbique habet ſuam vim: Et non tale, quia videatur vel non videatur. Et rurſum δοκεῖ δ᾽ ἐνίοις πάντα εἶναι τοιαῦτα, ὅτι τὸ μὲν φύσει

a in l.eas l.8 de capit. diminu. li.4.P.tit.5.
b § final. de legitima agnat.tute. lib.1.inſtitu iur.ciuil.ti.15.
c in l.Sed de pecun.l.2.§.nec naturalis, de vſufr. ear.rer.quæ vſu coſum.li.7.P.tit.5.
d §.ſed naturalia de iur.natu. genti.& ciuil.lib.1 inſtit.iur.ciui tit.2.
e lib.5.ethico.c.7.

*ἀκίνητον καὶ πανταχοῦ τὴν αὐτὴν δύναμιν ἔχει. ὥσπερ τὸ πῦρ ἐνθάδε καὶ ἐν πέρσαις καίει.* id eſt Videntur autem inquit, aliquibus, hæc ita ſe habere, quia quod natura conſtat immobile eſt, & vbiq; ſuas vires exercet. Quemadmodum ignis hic & apud Perſas vrit. hæc ille, ſed & fas, forſan erit cum Cicerone [a], philoſophari, qui de conſtantia naturæ loquens, ait. Natura, alias beſtias nantes aquarum incolas eſſe voluit, alias volucres cœlo frui libero, ſerpentes quaſdam, quaſdam eſſe gradientes: earum ipſarum partim ſoliuagas, partim congregatas: immanes alias, quaſdam autem cicures, nonnullas abditas, terráq; tectas, atque earũ quæq; ſuũ tenens munus, cum in diſparis animantis vitã, tranſire non poſſint, manent in lege naturæ. Et vt beſtiis aliud aliis præcipui à natura datum eſt, quod ſuum quæque retinent: ſic homini multo quiddam præſtantius. hæc ille. Et verbis paucioribus Euripides [b], *ἡ γὰρ φύσις βέβαιος.* Et inquit natura ſtabilis, & Hippocrates [c], ait. Lex quidem naturæ cuncta ſuperat confirmátue, & rurſum [d] dixit, ducem naturam eſſe & principem. Et iterum [e], tantã eſſe conſtantiã naturę, etiã in paruulis, vt pueri antequam quadraginta dies à natiuitate tranſeant, nec tracti rideant

*a in li. 3 Tuſculana. quæſtion.*

b *in Electr. actu. 4 ver.* 199.

c *in princi. libri de ſeminis geni. talis natu.*

d *in lib. de probitate honeſtatéue*

e *in lib. de ſeptimeſtri partu.*

deant, nec vellicati plorēt, niſi hoc tēpus tranſeat, additque alibi [a]. Lex & natura, quibus omnia non confeſſa, confeſſa perficiuntur, certa eſt: legem enim homines ſibi poſuerunt, neſcientes quare. Naturam omnium Deus ornauit, quæ verò homines fecerunt: nunquam ſimiliter ſe habent rectè & non rectè, ſed quæ Deus, ſemper eodem modo & ritè habent. Quo in loco vt in aliis, iuſtam videtur appellaſſe naturam Hippocrates & conſtantem: cui ſubſcribſit Galenus [b]: cuius, omitto pluſquam triginta, de naturę conſtantia locos, ſicut & reliquorum philoſophorum teſtimonia, quorum anacephalęoſis paucis hac de re traditur ab Horatio.[c]

Naturam expellas furca, tamen vſque recurret:
Et mala perrumpet furtim faſtidia victrix

Parque ſententia exprimitur, & à Theophraſto. [d]: dum in omnibus inſpiciendam naturam cenſet: eoquod in ſe principia immutabilia teneat, & ea, quod optimum ſit, ſemper expectet, vt inter omnes conueniſſe ait authores. Quæ omnia primo congreſſu, cōmunionem

a *in lib. de victu ratione.*

b *li. 2. de vſu partium corporis humani c. 16.*

c *li. 1. epiſt. 10. ad Fuſcū Ariſtiū ver. 24.*

d *lib. 1. de cauſis plantarū. c. 1.*

ſuadere videntur eſſe iuris naturalis immutabilis. Sed & alia ratione, quod naturæ quę neceſſaria ſunt, ſine illa particulari anxietate & ſtudio hominũ, abundè ſuppeditet, vt non immerito Epicurus dixerit: quod χάρις τῇ μακαρίᾳ φύσει, ὅτι τὰ ἀναγκαῖα ἐποίησεν εὐπόριστα, τὰ δὲ δυσπόριστα οὐκ ἀναγκαῖα, gratia beatæ naturæ habenda eſt, quod neceſſaria fecerit parabilia: non autem neceſſaria, difficilia paratu.
Suadere etiam id videtur, quod ſcriptum
*a pſal.23.* eſt, domini eſſe terram, & plenitudinem 9
eius[a], & quod primis Chriſtianis, omnia communia fuerint, & cor vnum & anima vna[b]. Item & id quod D. Paulus apoſtolus[c] commendat, vt communionis nõ obliuiſcantur. A quorum inſtitutis. Anabaptiſtæ Monaſterienſes dicti, in Ger- 10
mania Hæretici, velamen & veſtem ſanctitatis acceperunt, nullos inter ſe egenos habentes, hac ſpecie furtim in pecus dominicum repentes, vt mactarent & diſperderent, vt ſcribit Gilbertus Cognatus[d].

*b actu.2.et 4.c.*

*d in narrationib. Tragicis.c.9.*

---

Cap. V.

*De neceſſitate diuiſionis rerum, & de dominiorum diſtributione. Et ſuperiorum conciliatio.*

Verum-

1 VErumtamen ex ſuperioribus comprobationibus, tum quę comunionem, tum quæ naturam oſtentant, omnino non colligitur vetatum eſſe, res in communem vtilitatem creatas, a quibuſdam, quãdiu viuunt, vel quandiu fas eſt, poſsideri. Et quamuis res omnes cõmunes ſint, hoc eſt, quamuis in earum creatione & ortu, huic illique ſoli, in indiuiduo deſtinatæ non ſint: non ideo minus tamen, iure naturali permiſſum eſt alicui, rebus vti. Quare vſus, cùm eadem res ſimul & ſemel, natura à pluribus non poſſit conſumi & poſſideri, rectè naturalis poſſeſsio dicetur. Quamadmodum, vt ait Cicero a. Theatrum cum commune ſit, rectà tamen dicimus eum locum eius eſſe, quem quiſque occupauerit: ſicq; in vrbe mundóve communi, non aduerſatur ius, quominus ſuum quidque cuiuſque ſit.

*a 3. de finibus.*

2 Neque meum & tuum, quicquid pleríque blaterent, malis anſam dederunt; quinimo, ad rerum conſeruationem & pacẽ oportuit induci hęc prænomina eorúmque effectum. Futurũ enim aliter, nullo dominij iure exiſtente, vt nõ ſine magnis & letalibus vulneribus atque cædibus, qui paulò cumulatius & vberius rebus vteretur, ab alio deſide, paratis ad

victum, cum vita ipſa priuaretur: ſicque contingeret, res breui perituras tempore cùm nullus vix reperiretur qui illas excoleret, metu, ne ab aliis euincerentur. Sic nullus aratro eſſet dignus honor, & tantum vt ait Horatius[a].

*Neglectis vrenda filix innaſcitur agris.*

Nam vt ait Ouidius.[b]

*Fertilis, aſsiduo ſi non renouetur aratro,*
*Nil niſi cum ſpinis, gramen habebit ager.*

Neceſſariò autem partitionem rerum cõtigiſſe, docebo ab infantia orbis, in qua, 3 neceſſitas, aliquos cœtus conſtituere, & loca aliqua ſeparatim eligere, docuit: poſt cœtus initos, docuit & natura eligere foueas, ad iniurias cœli depellendas, excauatas: Hæ, quia ad omnes recipiendos capaces non erant, plures & inter ſe ſeparatæ. Deinde, illinc depulit eos aquarum colluuies, vel ſerpentum vel ferarum irruptio, imo & ſubterraneæ exhalationes, experientia ipſa cognitæ inſalubres, vel ruinarum ſub cryptis oppreſſio, coactíque quiq; pro rudi induſtria, materiam ſuprà terram iugamentare, furcis erectis virgultíſque interpoſitis, lutóq; arefacto parietes primum tunc conſtructi ſuper terram, loca concluſa, tectáq; faſtigiatis cacuminibus ad imbres per ſtillicidia deiicien-

*a lib. 1. ſermo. Satyra 3. verſu 37.*
*b 5. de triſtibus elegia. 13. ver. 23.*

iiciendos, compacta. Poſtea cœpit Venus, publica anteà more ferarum, particularior eſſe: coniugia inita, liberi procreati diſtinctíque proprij, inde nutriti ſeorſum. Et tunc, quamuis rerum communis vſus eſſet, tamen, qui didicerant ex negligenti collectione penuriā, quíue forſan multos in hyeme obſeruauerant, cibo deficiente interijſſe, cœperunt & fructus in annum condere. Et qui plures liberos & infantes ſuſcepiſſent, abundantius etiam cogebant. Tandem terra per ſe vberrimè omnibus minimè producente, multiplicato genere humano, neceſſarium fuit eam excoli. Porro pro eius cultura, cùm varios conueniat ſuſcipere labores, & priuari cum tanta anxietate paratis ab ocioſis & nihil in opus contribuentibus, cœpit videri durum: deinde & arceri eoſdem à laboribus alienis, iuſtum. Quocirca pro excultis tutò recipiẽdis, ſummoque cum labore paratis, neceſſum fuit primū contra deſides, ad arma & pugnas confugere, fame, deſidibus audaciam rapiendi tribuente. Cœperunt poſtea: rerum, quas quis quo vellet ſibi modo coleret, fieri diſtributiones. Demum hinc permutationes, his non ſufficientibus, commercia, leges, actiones, iudicia,

moderator & princeps. De quibus omnibus tractauit in primis doctè, quamquam in aliquibus fabuloſè, Diodorus Siculus [a]. Et amplè Lucretius Carus [b]. Quędam etiam recenſe M. Vitruuius Pollio [c]. Et Ouidius [d]. & Iuuenalis [e], & alij, cum quibus nos idem ſentire neceſſe eſt. Nam & Sibylla idem probat, quæ vltrà, aliam addidit rationem primæ neceſſitati, ex ſacris literis decerptam. Nempe in pœnam peccati, impoſitam neceſſitatem operandi, & terram excolendi prioribus hominibus: vt in ſudore vultus ſui veſcerentur pane ſuo, vt ſcribitur in Geneſi mundi [f], ea enim Sibylla [g], loquens de primis parentibus à paradiſo pulſis ſic ſcribit.

Οἱ δ᾽ ἄφαρ ἐξελθόντες ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν,
Δάκρυσι καὶ στοναχαῖς δεύοντο, ἔπειτα δὲ τοῖσιν
Ἀθάνατος θεὸς αὐτὸς ἐπὶ προφερέστερον εἶπεν,
αὔξεσθε, πληθύνεσθε, ἐργάζεσθ᾽ ἐπὶ γαίῃ
ἐντέχνως, ἵν᾽, ἔχητε τροφῆς κόρον ἱδρώοντες i.

Qui ſimul egreſsi, terrã tetigere parentẽ,
Et gemitu, & lachrimis perfundebantur,
 & inde
Immortalis eos Deus, eſt affarier orſus:
Creſcite, multiplici numero, terrámque
 per artem

a lib. 1. bibliothecæ. c. 1.
b lib. 5. de rerum natura, incipi. ferè verſu. 1344. perſequens per ducentos et amplius verſus incipit autem ibi. Et genus humanũ, multo fuit illud in aruis.
c li. 2. de architectu. c. 1.
d li 1. metamorphoſ. incipiens verſu. 75. ibi Sãctius his animal.
e Satyr 15. verſ. 85. incipiens, mũdi principio indulſit cõmunis conditor illis. per 12. verſ. vſq; Sed iã ſerpentũ.
f 3. c.
g oraculorum lib. 1. verſu. 130.

Exercete, cibos alimentáque deſudantes. Et ſi velimus noſſe per illam incrementum hominum, & rerum neceſſitatem: audiamus quod ſubiungit.

Καὶ τότε δὴ γενεὴ πληθύνετο, ὡς ἐκέλευσεν
Αὐτὸς ὁ παντοκράτωρ, καὶ αὔξανεν ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ.
Λαὸς ἀπειρέσιος, οἴκους δὲ μὲν ἐξήσκησαν
Παντοίους, οἱ δ' αὖτε πόλεις καὶ τείχε' ἐποίουν
Εὖ καὶ ἐπισταμένως, οἷσιν πολυχρόνιον ἦμαρ
Ὤπασεν εἰς ζωὴν πολυήρατον. id eſt,

Tum genus humanum, ſicut mandauerat ipſe
Omnipotens, magno numero creſcebat, & amplus
Fiebat populus, tunc ſcitè tecta, domóſq;
Diuerſas alij cœperunt ædificare:
Vrbes & muros alij, queis longa dabantur.
Tempora viuendi.

5 De his etiam meminit Moſes[a]. & Beroſus[b]. Notandúmque, ſemper homines fuiſſe ſociales, neque in ſyluis vagos habitaſſe: vt falsò ethnici exiſtimarunt, ignorantes veram hominis creationem. Item non animaduertentes quod vnus illorum ait Ariſtoteles[c]. homines imperfectos prodire, cætera animalia perfecta: iudicium ex eo ſumens, quod illa ſtatim inde ab ortu naturæ, viuere ſua opera

a *geneſis 4. c.*
b *lib. 1.*
c *li. proble matum ſectione 10. quæſtio.*

queunt:pueri autem curam deſiderãt, nec ſeruari niſi alieno beneficio poſſunt: vnde vt homines euaderent, neceſſarium fuit, illam, nutriendi cauſa, ſocietatẽ etiã inuitos per multos annos conſueſſe: quod non ita accidit feris, quæ natę ſtatim per ſyluas immemores parẽtũ euagãtur, vitæ quærendæ cauſa. Nouimus autem nos 6
tempore Adami, Enos ciuitatem, & tentoria & domos fuiſſe[a]. Item antea habitaſ-
a geneſ. 4. ſe ſimul Abelum & Cainum. Nam ſcribitur[b], dixiſſe Cainum, ad Abelum, egre-
b dict. c. 4. geneſ. diamur foras &c. fateamur quamuis, profugos & iniquos in ſyluis habitaſſe, vt
c dict. cap. Cainus[c], ad orientalem plagam exul procul à facie Dei, habitauit: vt nunc etiam habitant latrones & homicidę nemora, & qui obſident itinera. Et plerǽque quidem nationes barbaræ, ſylueſtres feruntur. Sed non natura hominis tales, ſed quia poſtea à verò hominum cultu, & à natura alieni facti ſunt: aliis, neceſſitate compulſis patriam relinquentibus & in deſerta tranſlatis, vbi nec commoditas fuit vtendi, iis, quibus hominum ſubuenitur neceſſitatibus, quibúſque humana nutritur ſocietas: vel forſan ex latronum parentum orti initiis, qui ideo nec ius nec fas colebant. Qualis fuit omnis ſucceſſio Cha- 7

mitarum quæ maledictiones à Noacho accepit, fuitque diſperſa, & minimè imbuta inſtitutione vera patris, eóque ab eius obſequio præ cociter receſſerit. Et ita natura vitiis & affectibus brutis deprauata, migrauit in animantum irritationalium ritus, vt triticum in lolium, contra naturam, tamen vt dictum, propriam: cum naturâ, homo ſit non ſylueſtre, ſed vrbanum animal. vt ſcribit Theophraſtus[a].

## Cap. VI.

*Rerum diuiſionē ratione pacis neceſſariam, & iure omni receptam.*

1 Tertio, communionē illam, quæ priuatā omnē aufert poſſeſſionem, improbandam, vel ſola pax noſtra ſuadet. Quippe quod ex cōmunione veluti ex ſeminario grāmineo, iurgiorū infinitę naſcantur occaſiones. vt dixit Papinianus[b], quare diuiſiones neceſſariæ, vt ſcribit Paulus[c]. Ideo Vlpianus[d], tradit difficultatem habere communionem, quam explicat Theodoſius Imperator[e], dum ait, Naturale vitium eſt, negligi quod

2 communiter poſſidetur: vtque ſe nihil habere, qui nō totum habeat, arbitretur:

a *lib. de Hiſto. plantar. 1. c. 16.*
b *in l. cū pater l. 79. §. dulciſſimus de lega. 2. lib. 31. P. tit. 1.*
c *in l. in re cōmuni l. 25. de ſeruitutibus vrbanor. prædior. li. 8. tit. 2.*
d *in l. qui neque l. 8. de rebus eorum qui ſub tutel. & cura ſunt lib. 27 P. tit. 9.*
e *in l. 2. quando & quib. quarta pars debeatur lib. 10. C. titul. 24.*

denique ſuam quoque partem corrumpi patitur, dum inuidet alienæ, Ariſtoteles etiam[a], id comprobat, apud quoſdam ſolum quidem, etiam tantum commune, fructus autem partiri. Et ſi alij forẽt agricolæ, alij autem non, ipſos qui laborant, multas præbere difficultates. Nam ſi in fruendo & laborando non ſint pares, neceſſe eſt incuſationes exiſtãt, cõtra fruẽtes quidem & conſumentes multa, parum verò laborantes, ab his qui minus conſumunt, & multum laborant. Et concludit: 3
Omnino autem conuictus, & communitas rerum humanarum omnium, difficilis eſt, & maximè, in his rebus. Docet etiam alibi[b], verum, eſſe cõmunium contemni curam. Denique, ex rerũ communione iurgia naſci, facilè colligere licet ex rerum quotidianarum exemplo. Vix enim videbis vel fideliſſimos duos commeãtes, pecuniis vti in communionẽ pro itineris neceſſitatibus contributis, omnino ſine ſuſpicione, & exprobratione etiã eius quod eſt minimum. Sed repetamus quæſo paulò altius hominum conſuetudinem. Nonne ipſa communio, Cainum 4
in Abelem fratrem concitauit[c]? Loth & Abrahã, alioquin viri optimi, ratione iurgiorũ ex communione facultatum, ſimul habitare

a *libr.2. Politic.c.3*

b *in c.2, eiuſdi.*

c *geneſ.4*

habitare nequierunt[a]. Iacob cum Laban, non potuit in communione viuere, ſed aucta communione, citius ab illo receſſit[b]. Omitto infinitas populi Iſraelitici querelas in deſerto, cùm communionem
5 pati non poſſent. Et neceſſarium fuit ratione pacis, terram conquiſitam promiſſionis diuidi, inter tribus[c]. funiculo diſtributionis, idque[d] more Ægyptiaco, cum ab Ægyptiorum captiuitate idipſum didiciſſent: apud hos enim terræ dimenſio fit funiculo, pro neceſſitate diuiſionis terræ & terminorum, quos Nilus limo obducens confundebat, vt ſcribit Alphorabius, quem refert Iohannes Stophlerinus Iuſtingenſis [e] Monteregius in Albategnium, & Philander[f], & Herodotus[g] & alij. Et ne contra Anacharſidis dogma, videatur hoc de diſtributione abſurdum, contemplari licet, omnia, ab ipſo exordio
6 diuiſionē à Deo accepiſſe, vt per partes, ſingula ſuo officio commodè fungerentur. In primis itaque, vniuerſum omne diuiſit in השמים והארץ haſchamaim vehaaretz: cœlum & terram: deinde, ſeiunxit lucem à tenebris: in firmamento autem, diuiſit aquas ab aquis: ſeparati cœli, luminaria, ſtellæ. Terra, ab aquis diuiſa, & ab inuicē diſtincta elementa. Diuiſit

a *Geneſ. cap.13.*
b *Gen. c. 30. & 31*
c *Ioſu.18. 19.21.c. & Pſalm. 77*
d *Pſal.77.*
e *libello de Geometricis mēſur.*
f *in compendij fine in Agricolam de menſuris.*
g *lib.2.*

& quodammodo parrtitus eſt hominem. Nam ex coſta Adami Cheuah, mater omnium. Semina rerũ ſeparata, non communia: diuiſæ ſpecies piſcium, auium, reptilium[a]. Iterum, Deus diuiſit gentes, & terram ipſam[b]. Diuidebat altiſſimus gẽtes, & ſeparabat filios hominum[c]. Quibus addere licet, quòd homo labori natum animal, vt ait Plinius[d]. debet ſaltem 7
ad exemplum animalium brutorum, vitæ in futurum proſpicere. vt nõ vereatur Salomon[e] pigrum hunc qui communionis ſpe, otiatur ad formicã reiicere. Nam vt poſt eum ſcribit Horatius[f].

Paruula, nam exemplo eſt, magni formica laboris,
Ore trahit quodcumque poteſt, atque ad it aceruo,
Quem ſtruit, haud ignara, ac non incauta futuri.

Cuius etiam meminit Orus Apollo[g], Cicero[h] Æſopus[i] & Gabrias[k]., Cyrillus Archiepiſcop. Hieroſolymitan.[l] & Plinius[m] qui etiam narrat, illas ita neceſſaria colligere ſeparatim, vt altera alterius, ſit ignara, nisi ex concurſu. Narrat etiam plura Ariſtoteles[n] qui & ex illis, laborem, officium, & diligentiam vitæ quærendæ ſubnotat. Dicit etiam omnia ferè animalia

a *Geneſ. 1. & 2.*
b *Geneſ. 10*
c *Deutero. 32*
d *lib. 7. c. 1.*
e *Prouerb. 6.*
f *lib. 1. ſermon. Satyra. 1. verſ. 33.*
g *de literis Hieroglyphicis. 1. icone. 52.*
h *de natur. deorum.*
i *in fabul.*
k *in fabulis Græcis.*
l *catecheſi. 9.*
m *lib. xi. c. 30.*
n *lib. 1, de histor. animal. c. 1. & lib. 9. c. 38.*

malia inſectorum generis, eiuſdem eſſe naturæ: vt apes, crabrones & araneos, aliáque id genus. Mirũ certè, & perquam abſurdum eſſet, ſi homo ſe in labore vinci patiatur à minutiſſimis his animalibus, vt otioſus in alienã meſſem admoueat manum. Et potiſſimũ cùm à maioribus prudentioribus, traditũ ſit velut hæreditaria memoria, vt ſi quiſquam velit viuere fœliciter, labore id aſſequatur oportet, Dei ſententiæ, quodammodo ſatisfaciens, qua vt diximus, homo labori addictus eſt. Et

9 vt Horatius[a]. Nil ſine magno, vita labore, dedit mortalibus. Nec vt ait Claudianus[b]. Quiſquam fruitur veris odoribus, *a lib.1. ſermonum 1, Satyr. 9. verſ. 59.*

Hiblæos latebris nec ſpoliat fauos,
Si fronti caueat, ſi timeat rubos,
Armat ſpina roſas, & mella tegunt apes. *b in nuptiis Honorij verſu 64,*

Atque natum ita hominem ad laborem, vt auem ad volatum, notat Iiob[c], & ideo ſcriptum, labore manuum tuarum, quia manducabis, beatus es, & benè tibi erit[d]. *c 5.e.* d *Pſal. 127*

10 Et mors finis ſolum laborum[e]. Dixit ſpiritus, vt requieſcant à laboribus ſuis &c. *e apocaly. 14.*

Hæc etiam Euripides in Hippolyto cecinit[f]. *πᾶς δ᾽ ὀδυνηρὸς βίος ἀνθρώπων κοὐκ ἔστι πό-
νων ἀνάπαυσις. ἀλλ᾽ ὅ, τι τοῦ ζῆν φίλτερον ἄλλο
σκότος ἀμπίσχον κρύπτει νεφέλαις.* id eſt, f *actu, 1. ver. 12.*

11 Omnis inquit, vita hominũ ęrũnoſa eſt.

nec vlla à laboribus eſt requies, atque aliquid aliud eſt, vita ſub atra mortis caligine. accedit Pindarus qui in Pythiis[a] canit. στένων δ' ὗτος ἀπόκλαρός ἐςιν, ὔτ' ἔσεται. Laborum nemo exors eſt, neque erit. Et rurſum, ode 12. eodem libro antiſtrophe vltima ver. 7. εἰ δέ τις ὄλβος ἐν ἀνθρώποισιν, ἄνευ καμάτου οὐ φαίνεται. ἐν δὲ πλευτάσῃ νιν σάμερον δαίμων. τό γε μόρσιμον οὐ παρφυκτόν, id eſt, Quòd ſi qua felicitas eſt inquit, inter homines, ea non ſine labore exiſtit, ſed eam ad exitum perducet, aut hodie Deus. Certè fatale decretum ineuitabile. hæc Pindarus. Et generoſos animos, 12
labor nutrit. Laborem ſi recuſes, parum potes, nec eſt viri timere ſudorem. vt ſcribit Seneca[b]. Iuſſum ideo in Eccleſiaſtico[c]. Non oderis laborioſa opera. Et prohibet apoſtolus Paulus[d]. Ne manducet qui laborare recuſat. videndus Diuus Auguſtinus, libro de opere Monachorum[e]. Videndus Franciſcus Petrarcha, de remedio fortunæ[f]. Et epiſtola ád Carolum Regem, vbi aream virtutum & materiam, nominat laborem & quietem. Facit etiam labor ad diuitias, & ad egeſtatem pellendam[g], aliáque hinc ſequuntur, quæ pacem inter homines conciliant, cùm quis ſibi ex labore ſuo ſufficiens, aceruis

a ode, 5. epode. 2. verſu 1.
b epiſt. 31.
c cap. 7.
d 2. ad Theſſalonicenſ. 3. cap.
e c. 1. & c. 3.
f lib. 1. dialog. 21, & lib. 2. dialogo 5.
g Prouerb. 5. c.

aceruis aliorum non inhiat. Naturæ igitur ſummo cum bono, & ad virtutum pro-
13 pagationem, diuiſio rerum facta eſt, vt deſides ad labores homini iniunctos, incitentur. Quo fit, vt hanc diuiſionem, iuris gentium dixerit Hermogenianus a. Ius autem gentium, à naturæ fontibus deriuari non ambigitur, ſolo gradu ab eo diſtinctum, quod hominibus hoc tãtum competat. Cùm illud & humano generi cum belluis commune ſit, quæ naturali quadam cautione iure naturæ vti videntur, Vlpiano b. Iuſque gentium etiam dicitur, quod natura dictante fere è ab hominibus omnibus cuſtodiatur, Iuſtiniano teſte [c], & teſtis eſt Diuus Paulus [d], ὅτ' ἂν γὰρ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα, φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῇ, οὗτοι νόμον μὴ ἔχοντες ἑαυτοῖς εἰσι νόμος, οἵτινες ἐνδείκνυνται τὸ ἔργον τοῦ νόμου γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν συμμαρτυρούσης αὐτῶν τῆς συνειδήσεως καὶ μεταξὺ ἀλλήλων τῶν λογισμῶν κατηγορούντων ἢ καὶ ἀπολογουμένων. &c. id eſt, Cùm enim inquit, gentes quę legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt faciant: eiuſmodi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex: qui oſtendunt opus legis in cordibus ſuis, teſtimonium perhibente illis conſcientia ipſorum, & inter ſe inuicem cogitationum accuſantium aut excuſantium.

*a in l. ex hoc iure, l. 5. de iuſtit. & iure lib. 1. P. tit. 1.*

*b in l. 1. ſub iam citato titulo De iuſtit. & iure.*

*c in §. ius autem gentium, de iure natural. gent. & ciuili. in Inſtitution. iur. ciuil cũ ſimilibus ibi annotatis.*

*d ad Ro. c. 2.*

Et ita erit ius gentium naturæ ius,etſi iuriſgentium aliqua, videantur non accuratè indagātibus naturæ refragari:cuiuſmodi putantur ſeruitutes.vt Iuſtinianus memorat[a].Quæ tamē,ſicut nec his ſimilia,naturæ ius non infirmāt. Quamuis.n.ſeruitu 14
tes videantur contrariæ libertati, quæ iuris naturalis cenſetur, tamen, æquius viſum eſt ab initio in perſonalibus, filium qui dormientem patrem inebriatum irriſerat[b],mancipari ſeruituti,quam licentia abuti naturali.Et qui naturam contemptſerat,meruit in pœnam delicti, iure illo priuari. Priuilegium quippe meretur amittere, qui ſibi conceſſa abutitur poteſtate.vt ait Innocentius tertius[c]. Seruitus enim perſonalis à peccato Chami originem ſumpſit, cùm illi & poſteritati dictū ſit,eris ſeruus fratrum tuorum[d]. Fuit enim perniciosiſſimus Cham & iuuentutem corrumpens, vocatúſque ideo Cham eſenus, id eſt Cham infamis. vt meminit Beroſus[e],&,M.Portius Cato in fragmentis de originibus. Quamobrem,cum diſcretio dominorum,iuris gentium ſit, & iuris diuini erit & iuris naturalis. argumento canonis primi.1.diſtinction.[f].

a *in dicto §.ius gentium cū ſimili.*

b *geneſ.9.*

c *in c.tuarum.c.11. de priuil. lib.5. decretal.tit.33. & in c. priuilegium,11 c.3.*

d *c.7.gen. & in cano. ſexto die. 35,diſtinctio.*

e *lib.5.def- floration.*

f *in prima parte decreti, Gratiani.*

CAP.

## Cap. VII.

*De cauſa diſsidiorũ poſt diuiſionem rerum. & de immutabilitate iuris naturalis.*

1 NOn negamus tamen, poſt factam rerum diuiſionem, lites maximas alias vel ex auaritia, vel cupiditate, ambitionéue fuiſſe ſubortas, imo iurgia & bella. Quale illud inter Papigas & Tarentinos, in Italia geſtum maximum, propter fines agrorum: ob quos quidem priuatim antea certabant aſſiduè, ſed poſtea vſque adeo priuata creuit cædes, vt Hapigæ ad viginti hominum milia exercitum coegerint, ad Tarentinos & Rhegios debellandos, teſte Diodor.[a] Quemadmodum pro finibus agrorum, etiam bellum inter Corinthios & Megarenſes, ab initio priuatum, demum aperto marte confectum: vt idem[b], narrat. vt & inter Egeſtæos & Selimuntios[c]. Scio agrorum diuidendorum cauſa, Romæ varias cędes coortas. vt ſcribit Apianus[d]. Liuius & alij. verùm, ea eſt humanorum animorum conditio, vt in omni re, à neceſſarijs primum orſa, peruenerint ad nimium, vt ait Plinius[e]. Neque ſi benè perpendamus cauſas, diuiſio controuerſiæ anſam dedit, ſed vſurpandi alie-

a *lib. 11. bibliothe.*

b *eodem lib. 11. Diodor.*

c *idem Diodor. ſcribit lib. 12.*

d *lib. 1. de bellis ciui. lib.*

e *lib. 26. c. 4.*

na deſiderium ; & veluti communionis
inducendæ, ne alterius ſolum eſſet, affe-
ctio: & id omne ad vitium familiare ho-
minibus, non autem ad diuiſionem refe-
rendum eſſe, patere poteſt & lippis vt di-
citur & tonſoribus. Atque multum cer- 2
tè ridicula videtur, potiſſimum hoc tem-
pore, Socratis reſpublica, quæ forſan po-
tuiſſent ſuſtineri, ſi omnes pariter homi-
nes eſſent illa ſapientia, qua ille, præditi: ſi
ita probi, ſapientes ac temperantes, quos
tales & ille, vt puto, deſiderabat & inſti-
tuebat: ſed id non obtinuit: ſtultorũ nam-
que eſt infinitus numerus [a], & vt ait Bias
Prieneus οἱ πλεῖες κακοί, id eſt plures homi
num sũt mali [b]. Quod multo magis bilem 3
mouit Athenæo in Platonem [c]. dum ait
Platonem irriſum in ſuis legibus, cùm vi-
ſus ſit ipſe, viris non exiſtentibus leges
ſcripſiſſe, ſed hominibus à ſe fictis: ita vt,
qui his vtantur, poſtea perquirendi ſint.
Lactantiúſque æquior iudex, idem tamen
improbat. Neque etiam, Laconum Reſ- 4
publica, illa communione tam ampla v-
ſa eſt, nec omnium res in communi acer-
uo, ſed vtriſque diſtributæ, non mulieres
nec liberi communes, ſed in illos libera
vicinis admonitio. vicini enim & tunc e-
rant, ideo ſeparati ab inuicem homines,
quia

a *Eccleſiaſti. c. 1.*

b *Auſonius in ſeptem ſapiẽtibus in Ludio.*

c *lib 12. dipnoſophiſtõ. c. 22.*

d *lib. 3. de falſa ſapiẽtia. 7. 11.*

quia non fuiſſent alias dicti vicini, ſed
conuiuæ & domeſtici. verúmque illud,
ex ciuitate illorum, omnem pulſam fuiſ-
ſe auaritiam & furtum. Sed & in eorum
Republica ſicut & in aliis, omnia commu
nia dicta, pro vſu quidem & neceſſitate
communi exponenda, non tamen omni-
bus æqualiter diſtributa, ſed ſecundum
exigentiam & rerum & perſonarum. Ita
notat etiam & gloſſa vna ſingularis[a], ſic&
in actibus apoſtolorum factum[b]. Nam
5 Diuus Paulus, vnus ex apoſtolorum colle-
gio, ab alia communione abſtinuit, dum
ait[c], neque panem gratis ab aliquo man-
6 ducauimus, ſed in labore & fatigatione
die ac nocte operantes, ne quem veſtrum
grauaremus: non, quia non habuerimus
poteſtatem, ſed vt nos formam daremus
vobis, vt nos imitaremini. Ad extremum
demus etſi non concedamus, iure natura-
li omnia communia fuiſſe vel communi
canda, inde nihilominus non concluditur
7 diuidi non potuiſſe res. Nam quod dici-
tur iura naturalia immutabilia eſſe, hoc
planè ſic intelligendum eſt, vt in vniuer-
ſum ius naturale tolli non poſſit ciuili ra-
tione, vt docuimus in ſuperioribus: cæte-
rum quin mutetur pro parte, cum ratione
& in iure ciuili, nihil prohibet quod pro-

*a l.2. §. cũ in eadem nauem, in verbo in commune cõferet. ad legẽ Rhod. de iact. li. 14. P. iit. 2.*
*b actuũ. 4.*
*c 2. epiſt. ad Theſſalonicenſes. c. 3.*

bat Vlpianus [a]. Quinimo & illud certum eſt,alia naturali & fortiori ratione,aliam naturalem vinci tollíque poſſe infirmiorem.Et natura ipſa,alias res ex corruptione priorum efficit.atque quod æquíus eſt minus æquum,etſi illud antè æquum, ſuperat.Pro exemplo, repetatur ex Ariſtotele quod ſupra diximus,ignem ſua natura vbique calidum eſſe: nemo tamen dubitat,calido calidius inueniri poſſe. Nam & Philoſophi quatuor gradus caloris in igne conſtituũt.Primum tepidum,quem dicunt in balneo dicto mariæ: ſecundum. calidum,alio modo ignem cinerum,nuncupantes. Tertium ardentem, in arenæ calore conſtitutum: Quartum & ſupremum, raró tamen illis in vſu, ex elimata ſcobe ferri quem Martem dicunt, conceptum.Philippo Vlſtadio teſte [b], Atque in his gradibus caloris, nemo eſt qui non videat, ſecundo ſuperueniente primum tolli,vel cum ſecundo confundi vel miſceri: ſic ſecundum, tertio: & demum tertium cùm quartus adiungitur. Sic orta vel addita maioris ponderis ratione naturali,minor,etſi prima,à maiori excipitur confunditúrue: idque ſuadente natura. Cùm ex duobus melius eligendum ſit, & quod plurium eſt. Natura enim plurium

reſpectu

a *in l. ius ciuile l. 6. de Iuſtitia & iur. l. 1. P. tit. 1.*

b *li. de ſecretis philoſophor. 2. c. 4.*

reſpectu conſideranda eſt,quæ maioribus maiora impartitur.vt ait Ariſtot.[a],& partis melioris ſemper author, quantum per illam fieri poteſt.vt idem notat[b].Idcirco,
9 cum docuerimus diuiſionem magis naturæ hominum cõuenire & ex variis rerum cauſis, Naturale ius illam recipere ſatis conſtat.

*a lib. de partibus animalium.3.c.2.*

*b lib. 2. de partibus animal. c. 14*

## Cap. VIII.

### *Legis, Si longius, de iudiciis in P. interpretatio, & de concurſu publicæ & priuatæ vtilitatis,*

1 ALius adhuc ſupereſt diſſoluendus nodus, quo vtilitas publica reprobari videtur,vel poſtpoſita per Vlpianum[c], vbi propter diſpendium & iacturam rei familiaris contingentem iudici,eum mutari poſſe placuit: vnde plerique inferunt, priuatam vtilitatem iudicis, anteponendam publicæ.cùm permittatur iudici,iudicandi munere ſe abdicare,quod munus publicum eſt, apud Archadium[d]. Quod facilè intelligemus non pugnare,ſi dixerimus noſtrum axioma intelligi, quando publicum cum priuato concurrit, neceſſéque eſt alterum illorum omitti: tunc enim ſtatuimus, priuatam publicæ vti-

*c in l. Si longius, l. 18. de iudicis li. 5. P. tit. 1.*

*d in l. numerum. l. 18. [illegible] iudicandi [illegible]que nec[illegible]tas de muneribus & honor. lib. 50. P. t. 14.*

litati cædere. At, vbi & vtilitati priuatæ cõſuli poteſt, ſine iactura publicæ, quamquam vtilitas ex damno rei priuatę afferri poſſet publicæ, præfertur priuati conſideratio: quia priuatus certat de damno euitando, Reſpublica autem de lucro captando: præfertúrque iure ciuili, de damno euitando agens. Aequitas enim ſuggerit, permittendum indiſtinctè eſſe, quod mihi prodeſt & alij non obeſt. vt ſcripſit Paulus[a], & Vlpianus[b], & melius probatum ex cõcurſu publicę vtilitatis & damni priuati, ab eodem Vlpian. in l.1.§. ſunt autem qui putant, Ne quid in flumine public.[c] & forſan placebit ratio, iuuandum alium non eſſe, cum alius inde læditur[d], neque aliorum honores, alijs damno eſſe debere. vt ſcribunt Theo. & Valen. Cæſares[e]. Quamobrem cùm in l. ſi longius, ex
vtilitate iudicis priuata, nullum reipublicæ inferatur incommodum, cùm alius citra eius damnum, in locum facilè ſubrogetur abſentis, non eſt quod nodum in ſcirpo quæramus ratione vtilitatis publicæ. Contrà tamen, ſi id quod publicum eſt, damnum inde ſentiret. nam bonus ciuis, debet ſemper Reipublicæ cauſa quodcumque gerit facere: Et vt loquitur 4
Saturio paraſitus in Perſa apud Plautum[f].

Nam

a in l.2. De aqua pluuia arcẽd. lib.39. P. tit.3.
b in l. proculus. l.26. de damno infecto. lib. 39. P. tit.2. & in l. in creditore l. 38. de euiction. lib.21 P. tit.2.
c lib.43. P. tit.12.
d in canon. primum cauſ 22. quæſt.2. & in cano. denique cauſa 14. quæſtio.5. in 2. parte decreti Gratiani.
e in l final. de ſtatuis & imaginibus. C. tit. 5.
f actu.1. ſcena.2. verſu.12.

Nam, inquit, reipublicæ cauſa qui non facit magis
Quam ſui queſti, animus haud induci poteſt, eum
Eſſe ciuem & fidelem, & bonum, ſed legirupam quidem, ni det in publicum.

§Sic etiam dicimus, intereſſe Reipublic. mulierum priuatarum, dotes eſſe ſaluas, vt habeant vnde nubant, probter cauſam finalem, vt ciuitas liberis hominibus repleatur & legitimis, ſecundum Vlpian.[a] Sic intereſt Reipublicæ ſuprema hominum iudicia, ſortiri effectum, Paulo.[b] Neque etiam labem affert, publicæ vtilitati, parœmia communiter vſurpata, Charitatem benè ordinatam, à ſeipſe incipe-
6 re neque eſſe æquum, agris noſtris ſitientibus, aquam noſtram ad alios deduci, cū omnes malint magis ſibi benè eſſe, quā alteri.] Quod deſumitur ex Cæſare Claudio[c] & ex D. Auguſtino[d] qui eleemoſynam largientem, ſibi in primis largiri debere tradit: quòd refert Gratianus.[e] Quia hæc quidem vera, cùm quæſtio eſt & concurſus priuatorum, inter quos alter ſibi primum iuſtè, poſtea cæteris prouidet. ſicut eſt intelligenda lex etiam Vlpiani, in l. Si quis fumo l.50. §.1. Ad legem aquil.[f] Similiter alia, l. Licet autē l.16. de recept.

a in li.1. ſoluto matrimon. li.33. P. tit.3.
b in l. vel negare l.5. Quemad. teſt. aperiāt li.29. P. ti.3.
c in l. præſes prouinciæ. l. 6. de ſeruitutib. li.3. C. ti.34
d in canon. qui vult. de pœnitentia diſtinc. 3. in 3. par. decr. Grat.
e lib.9. P. tit.2.
f lib. 4. P. tit.8.

a lib.4.P. tit.8.

arbitr.[a] in quibus nulla Reipublicæ verſatur conſideratio.

## Cap. IX.

### *De concurſu repetitionis dotis, cum fiſci debito.*

Poſtremo inſurgit contraria aliquantum ratio, qua datur negotium inter fiſcum & mulierem, quæ, pro repetitione rerum ſuarum cum fiſco concurrens (qui perſonam publicam gerere videtur) obtinet aduerſus eundem, potiórque eſt. apud Imperatorem Antoninum in l.1.de priuileg.fiſci.[b] Quod quidem leue eſt argumentum & conſiliatione facile, ſi primum conſideremus ibi non concurrere fiſcum & mulierem in vna re. Nam fiſcus petit res mariti velut obligatas: ſed mulier ſuas conſeruat, quæ ſeparatæ ſunt à mariti bonis. Quod ſi in obligatione concurrat cum fiſco mulier, aliud ius ſequimur, vt qui potior ſit iure. vt idem Antoninus tradit.[c] Sed & huic occurritur, per duas ſuperiorum argumentorum ſolutiones proximas. Primùm quòd in gratiam mulierum hoc receptum ſit, quòd in his reipublicæ vtilitas verſetur, pro-

b lib.7.C. tit.73.

c l.2.eod. & De iure fiſc.c.

propter hominum propagationem. Præterea, concurſus cum fiſco non videtur eſſe cum publica vtilitate, propriè, eo quod fiſcus priuatam perſonam principis ſuſtinet. teſte Iuſtinian.[a] & Vlpian.[b] Et Plinius iunior [c] ait, Traianum non minorem curam fiſci quam ærarij habere, imo maiorem ærarij, cum magis ſuo, quã publico ærario vti licere ſibi exiſtimaret. Et Tacitus ſcribit [d] quod fiſci Imperatoris, inter aquilas & ſigna veherentur. Vnde conſtat, fiſcum proprium eſſe principis. Ad extremum, cum de ære maritorum controuertitur à muliere ſola, ab omni æquitate alienum eſt, vt mulier viri creditoribus, & pro aliis mariti debitis obnoxia ſit: Quare mulieres habere bona ſua intacta à fiſco, ius publicũ vult: ſicque neque id, contra ius publicum eſt. teſte Diocler. & Maximi.[e] Eſſétque diſſidij ſeges & cauſa, ſi alius pro alio teneretur, citra factum ſuum: atque pax violaretur, cuius bonum obnixè per tot leges & variorum gubernationum vias, quærimus, vt Deo pignus charißimũ. Eſſet & à iure diuino quod eſt fas alienum, vt diximus, vimque inferret iuri naturæ quibus iubemur alteri nõ facere quod nobis fieri nolimus. Quamobrem ſicut prin

2 (margin, beside "rem curam fiſci")

a in l. 1. §. penult. de caduc. tollẽ. lib. 6. C. tit. 50.

b in l. 2. §. hoc in interdictum. Ne quid in loc. publ. li. 43. P. tit. 8.

c ad Traian. x. li. 1.

d in l. ob maritorũ culpam l. 2. Ne vxor pro marito. lib. 4. C. tit. 12.

ceps pro priuatis debitum exſoluere non tenetur ac ſi ipſe eſſet debitor, ſic etiam æquum non eſt, ex bonis propriis mulieris non obligatis, ſatiſfieri pro marito fiſco vel principi. Non ignoramus tamen 3
in debitis primipilaribus à maritis contractis, vxorum hypothecas poſteriores, etiam pro dote repetenda conceſſas: imo & deficientibus facultatibus maritorum, pro eiſdem debitis res indotem datas, teneri nouimus, ex Cæſarum Cari Carini & Numerani reſponſo.[a] & ex Dioclet. & Maximi.[b] Cùm etiam filij debitorũ horum, etſi hæredes non ſint parentum, poſſint pro his conueniri. Quod non alia ratione inductum puto, quam quod debitum hoc ſit militare, & ita damnum eius, totius Reipublicæ reſpiciat iacturam. Et quod fauore militum, etiam quilibet poſſit bonis ſuis priuari, vt ea militibus aſſignentur. vt conſtat ex Paulo Iuriſcon.[c] & Vlpiano.[d] Et hoc ipſum, noſtram vtilitatem Reipublicæ confirmat, cùm nemo ſit qui neſciat, militię cauſam habere fulſimentum præcipuum Reipublicę. ſuſtinent enim milites duritiam pro no- 4
bis in exercitu. vt ait Vlpian.[e] Atque Valerius Maximus[f] ſcribit, in ſinu & tutela militaris diſciplinæ, ſerenum tranquil-

*a in l. Satis notũ l. 4. in quib. cauſ. pig. vel hypote. tac. cõtrahat. lib. 8. C. tit. 15.*

*b in l. 3. de primipil. li. 12. C. ti. 63.*

*c l. lucius l. xi. de euiction. li. 21. P. tit. 2.*

*d in l. item ſi verberatũ l. 15 §. 1. de rei [illegible] d. li. 6. ti. 1.*

*e l. 1. de milit. teſt. lib. 29. P. tit. 1.*

*f lib. 2. c. 2. in princip.*

quillúmque beatæ pacis ſtatum acquieſcere.

## Cap. x.

### *De pacis Eunomiæ, & Iuſtitiæ coniunctione.*

1 Subſiſtit igitur iure optimo, noſtra vtilitas, & pax: & iuſtitia pacem inuiſit, & ſic iuſtitia & pax ſeſe oſculatę ſunt, vt ſcribitur in Pſalmis [a]. Cauſa autem iſtius oſculi, bona Eunomia, rerum publicarum diuina & proba adminiſtratio, legumque admirabilis inuentio & conſtitutio. In hoc itaque trium ſororum contextu apparet, vinculum quoddam diuinum eius quod eſt fas, quo veluti conſanguineæ in vnius parentis origine, vinciũtur. Et ideo Pindarus ait. [b] ἐν τᾷ γὰρ εὐνομία ναίει κασιγνήταί τε βάθρον πολίων, ἀσφαλὴς δίκα, καὶ ὁμότροπος εἰρήνα, ταμίαι ἀνδράσι πλούτου, χρύσεαι παῖδες εὐβούλου. Θέμιτος, id eſt In hac ſcilicet domo, Eunomia habitat, ſororéſque fundamentum vrbium, firma iuſtitia, & iiſdem moribus prædita pax. Diſpéſatrices diuitiarum hominibus, aureę filię, bonę conſultricis Themidis. Atque idẽ Pindarus, vocat propter harum

a 89. pſal.

b olympicor. li. ode. 13. Strophe. 1. verſ. 6.

a *Pythiorũ ode. 8. Stroph. 1. in principio.*

affinitatem, pacem & quietem partum & filiam iuſtitiæ in Pythiis, a implicátque Eunomiam, dum ait.

φιλόφρον ἡσυχία δίκας ὦ μεγιστόπολι, θυγάτερ βου-
λᾶν τε καὶ πολέμων ἔχοισα κλαῖδας ὑπερτάτας,
id eſt,

O blanda tranquillitas, iuſtitiæ filia, maximas vrbes reddens, conſiliorum & bellorum habens claues ſupremas. Accedit & Xenophon. b Cùm iuſtus is ſit inquit, qui ſecundum leges viuit, fœliciores ſunt ciuitates, cùm bene cum legibus ciues cõſenſerint. Et Rabi Simeon ex Hebræorũ ſapientibus, probat dum ait,

b *lib. 4. de factis ac dictis Socratis.*

על שלשה דברים העולם קיים: על האמת ועל הדין ועל השלום: id eſt, Super tres res conſiſtit mundus, ſuper veritatem, iudicium, & pacem. Nam ex vero, eſſentia rerum cognoſcitur, & quod ſint. vt Ariſtoteles ait. c Idémque eſſe ait, vera aut non vera, quod eſſe & non eſſe. Ex eo autem, quale, quodque eſt iuſtum, vel iniuſtum, cognoſcitur. Hincque ſequitur per leges & eunomiam, de ſubiecto negotio propoſito diſputatio & ratiocinatio & conſilium, poſtea, iudiciũ. & diſtributio eius quod cuiuſque eſt, & pœnarum & munerũ partitio, hinc quies & pax.

c *lib. 4. metaphiſic, c. 6.*

Quomodo autem hæc pax,facili via quę-
3 ratur & conſeruetur, vnum tantum præ-
ceptum docet, nempe, vt pax inter Deũ
& homines prius conſilietur: ſolus nam-
que Deus & bellorum & pacis claues ha-
bet certiſsimas. Bellum namque impiis
& Deum contemnentibus: & turbo do-
minicæ indignationis egredietur & tem
peſtas corrumpens, ſuper caput impio- a 3.2c.
rum vt ait Hieremias, [a] & pax multa di- b pſal.118.
ligentibus eum [b] hæcque eſt pax Dei, c ad Phili. 4.c.
quæ exuperat omnem ſenſum, vt ſcribit
D.Paulus. [c] Quocirca curare debet ma-
giſtratus,vt Dei pręcepta omnino inuio-
lata ſeruentur, tunc enim inter homines
etiam pax,pace facta cum Deo.Scriptum d c.26.
namque eſt in Leuitico [d].Si in præceptis
meis ambulaueritis, & mandata mea cu-
ſtodieritis & feceritis ea,dabo vobis plu-
uias temporibus ſuis, & abſq; pauore ha-
bitabitis in terra veſtra, dabo pacem in
finibus veſtris: dormietis, & nemo eſt
qui exterreat. Sicuti & his omiſsis, Deus
4 ob peccata pacem retrahit & bella im- e Hiere-
mittere dicitur, apud Hieremiam [e], mia.1[illegible]
& in Apocalypſi [f]. Pſalmographus cum f 6.c.
dixiſſet [g] viam pacis non cognouerunt, g Pſal. 13.
addit, quia non eſt timor Dei. Facilè
etiã pax obuenit,ſi malorũ occaſiones è

ciuitate pellantur, ſi maturè antequam radices egerint euellantur. Curabunt itaque iudices, blaſphemias in Deum & Diuos prohiberi, & puniri cupidates, lucra impia tolli, cauponas pro pace priuata ciuibus inhibere, & ludos omnes potiſsimum publicos, proſtibula publica & priuata exterminare: meretrices, ocioſos, maledicos, detractores, mimos, hiſtriones, & quæ mulieroſos reddunt homines ciuitate extrudere, & flagris caſtigare ſi exigat contumacia. ſi mendicos validos, publicis laboribus exercebunt, ne ob deſidiam, in vitia illa teterrima quæ inter illos ferè execrabilia incidant, néve, in his nutriantur, ſic pax facilè ſequetur.

FINIS LIBRI TERTII.

# DE HORIS, ET DE TEMPORVM ET RE-rum occaſionibus, LIBER IIII.

## CAP. I.

*De ratione nominis horarum.*

1 PLACET nunc de horis dicere, quæ quarto loco ponuntur in ordine filiarum Themidis & Iouis ab Heſiodo [a]: & à Pauſania [b]. Sciendum autem eſt, omnibus rebus certa, ſtataque tempora & accommoda eſſe, ex ſuperioris demiurgi prouida atque inenarrabili ſapientia diſtincta. Sunt & tẽpora ceſſationis, & actionis: & tempus eſt occidendi: tempus viuificandi: ſerendi, metẽdi, plantandi, eradicandi, &c. vt ait Eccleſiaſtes [c], & Aratus [d], loquens de Deo.

a *in Theogonia.*
b *lib. 5. de rebus Eliacis.*
c *c.3.*
d *li. phainomenon verſ. 5.*

ὁ δ' ἤπιος ἀνθρώποισι
Δεξιὰ σημαίνει. λαοὺς δ' ἐπὶ ἔργον ἐγείρει
μιμνήσκων βιότοιο. λέγει δ' ὅτε βῶλος ἀρίστη
βουσί τε καὶ μακέλῃσι. λέγει δ' ὅτε δεξιαὶ ὧραι,
καὶ φυτὰ γυρῶσαι καὶ σπέρματα πάντα βαλέσθαι.
αὐτὸς γὰρ τάγε σήματ' ἐν οὐρανῷ ἐστήριξεν,
ἄστρα διακρίνας. ἐσκέψατο δ' εἰς ἐνιαυτὸν.
ἀστέρας. οἵ κε μάλιστα τετυγμένα σημαίνοιεν
ἀνδράσιν ὡραίων, ὄφρ' ἔμπεδα πάντα φύονται.

Deus autem inquit, beneuolus omnibus commoda ſignificat, populos autem, ad opus excitat, cõmouẽs cor ad ea quæ neceſſaria ſunt victui. Prædicat item, quando gleba optima bobuſque & ligonibus. Dicit etiam quando oportunæ horæ, quando oporteat plantas ſcrobibus committere, & quælibet ſemina iacere. Ipſe enim in cœlo ſigna firmauit, ſydera diſpertitus. Prouidit verò ad annum ſtellas, quę fœcunda potiſſimum indicarent hominibus, eorum quæ temporaria vel horaria ſunt, quò ſtata cuncta naſcerẽtur. Et rurſum, verſu. 1419. ait

ἄκρα γὲ μὴν νυκτῶν κεῖναι δυοκαίδεκα μοῖραι ἄρκιαι ἐξειπεῖν, τὰ δέ που μέγαν εἰς ἐνιαυτόν. Ὥρη μέν τ' ἀρόσαι νειοῦ, ὥρη δὲ φυτεῦσαι ἐκ Διὸς ἤδη πάντα πεφασμένα πάντοθι κεῖται: id eſt

Terminos ſanè noctium, illa duodecim ſigna ſufficientia ſunt indicare: quæ item

item longum in annum: horæ quidem arandi nouales, horæ quoque plantandi è Ioue iam omnia oſtenſa vbiuis ſunt, hęc ille. Per horas autem, intelligi par eſt, tempus oportunum ad quidpiam agendum: vocatque illud Cicero εὐκαιρίαν, quod & latini occaſionem, habentem in ſe ordinem actionũ, Nec aliud eſt, καιρός, quàm tempeſtiuitas, & punctus temporis. Nam & hora punctus temporis eſt, ex ſolis tranſitu rapido. Tempus quippe ſequitur orbium cœleſtium motũ, quòd numerus ſit motus, vt ait Ariſtotel.[a] Et diem facit motus ſolis, cum horarum planetis qui ſubiiciuntur ſoli. Vnde hora, eſt tempus congruũ & certum. Et quia ſol dictus etiam eſt Ianus vel ἴανος, vt teſtis eſt Macrobius[b] ex Cornelio Labeone & oraculo Apollinis, ideo bifrons, fingebatur, quod pręteritum & futurum conſideret. Et quadrifrons, quod quatuor mundi plagas reſpiciat, & quatuor tempeſtates diſtingat, vt ſcribit Crinitus[c], & alij. Ideo etiam Ouidius[d] inducit Ianum dicentem.

a *li. 4. phyſicorum c. 11 & 12.*
b *lib. 1. ſaturnal. c 18*
c *li. 4. de honeſta diſciplin. c. 10.*
d *li. primo faſtorum. verſ. 125.*

2

Præſideo foribus Cœli, cũ mitibus horis.
Et redit officio Iupiter ipſe meo,
Inde vocor Ianus, &c.

3 Ianitrices ideo etiã Cœli horæ, & mala

pellentes, apud Homerum [a]: dum ait.

*a lib. θ. Iliadis verſu. 392.*

Αὐτόμαται δὲ πύλαι μύκον οὐρανοῦ ἃς ἔχον Ὧραι
Τῇς ἐπιτέτραπται μέγας οὐρανὸς, οὔλυμπόςτε,
Ἠμὲν ἀνακλῖναι πυκινὸν νέφος, ἠδ' ἐπιθεῖναι. i.
Sua ſponte portę cœli apertæ ſunt, quas tenebāt Horę, quibus eſt curæ magnum Cœlum Olympúſque, & repellere denſam nebulam & reducere: vocarunt etiam ὧρον Ægyptij, ſolem: vnde Horæ Macrobio. b Orus autem dictus, quia Hębrei vocant ſolē (heres חרס pro שמש pro ſchemeſch, ſolē: vt apud Ieſaiam [c]: & Iob. [d] c. aitque Rabi Ioſeph Caſtilienſis, in libro ſuo dicto Nucum, quod hoc eſt vnum ex tribus nominibus Planetarum ſolis, quibus cognoſcitur & motus ſolis, & Angelus ſiue motor eius. Et apud Iulium Pollucem [e]: ὧραι dicuntur χειμὼν, ἔαρ, θέρος, μετόπωρον. i. horæ appellatione, dicuntur hyems, ver, æſtas, autumnus, forſan quia ex quatuor, ſolis ſtationibus & diuiſionibus apparentibus, fiunt, vtrumque autem videtur denominatum, ab hebraico ſermone, & in quo etiam lumen & lux dicitur אור vel אורה or vel orah. Et or vocatus eſt dies in diuiſione, facta à tenebris. Sic enim ſcribitur Geneſis 1. c.

*b lib. Saturnali. c. 21.*
*c 19. a.*
*d 9. c.*
*e lib. 1. onomaſticon. c. 7.*

ויאמר אלהים יהי אור ויהי אור וירא
אלהים את האור כי טוב ויבדל אלהים
בין

בין האור ובין החשך ויקרא לאור
Id eſt, יום ולחשך קרא לילה
Et dixit dominus fiat or. Ideſt lux, & facta eſt or lux, & vidit Dominus, quia lux erat bona, & diuiſit Dominus inter or.i.
4 lucem, & choſcech id eſt tenebras. Et vocauit or diem, & choſcch vel tenebras: noctem. Sol autem & Luna: qui diuidunt noctem ac diem, eodem loco vocantur ita שני המאורות הגדלים Id eſt duo luminaria magna. Nam, vt ait Hippocrates[a], tempus, Solis & Lunæ curſu perficitur, & eum ſequitur. ideo Moſes addit hęc luminaria facta fuiſſe, vt eſſent לאתת ולמעדים ולימים ושנים leothoth & lemognedim & leiamim veſchanim. id eſt in ſigna, tempora certa, dies & annos, vnde colliguntur duo, & Solem & Lunam ab hora ſcilicet à luce, dici: & duo luminaria magna, Solem & Lunam, ad tempora, & anni tempeſtates determinandas, ad diſtinguendas operum tēporaneas actiones, creata eſſe: hincque
5 horas dici, quaſi lucis partes. Et ab eo tracta forſan auri appellatio, quod hoc metallū auri, ſolis more rutilet & ſplendeat: & galli incorruptam nominis pro-
6 nuntiationem retinere videntur, vocantes or, aurum. Neque etiam incognitum

a *lib. de ſeptimeſtri partu.*

eſt apud chymiſtas, aurum, ſolem dici, &
ita ſolum apud illos vocari: vt argentum
Lunam, ab eius ſplendore: vt ſtagnum
Iouem: plumbum Saturnum: æs, vene-
rem: argentum viuum Mercurium: à
coloribus planetarum, vt norunt qui vi-
derint Lulij vade mecum, artem Cymi-
cam Iani Lācinij minoritæ, artem me-
tallicam Iohannis Chryſippi Fanniani, li-
bellum Morieni Romani de transfigura-
tio. metallor. Qui legerint Artē voar-
chadumiæ Iohannis Auguſtini Pāthei, &
artem theoriam permutationis, cœlum
philoſophorum Philipi vlſtadij, & Iohan-
nem de de Rupeſciſſa libro de quinta eſ-
ſentia, Gebrum, Aurelium Augurellum
in chriſopeia: Hermetem & ſimiles. Ne- 7
que tamen me latet, horas dictas aliqui-
bus videri, ab vrina quam dicunt Græci
οὖρον, ſumpta vt puto occaſione ab Oro
Apolline, qui libro de literis Hierogly-
phicis 1.[a] ait ex vrina Cynocephal (quod
eſt animal ex genere ſimiarum, capite
canino Plinio[b], & Iſidoro[c]) deprehen-
ſas eſſe: eo quod, in duobus anni æquino-
ctiis, Cynocephalus duodecim vicibus
vrinam per diem emittit, & totidem per
noctem: vnde duodecim horę, quæ diem
artificialem, & 24. quæ diem naturalem
faciunt:

a litera.16.
b lib.8.c.
54.
c li.[illegible] ti-
m[illegible] .2.

faciunt: vt ait Paulus [a], & Aulus Gellius [b]. Putarem tamen veriorem eſſe ſuperiorem horarum deriuationem, cùm & Ægyptiorum, horarum diuiſionem crediderit Herodotus [c], vt poli & gnonomonis, fuiſſe inuentum. Porro & Syrij, maiorem habent cum hebræa lingua quam cum græca cognationem, vt omnibus in confeſſo eſt.

a in l. more Romano l. 8 de ferijs lib. 2. P. ti. 12.
b lib. 3. noctium atticar. c. 2.
c lib. 2.

---

## Cap. II.

### *De diuiſione & initio diei ſecundum mores diuerſarum regionum.*

1 Diuiſio itaq; diei & Noctis, à geneſi Cœli, primum orta eſt: poſtea autē acceſſit inuentum ſubpartitionis temporis & diei, pariter: quod apud varios

2 variè obſeruatum. Et Palladius Ægyptiorum more [d], in omnibus menſibus metitur horas duodecim, à ſolis ortu vſque ad ocaſum, ſextam accipiendo pro duodecima meridiana. Item & Martialis [e], qui ita illarum, officia diſtribuit.

Prima ſalutantes, atq; altera ſuſtinet hora
Exercet Raucos tertia cauſidicos,
3 In quintā varios exercet Roma labores,
Sexta quies laſsis, ſeptima finis erit.
Sufficit in nonam nitidis octaua paleſtris
Imperat exſtructos frāgere noua toros

d lib. de re Ruſt.
e ad Euphenium ſtructorem domitiani. lib. 4. epi. 8.

Hora libellorum decima eſt, Euphene meorum.
Temperat ambroſias cum tua cura dapes. &c.

Non autem putandum eſt, duodecim has fuiſſe ſemper æquales horas cum horis noctis, niſi tempore æquinoctij: quandoquidem Diei horę, numeroſiores cùm dies ſunt longiores. Quod diuerſo modo accidit pro poli eleuatione: alicubi enim, ſol magis quam per duodecim horas ęquales illuceſcit, potiſſimum cum per tropicum æſtiuum tranſit: vt tractat Alphraganus,[a] & Albategnius [b], Alphonſus in Aſtronomicis, Ptolomeus lib.3. Iohannes de Sacroboſco[c], Petrus Apianus[d]. Vitruuius[e]: & alij qui de climatibus & diebus artificialibus loquuntur, quique ex latione ſolis illos colligunt. Ita in Britannia dies illi duodecim horarum inæqualium, ſunt. 19. horarum communium, vt ait Strabo [f]. Et Cleomenes [g]. μεθεώριον κυκλικῆς θεωρίας in Britannia noctu lumen ſolis conſpici, refert, exiſtente ſole in Cancro, noctémque eſſe, ſex horarum, tantum æquinoctialium. Et in inſula Thule, exiſtente ſole in Cancro, diem refert eſſe menſtruum: atque addit poſt plura. 4 5 6

a lib de rudimentis Aſtron. c. xi.
b li. de ſciẽtia ſtellar. c. 16. et 17.
c prima parte coſmographiæ c. 9.
d lib. 9. Architect[illegible]æ.
e [illegible] 2. Geograph.
f lib. 1.

xvj.

καὶ ἐστὶ κλίματα τῆς γῆς ἀναγκαίας, ἐν οἷς διμηναῖα γίνεται ἡμέρα, καὶ τεσσάρων καὶ πέντε μηνῶν, ὑπὸ δὲ τὸν πόλον αὐτὸν, ἓξ ζωδίων ὑπὲρ γῆς ὄντων, ἐφ' ὅσον ταῦτα διέρχεται ὁ ἥλιος. Súntque climata neceſſariò terræ, in quibus bimeſtris fit dies & trimeſtris, quadrimeſtris & quinquemeſtris. Sub ipſo polo, ſeximeſtris eſt ſuprà terram, quatenus hanc ſol
7 permeat. Et Homerus[a], ſcribit Cymmemerios perpetua caligine offuſcari in finibus Oceani magni, ſic enim ait verſ. 13. a lib.11. Odyſſea.

Ἡ δ' ἐς πείραθ' ἵκανε βαθυῤῥόου ὠκεανοῖο
Ἔνθα δὲ κιμμερίων ἀνδρῶν δῆμός τε πόλις τε
Ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι, οὐδέ ποτ' αὐτοὺς
Ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκτίνεσσιν,
Οὔθ' ὁπότ' ἂν στείχῃσι πρὸς οὐρανὸν ἀστερόεντα
Οὔθ' ὅταν ἂψ ἐπὶ γαῖαν ἀπ' οὐρανόθεν προτράπηται
Ἀλλ' ἐπὶ νὺξ ὀλοὴ τέταται δειλοῖσι βροτοῖσι. i.

Illa peruenit ad fines profundi oceani, Hîc verò Cimmeriorum erat virorū populúſque ciuitáſque: caligine & nube tecti: neque vnquam eos ſol lucidus aſpicit radiis, neque cùm vadit ad cœlum ſtelliferum, neque cùm rurſus è cœlo in ter-
7 ram defertur: Sed nox pernicioſa ſuperuolat miſeris mortalibus. Æquinoctiales tamen dies horis conſtant duodecim, quarum prima manè incipit. vt apud martialem annotatur, & ita diſtinguit

Iohannes Stophlerinus[a]. Ariel Bicar- 9
dus[b], & Orontius[c], eóque modo intelli-
genda l. 2. de verborum & rerum ſignifi-
cat[d], dum Paulus ait, cuiuſcunque dici
potiſſimam partem, eſſe partem ſeptem
horarum. vt dicamus prætermiſſis alijs
opinionibus, diei artificialis. 12. hora-
rum, potiorem partem eſſe ſeptem ho-
ras, remanentibus tantum quinque. Non
autem hic intelligendum puto, diem na-
turalem. 24. horarum, in quo concluditur
dies & nox, eo quod ſcriptum ſit in mun-
di geneſi[e]. Et factum eſt veſperè & ma- 10
nè dies quartus. Porrò dictus dies na-
turalis, quòd naturaliter, nobilius tra-
hit ad ſe minus nobile, & quia nox
poſt ſolis clarum iubar & lumen, quo-
dammodo per ignes minores & lunam,
perpetuo illi annectatur. Tum etiam,
quod per illud tempus, vigintiquatuor ho
rarum, ſemel reuoluitur æquinoctialis
circulus, motu primi mobilis circa ter-
ram, cum tanta parte æquinoctialis,
quanta correſpondet arcui Zodiaci: quum
ſol interim motu proprio, contra pri-
mum mobile perambulat. vt ſcribunt
iam dicti Aſtrologi, & Iohannes de Sa-
crobosco lib. de anni ratione. Et omnes a-
lij in hoc conſentiunt. Differunt tamen
aliquę

*a parte 2. aſtrolabiis Propoſitio. 6.*
*b in quæſtionibus in ſpheram.*
*c in canoni. Ephemeridū. canon. 6.*
*d lib. 50. D. tit. 16.*
*e. geneſ. 1.*

aliquæ nationes in incipiendo numero
11 horarum, nam Romani incipiunt à media nocte primam horã, & in aliam proximam mediam noctẽ deſinunt, vt ſcribitur in dictâ l.more Romano, l.8.de feriis[a]. Et apud Vlpianum in l.1.de manu-
12 miſſionibus[b]. Babylonij autem ſolis ortu, vt ait Stophlerinus[c], Athenienſes, Iudæi, ab eius occaſu. teſtẽ Mar.Varrone, Gellio[d], & Macrob.[e] Iudæi quidem, quòd ſcriptum ſit in Geneſi[e]. Et factum eſt veſperè & manè dies vnus, vbi veſpere incipit numerus. Et rurſum in Leuitico[f]: die nono menſis ſeptimi, à veſpere vſque ad veſperam, celebrabitis Sabbata veſtra, veſperam vocat, tempus quo nox incipit. nos forſan crepuſculum nocturnum poſt ſolis occaſum quod illis dicitur השמשות ערב haſchemaſchot aut gnereb. Et nũc in feſtiuis diebus illud obſeruatur apud
13 nos, vt celebretur feſtum dictum duplex, à veſperis vſque ad alias veſperas ex cap. 2.de feriis[g]. Quod ad myſticum referri debet ſenſum, vt pro nocte lex vetus, pro die Chriſtus qui veritatẽ & nouam legẽ dedit intelligatur. Et ita D.Paul⁹ innuit[h], nox præceſſit, dies autem appropinquauit. Et ſic interpretatur Iacobus de valentia epiſcopus Chriſtonopolitanus[i].

a *lib.2.P. tit.12.*
b *lib.40. P.tit.1.*
c *lib.de vſu Aſtrolab. propoſ.6.*
d *lib.3.noctium atticar.c.2.*
e *lib.1.Saturnal.c.3.*
f *c.23.*
g *lib.2. Decretal. Gregor. tit.9.*
h *ad Roman. c.13.*

& bene. Lex enim illa vetus, ideo nox, q̃a tota ferè plena eſt vmbris & figuris: at pro luce, noua, in qua apparuit Sol Iuſtitiæ, Chriſtus Deus noſter. vel id receptum nõ ratione antiqui præcepti, ſed ratione ipſius feſti & celebritatis. Cũ olim in prin
cipio naſcentis eccleſiæ, vigiliæ integræ 14
noctis, orationis cauſa, ante feſtum indicerentur. vt meminit Tertullianus, ad vxorem, & D. Hieronymus de obſeruatione vigiliarum. Et ante lucem ſtata die, orationis gratia conuenire ſolitos Chriſtianos, ſcribit ad Traianũ imperatorem. C. Plinius[a], explicat & canon noſſe credo, 70. diſtinction.[b] Et antiquitus etiam ſacerdos magnus cum aliis vigilabat per eam noctem quæ præcedebat diem expiationis. vt colligitur ex libro pſrke aboth.[c] &
ex Talmud. vbi agitur de ſacrificiis. Apud 15
Ægyptios ſimiliter, in eorum feſtis obſeruabantur vigiliæ nocturnæ, & apud alios quos prætereo, cùm omnes ſublatæ
ſint, & nunc ieiunia pro vigiliis apud 16
Chriſtianos ſubſtituta ſint, dempta vna Natali Domini, in qua redemptor mundi media nocte naſci dignatus eſt IESVS CHRISTVS ex Maria virgine: eáque nocte in præſepio à paſtoribus fuit inuiſus. Qui circa Athon montem verſantur

Theolo-

*a lib. 10. epiſtola.*
*b in prima parte Decreti Gratiani*
*c cap. 5.*

Theologi diem à media nocte incipiunt, quòd contendant reſurrectionem Ieſu Chriſti, circa mediam noctem fuiſſe, teſte Theodoro Giza[a]. libro περὶ μηνῶν. De menſibus in c. περὶ ἀρχῆς τῆς ἡμέρας. De principio Diei, ἡμέρας δ' ἀρχὴν, inquit, ἀθηναῖοι μὲν ἀφ' ἡλίου δυσμῶν ἦγον, τὴν νύκτα τῇ μετ' αὐτὴν ἡμέρᾳ λογιζόμενοι, καὶ τὸν μεταξὺ χρόνον μέχρι τῶν ἑτέρων δυσμῶν, μίαν τιθέμενοι ἡμέραν ὡς αὖλος γέλλιος ῥωμαίων λόγιος. μάρκον βάρρωνα ἀναγεγραφέναι φησί. ῥωμαῖοι δὲ οἱ μὲν ἀρχαῖοι ἀπὸ μέσων νυκτῶν ἤρχοντο, οἷς καὶ φήτων ἑπόμενος ἀρχὴν τοιαύτην ποιεῖται. οἱ νῦν δὲ ἀφ' ἡλίου ἀνίσχοντος ἄρχονται. παραπλησίως δὲ καὶ οἱ νῦν ἕλληνες. Et poſteà, οἱ μὲν γὰρ περὶ τῶν θείων θεολόγοι κατὰ μέσην ἀκριβῶς νύκτα γενέσθαι τὴν ἀναβίωσιν ἐξηγοῦνται, καὶ τῶν ἀναστασίμων ἄρχονται ὀργίων

17 εὐθὺς ἀπὸ μέσων νυκτῶν, id eſt, Principiũ verò diei Athenienſes, à ſolis occaſu obſeruant: noctem diei ſequenti, adſcribentes, & omne id medium tempus vſque ad alterum occidentem, vnum diem conſti-

18 tuentes[b]. vt Aulus Gellius, latinus author non ineptus, Marcum Varronem ſcriptis mandaſſe tradit. At Romani priſci: à media quidem nocte inchoabant: quos Pheton imitans, idem principium facit: nunc verò ab oriente ſole incœptant, itidémque & Græci. Theologi autem

*a lib. de menſibus in cap. de principio diei.*

qui accolunt Athon montem, totis viribus contendunt, circiter mediam no-
ctē reſurrectionem factam eſſe, & ſacra 19
illa antelucana, in eius rei memoriam à media nocte incipiunt. hæc ille. Arabes, à meridie numerãt ſicut & aſtrologi: Nam ſolem dicunt in meridie factum, vt teſtis Stophlerinus[a], & Alphraganus[b], & ſic horam diei primam à meridie deducunt a-
ſtrologi. Vulgus, diem nominat à ſolis or- 20
tu vſque ad occaſum, cùm ſol ſit diei cauſa, & præſit diei. Geneſ. 1. & 9, & ſub terram lapſus vmbras emittat ab Oceano. Non quod ab Oceano mari extinguatur, vel quod oriatur vel ſuccendatur rurſum ab aqua orientali, vt voluerunt fabulæ aniles, Iberi & Epicuri, quas & merito irridet Cleomedes[c]. ſed oppoſitione terræ: comitatur enim ſemper exaduerſo ſolem, vmbra terræ. vt idem ait Cleomedes[d], & Homerus.

Ἐν δ' ἔπεσ' ὠκεανῷ λαμπρὸν φάος ἠελίοιο,
Ἕλκον νύκτα μέλαιναν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν.

Quod eſt, In Oceanum lapſa eſt ſplẽdida lux ſolis, trahens noctem nigram ad fer-
tilem annum. Communiter autem nos 21
in horarum obſeruatione, à media nocte primam incipimus dieī, & poſt meridiem primam duodecimæ noctis, non tantùm

*a lib. de vſu aſtrolabij, propoſitio 6.*
*2 lib. de Rudimentis Aſtronomiæ c. 1.*
*c li. 2. metheorum. circularis inſpectionis.*
*d in primo*

tantùm ea ratione, quòd in prima noctis Sol in hemiſpherum noſtrum aſcendere incipiat, & poſt 12. meridiei, ab illo deſcendere ab elatione videatur, quæ tamen vera ſunt: ſed & quia dominus noſter IESVS CHRISTVS, media nocte natus eſt, vt conſtat ex cap. 2. Lucæ Euangeliſtæ.

## CAP. III.

*Quod temporum obſeruatio & diuiſio, in omnibus diſciplinis exigatur.*

1 SEd forſan videor, extra portum nauem appuliſſe, minimè tamen id accidit, ſi conſideremus ſuperiora neceſſariò explicata fuiſſe, & maximè nos temporum diuiſione egere, & horarum numero certo in iure, quemadmodum in omnibus rerum negotiis & artibus. Nã
2 incipiamus à minimis ſcientiarũ. In Grãmatica temporũ diſtinctione egemus, ad verborum ſignificationem & mentis conceptum declarandum. ideo conſtat in verbis variandis, tempus aliud præteritum, perfectum, & imperfectum, & pluſquam perfectum, & futurũ, & aoriſta & paulo poſt futura apud Græcos, Et verbũ,

ſignum ita dicitur certiſſimum orationis
apud Ariſtotelem [a]. Tempora etiam 3
Dialectica conſiderat & diſtinguit, ad
enunciationes intelligendas, quas ipſa
vocat ἀποφάνσεις: Diuerſæ enim fiunt per
præteritum præſens & futurum. Et in 4
optima Rhetoris pronuntiatione, tem-
pora valde perpendenda, vt in arſi, &
theſi eleuatione ſcilicet & depreſſione
vocis. Siquidem ocyus & promptiori
linguæ impetu, verba aguntur ab ira-
cundis & commotis, quam à pacatis:
quædam maiori ſpatio temporis pro
rerum dicendarum maieſtate indigent:
Deplorantis, languet oratio: dictio ſer-
ui tereti volubilitate præſtantior. Tono
quieto, profertur vox ſapientis domini:
viri loquela magis quam mulieris cor-
pulentior. Deinde apud poetas, longa &
breuis ſyllaba: nec minoris momenti in
ſymphonia muſices. Et apud Phyſicos Tẽ- 5
pus obſeruatur: vt potè generationis &
corruptionis cauſa, vt ferè nihil aliud di-
ſputet Ariſto. lib. 3. & 4. Phyſic. Mare, flu-
ctus, arbores, animalia, pro temporũ va-
rietate afficiuntur, vt ait idẽ Ariſtoteles [b].
Hinc morborum & remediorum à Me- 6
dicis à temporibus obſeruatio, variatio,
& ſymptomata. fuſiſſimè ſicut tradit

[a] lib. 1. peri Hermenias c. 3.

[b] lib. 4. de generatio. animal. c. final.

Hippocrates[a], item Galenus[b]. Qui & conſiderat naturales tempeſtates, & in ipſo morbo, temporis quatuor gradus, principium, incrementum, ſtatum, & declinationem. vt etiam alibi ſæpe tradit[c], iſque tempus ad alterandum ſufficiens dixit[d]. Omitto alios Galeni de temporum obſeruatione pluſquam centum locos, circa morbos, & medelas eorum, ſufficiet enim hi, iuncto Ariſtotele lib. Problematum. Sectione prima[e]. Poſſem etiam, hic referre, & cùm de medicina egerim, non erit etiam alienum monere, apud Pharmacopolas ſimiliter tempora obſeruari. vt in herbis, radicibus colligendis, & ſiccandis: & induratione & vetuſtate medicamentorum, in compoſitione vnguentorum. quę tractantur apud Auicennam[f]. à Plateario[g], apud Macrum, Dioſcoridem Plinium, Fuchſium, Amatum Luſitanum, Mathiolum, Conſtantinum, Theophraſtum de plantis, & apud Ruellium[h], & alios. Et præcipuè apud Nicolaum prępoſiti[i], & Meſuem[k], in Antidotario Nicolai, &

*a epidemiorũ. li. 2. & lib. de humoribus, & lib. 4. de epidemiis, & li. 3. Aphoriſmorum, & lib. 1. de morbis acutis, & lib. 1. de morbis, & aliis in locis*
*b in lib. de optima ſecta ad Thraſibulũ in Iſagoge.*
*c lib. 1. de criſibus videndus, in lib. 4. aphoriſmorum hipocrat aphoriſ. 14. & l.b. 3. aphoriſm. 18. & ... & 19. & lib. 4. rurſus aphor. 23. & in libro. 1. apho. 15. & libro 2. aphor. 28. & 34.*
d *lib. 3. natural. ſacultat.*
e *queſtione. 3.*
f *in ſecundo canon.*
g *in cap. de ariſtologia.*
h *potiſſimum lib. 2. de natu. ſtirpium. c. 152,*
i *in Iſagoge artis apothecariat.*
lz *in canoni. vniuerſalib. & lib. de ſimplic. medi.*

Platearium eius commentatorem & aliũ Iohannem de ſancto Amando, qui modum & tempus confectionum & propinationum docet. Par etiam cura obſeruanda in Chirurgica arte, vbi temporis habenda ratio, vt frigidus, humidus, calidúſque ſit aër, pro ratione vulnerum, apoſtematum, & aliorum quæ ſub chirurgicam incidunt quæſtionem, potiſſimum in emittendo ſanguine. vt tractat proprię artis præceptor Alanfrancus[a], & alij illorum practici, poſt Galenum, & alios medicos pertritos apud huius ſcientiæ homines, quos ego, quia in officinis & Tonſtrinis. ſæpè vulgares vidi, vt cognitos relinquo citare. in odoribus cenſendis, cognoſcendis, augendis & conſeruandis, etiam naturalibus, tempus & hora expectatur. Hyeme namque propter humorem nimium, vel æſtate ob ſiccitatem, parum res redolent: in vere vt temperato, multum: In hora meridiana languẽt. vt docuit Ruellius[b]. Scimus etiam in balneis, in aëris prædictionibus, & aliis pluribus, obſeruatam fuiſſe temporum differentiam, quę colligit Anthonius Mizaldus. libro vſus Ephemeridum, ex Iohanne de monte regio, Stophlerino, Purbachio Schonnero & Ptolomei Almageſto.

a *in lib. 1. Chirurgico cap. 2. primæ doctrinæ.*

b *lib. 1. de natur. ſtirpium. c. 18.*

## Cap. IIII.

### *De vanis & impiis temporum obſeruationibus.*

1 NOuimus plura etiã vana, ſub horarũ & cometarum & ſtellarum, locis, momentis coniunctionibus ſiue coitionibus, oppoſitionibus aſpectibus quadrangularibus, tetragonis, quadratis, trigonis, exagonis, ex peragrationibus lunæ 28. manſionum comminiſci: item ex zodiaco, planetis & motibus illorum. de quibus plura improba & damnata nata ſunt, quæ ſub Aſtrologia iudiciaria continentur, quæque naturalium traditiones excedunt.

2 Aduerſus quæ, Iohannes Picus Mirandula duodecim libros compoſuit, & nepos eius Iohannes Franciſcus Picus eadem reprobat in libris de prænotione. Idque merito, cùm illa impietas ſit adhuc ſuperſtes ex exuuiis vanitatis Ægyptiacæ idololatriæ ſeminarum, & indigna quæ à piis & probis hominibus tractetur: ideo reiecta à Pythagora & ab Archidemo, Phauorino, Panætióque Stoico: irriſa à Seneca, confutata à Cicerone[a]. à Gellio[b]. à Plotino Platonico[c], ab Alexandro Aphrodiſeo[d], ab Auerrhoi vbique, ab Auicenna[e], ab Origene Adamantio,

a *lib. 2. de diuin.*
b *lib. 14. noctium atticarum. c. 1.*
c *qui in cã ſcripſit.*
d *libro de fato ad Cæſarem Seuerum & eius filium Antoninũ.*
e *vltimo ſuæ primæ philoſo. lib.*

ab Auguſtino[a]. Et Lactantius exiſtimauit illam diaboli inuentum ad circunueniendos & fallendos hominum animos[b]. 3
Improba hæc & ſacrilega, ideo apud omnes deteſtabilis, quaſi Deo prouidentiam & adminiſtrationem, & hominibus arbitrium adimens. Quo factum, vt aliàs vrbe ſint pulſi mathematici Roma vt ſcribit D. Auguſtinus[c]. Et ne putes de magis 4
intelligi illud, & cum mathematicis expulſos vrbe Cornelius Tacitus [d] perhibet & magos, Et Lælium Pituanium Saxonẽ deiectum. Eſtque titulus, qui vtroſque cõprehẽdit & improbat in Codice Iuſtinianeo[e], De Maleficis & Mathematicis, in quo & ſomniorum, & magiæ obſeruatio 5
nes dãnantur. docet & Vlpian[f]. Accedit & ius canonicum, in, 26. cauſa quæſtione. 4. & 5. Suadét & alios maioris vanitatis, igni bus expiandos qui colunt auguria, cuius etiam impietatis inter Chriſtianos, magno cum Reipublicæ Chriſtianæ damno, vnus author Auguſtinus Niphus, vulgo niuibilis exponitur. Sicuti & annotata de diuinationibus per ſomnia, ab Arnaldo de Villanoua, præſtantiſſimo alioquin ſui ſeculi medico[g]. Et vt ſemel dixerim, omnes ſpecies Magiæ, tempora, horas, improbato quodam tamen modo 6
obſer-

a *lib. de doctri. Chriſtian c. 22. 23. 24. & lib. 2. de Gen. ad literã c. 17. & in quæſtioni. veteris & noui teſtamẽti. q. 115. & lib. de rectitudine Catholicæ conuerſatio. & li. 5. de ciuit. c. 7.*

b *li. 2, de origin. erroris. c. 17.*

c *in q. veteris & noui teſtamẽti quaſt. 115*

d *li. 2. annalium.*

e *li. 9. ti 38.*

f *l. apud Labeonẽ. l. [illegible]. in § [illegible] quis aſtr[illegible] logus de iniuriis. li. 47. P. tit. 10.*

g *li. 2. c. 1. de ſomniorum interpreta.*

obſeruant, cum maxima in Deum impietate. Siue in electione locorum, rerum, ſiue in confectione ſigillorum, ſeu in radiis habendis ſtellarum, ſeu aſciſcendis dæmonibus, euocandis mortuis, & laruis, ſiue in numeris geomantiæ proiiciendis, de quibus etiam integri libri proſtant Agrippæ[a]. Petri de Abano, Cardani[b]. Item Artephij, libri Salomoni aſcripti falſo, & Rota Pythagoræ, & de Geomantia. & alij potius flammis abolendi quam nominandi, vt factum eſt actuum. c.19. Illi namque virus immedicabile ſpargere ſolent: atque imprimunt mentibus leuiorum iuuenum ſæpè, vſqueadeo terra phantaſmata & animi peruerſiones, vt per reliquum vitæ tempus planè conſpicere liceat, ferè mente reddi deſtitutos: Non quod quicquam veri, ex lectione horum conſecuti fuerint, ſed quod ex violentæ cupiditatis deſiderio, tranquillitatem animi per laruas quaſdam imaginationũ fictitias, concitauerint, quas poſtea placare, propter temporis conſumpti pœnitentiã, non poſſint. Curioſa enim & erronea & præterea nihil, omnia ea ſunt etiam Plinio[b]. Pro-
7 hibita diſtrictè à Deo in Leuitico[c], & Deuterono.[d]. ſublatáque in republica Hebræorum, vt conſtat ex libris Re-

a *de occulta philoſophia.*

b *lib.18. de mirabilibus. in libris de ſubtilita. & in lib. de rerũ varietate lib.16 c. 89. & 90.*

c *lib.28. c. 8. & lib. 3. c.1. & 2. & lib. 30 & .0. & lib.26. c.4.*

d *19. c. & 20. c.*

e *c.18.*

a 1. *Regum* 28. & 4. *Reg.* 23.
b *ad Galat.* 4.

gum[a]. Et eo modo dies & menſes obſeruare Paulo b diſplicet. Obſeruatis inquit, dies & menſes, metuo ne fruſta laborauerim in vobis. Nam illæ obſeruationes ſuperſtitioſæ ſunt,& ſine cauſa efficiente atque extra naturam,neque vllo modo recipiendæ. Quia prædictiones quidem fu- 8
turorum & obſeruationes, fieri poſſunt ex cauſis efficientibus, quas ſequitur neceſſario effectus,hæcque tollerandæ: qualis,de aeris intemperie ex corruptione cadauerum & imbribus nimiis:ſicuti ex manifeſta ignis qualitate, naturaliter cognoſcimus lignum ei coniunctum comburendum. vt & Hyrundines, Luciniæ, tur- 9
tures ver indicant. Apodes aues, flatus prę nuntiant venire,quòd hos ſemper præcurrant. Et experientia annorum multos, multarum rerum cauſam & prenuntiam edocuit, vt ait Petrus Apomenſis: àt de futuris quæ cauſa neceſſarias non habent, vt præſentem rem prædicere ex temporum obſeruatione,hoc certè extrà hominem eſt,& ſolius Dei. Quia cùm id quod 10
futurum eſt, ſit extrà tempus, nemo per ſe, niſi ſolus Deus qui eſt extrà tempus cognoſcere vel prædicere certo poteſt. Tum etiam, quia res quæ non eſt, nec cauſam pręſentē habet vel rationem,

in

in ſola creatione conſiſtentem habet cognitionem, ſolius autem ſit Dei creare, non hominis: quamobrem & illius notio penes illum ſolum. vt etiam ſenſiſſe videtur Plautus in Amphitruone[a], in fine vbi inducit Iouem, vt Deum, ad Amphitruonem tonantem hæc verba. a Act.5.

Bono animo es, adſum auxilio Amphi-
truo tibi, & tuis,
Nihil eſt quod timeas: ariolos, aruſpices
Mitte omnes: quæ futura & quæ facta eloquar (Iupiter
Multo adeo melius, quàm illi, quũ ſuum

Cum ergo ſolius id ſit Dei, vaniſſima & ridẽda apparet huiuſmodi tẽporũ obſer-
11 uatio. Ideo dictũ, dicite nobis quę ventura ſunt, & dicemus quia dij eritis: apud Ieſaiã[b]. Et rurſum[c]. Interrogate me, inquit b c.4.1.
Deus, & dicam quæ ventura ſunt. Et ite- c c.45.
rum[d]. ita de Mathematicis & Prognoſti- d c.47.
cis loquitur, & deteſtatur illorum ſapientiam. Veniet ſuper te miſeria quã neſcis, ſta cum incantatoribus tuis, & cum multitudine maleficorũ tuorũ in quibus laboraſti ab adoleſcẽtia tua, ſi fortè aliquid proſit tibi, aut ſi poſsis fieri fortior. Defeciſti in multitudine cõſiliorum tuorum, ſtent & ſaluente augures cœli, & qui contẽplabantur ſydera, & ſupputabant menſes vt

annuntiarent ventura tibi. Accedat & Daniel[a]. apud quem, Deus in cœlo, & indicat quæ ventura ſunt temporibus. Nam & ipſe ſuper omnes cœlos conſiderat, vt ſcribitur in libro Iob.[b] Cæterum, exploſis obſeruationibus quæ non habent naturales cauſas, ſcio receptam, imo vtilem & diuini beneficij, in phyſicis facultatibus, temporum cautionem, vt pote lege aliqua rebus ac temporibus à Deo conſtituta in his quæ operatur per media, quibus & certam indidit naturam. Ita receptæ ſyderum ad varianda tempora obſeruationes, vt in ſerendo, ſeminando, putando, metendo, & aliis operibus ruſticis, 13
Quæ probè digeſſit per dierum ordinem Plinius[c]. M. Cato lib. de re ruſtica[d]. M. Varro[e]. Palladius[f]. Columella[g]. Conſtantinus Cæſar[h], & Virgilius[i]. & Heſiodus[k], Ouidius[l], Ptolomæus,[m]. Aratus[n], & alij qui Georgica tractant.

## CAP. V.

*De temporis obſeruatione in nauigatione, in quantum iura tractant.*

a c.2. b c.30. c *lib.18. hiſtoriæ natural. c.25.26 & 27. 28. 29. vſque ad finẽ lib.* d c.40.41. 42.50. e *lib.1. de re Ruſtica, à capit.28 vſque ad 38. per decem capita.* f *per 12. lib. de re Ruſtica.* g *lib.2. de re Ruſtica. c.21. & lib. 4.6.7. & 8. 9. & 10. & lib 5. c. 9. latius li. x1. c.1.* h *toto primo lib. de agricult. duob. final. cap demp. & lib.2. c.21. lib.5. c.23. & alibi.* i *toto lib.1. Georgicon.* k *in poſterior. parte dierum & operum* l *in faſtis.* m *de ſtellis inerrantibus.* n *in phænomenis.*

Neque

5 ſubmerſis & naufragis. Nam ſi pelago merces is commiſerit tempore non tuto, nec cōgruo nauigationi, ex amiſsione tenetur mercatoribus, non minus quam ſi imperitum magiſtrum commiſiſſet
6 nauis exercitio, vt ait Gratianus. C.[a] & Paulus Iuriſconſult.[b] Caius[c] Vlpianus.[d] ſed & Nauicularij reipublicæ, puniuntur diſpendio & pœna corporali, ſi fœlici conceſſa nauigatione, tempore illo non nauigauerint: atque qui eos tunc retinuerunt deportantur ab Imperat. Arr.[e] De
7 nauigio & eius arte, compoſuit integrū volumen Petrus de Medino Hiſpanus. vbi plura de temporibus illius, per octo libros. Huc etiam obſeruationes referre licet Ariſtotelis,[f] & Mizaldi Ephemerides perpetuas, & aliorum infinitas temporum annotationes, vt Lucretij[g] Ptolomei & Hali.[h] Alkindi[i] Alberti Magni.[k]

a dicta leg. 3.
b in l. vtique l. vtique. l. 16. §.
c in l. qui petitorio. l. 37 in fine de rei vendication. lib. 6. P. tit. 1.
d in l. item quæritur l. 14. §. ſi nauicularius locati lib. 19. P. tit. 2.
e in l. final. de nauicular. lib. xi. C. tit. 1.
f li. problematū Sectionis. 26.
g lib. 5. de natur philoſoph.
g in 3. & 9. & fin. cap. 2. partis quadripartiti, & lib. de præſagiis tempeſtatum,

## CAP. VI.

*De quibuſdam iuris articulis, in quibus temporum diſtinctio neceſſaria, & de feriis.*

i in 5. c. k in compendio, incipiente paſsiones & in incipiente deinceps. omix. c. dico autem. & c. grādines.

D

& bene. Lex enim illa vetus, ideo nox, quia
tota ferè plena eſt vmbris & figuris: at pro
luce , noua, in qua apparuit Sol Iuſtitiæ,
Chriſtus Deus noſter. vel id receptum nō
ratione antiqui præcepti, ſed ratione i-
pſius feſti & celebritatis. Cū olim in prin
cipio naſcentis eccleſiæ, vigiliæ integræ 14
noctis, orationis cauſa, ante feſtum indi-
cerentur. vt meminit Tertullianus, ad v-
xorem, & D. Hieronymus de obſeruatio-
ne vigiliarum. Et ante lucem ſtata die, o-
rationis gratia conuenire ſolitos Chri-
ſtianos, ſcribit ad Traianū imperatorem.
C. Plinius[a], explicat & canon noſſe credo,
70. diſtinction.[b] Et antiquitus etiam ſacer
dos magnus cum aliis vigilabat per eam
noctem quæ præcedebat diem expiatio-
nis. vt colligitur ex libro psrke aboth.[c] &
ex Talmud. vbi agitur de ſacrificiis. Apud 15
Ægyptios ſimiliter , in eorum feſtis ob-
ſeruabantur vigiliæ nocturnæ, & apud a-
lios quos prætereo , cùm omnes ſublatæ
ſint , & nunc ieiunia pro vigiliis apud 16
Chriſtianos ſubſtituta ſint, dempta vna
Natali Domini, in qua redemptor mundi
media nocte naſci dignatus eſt IESVS
CHRISTVS ex Maria virgine: eáque
nocte in præſepio à paſtoribus fuit inui-
ſus. Qui circa Athon montem verſantur
Theolo-

a lib. 10. epiſtola.
b in prima parte Decreti Gratiani.
c cap. 5.

Theologi diem à media nocte incipiunt, quòd contendant reſurrectionem Ieſu Chriſti, circa mediam noctem fuiſſe, teſte Theodoro Gaza[a]. libro περὶ μηνῶν. De menſibus in c. περὶ ἀρχῆς τῆς ἡμέρας.

*a lib. de menſibus in cap. de principio diei.*

De principio Diei, ἡμέρας δὲ ἀρχὴν, inquit, ἀθηναῖοι μὲν ἀφ' ἡλίου δυσμῶν ἄγον, τὴν νύκτα τῇ μετ' αὐτὴν ἡμέρᾳ λογιζόμενοι, καὶ τὸν μεταξὺ χρόνον μέχρι τῶν ἑτέρων δυσμῶν, μίαν τιθέμενοι ἡμέραν ὡς αὖλος γέλλιος ῥωμαίων λόγιος. μάρκον βάρρωνα ἀναγεγραφέναι φησί. ῥωμαῖοι δὲ οἱ μὲν ἀρχαῖοι ἀπὸ μέσων νυκτῶν ἤρχοντο, οἷς καὶ φήτων ἑπόμενος ἀρχὴν τοιαύτην ποιεῖται. οἱ νῦν δὲ ἀφ' ἡλίου ἀνίσχοντος ἄγουσι. παραπλησίως δὲ καὶ οἱ νῦν ἕλληνες.

Et poſteà, οἱ μὲν γὰρ περὶ τὸν ἄθων θεολόγοι κατὰ μέσην ἀκριβῶς νύκτα λέγεσθαι τὴν ἀναβίωσιν ἐξηγοῦνται, καὶ τῶν ἀναστασίμων ἄρχονται ὀργίων
17 εὐθὺς ἀπὸ μέσων νυκτῶν, id eſt, Principiũ verò diei Athenienſes, à ſolis occaſu obſeruant: noctem diei ſequenti, adſcribentes, & omne id medium tempus vſque ad alterum occidentem, vnum diem conſti-
18 tuentes[b]. vt Aulus Gellius, latinus author non ineptus, Marcum Varronem ſcriptis mandaſſe tradit. At Romani priſci: à media quidem nocte inchoabant: quos Pheton imitans, idem principium facit: nunc verò ab oriente ſole incœptant, itidémque & Græci. Theologi autem

qui accolunt Athon montem, totis viribus contendunt, circiter mediam noctē reſurrectionem factam eſſe, & ſacra 19
illi antelucana, in eius rei memoriam à media nocte incipiunt. hæc ille. Arabes, à meridie numerāt ſicut & aſtrologi: Nam ſolem dicunt in meridie factum, vt teſtis Stophlerinus[a], & Alphraganus[b], & ſic horam diei primam à meridie deducunt a-
ſtrologi. Vulgus, diem nominat à ſolis or- 20
tu vſque ad occaſum, cùm ſol ſit diei cauſa, & præſit diei. Geneſ. 1. & 9, & ſub terram lapſus vmbras emittat ab Oceano. Non quod ab Oceano mari extinguatur, vel quod oriatur vel ſuccendatur rurſum ab aqua orientali, vt voluerunt fabulæ aniles, Iberi & Epicuri, quas & merito irridet Cleomedes[c]. ſed oppoſitione terræ: comitatur enim ſemper exaduerſo ſolem, vmbra terræ. vt idem ait Cleomedes[d], & Homerus.

Ἐν δ' ἔπεσ' ὠκεανῷ λαμπρὸν φάος ἠελίοιο,
Ἕλκον νύκτα μέλαιναν, ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν.

Quod eſt, In Oceanum lapſa eſt ſplēdida lux ſolis, trahens noctem nigram ad fer-
tilem annum. Communiter autem nos 21
in horarum obſeruatione, à media nocte primam incipimus dieī, & poſt meridiem primam duodecimæ noctis, non tantùm

a *lib. de vſu aſtrolabij, propoſitio 6.*

b *lib. de Rudimentis Aſtronomiæ c. 1.*

c *li. 2. metheorum. circularis inſpectionis.*

d *in primo*

tantùm ea ratione, quòd in prima noctis Sol in hemiſpherum noſtrum aſcendere incipiat, & poſt 12. meridiei, ab illo deſcendere ab elatione videatur, quæ tamen vera ſunt: ſed & quia dominus noſter IESVS CHRISTVS, media nocte natus eſt, vt conſtat ex cap. 2. Lucæ Euangeliſtæ.

## CAP. III.

*Quod temporum obſeruatio & diuiſio, in omnibus diſciplinis exigatur.*

1 SEd forſan videor, extra portum nauem appuliſſe, minimè tamen id accidit, ſi conſideremus ſuperiora neceſſariò explicata fuiſſe, & maximè nos temporum diuiſione egere, & horarum numero certo in iure, quemadmodum in omnibus rerum negotiis & artibus. Nã
2 incipiamus à minimis ſcientiarũ. In Grãmatica temporũ diſtinctione egemus, ad verborum ſignificationem & ment[...] conceptum declarandum. ideo conſtat in verbis variandis, tempus aliud præteritum, perfectum, & imperfectum, & pluſquam perfectum, & futurũ, & aoriſta & paulo poſt futura apud Græcos, Et verbũ,

ſignum ita dicitur certiſſimum orationis
apud Ariſtotelem [a]. Tempora etiam 3
Dialectica conſiderat & diſtinguit, ad
enunciationes intelligendas, quas ipſa
vocat ἀποφάνσεις: Diuerſæ enim fiunt per
præteritum præſens & futurum. Et in 4
optima Rhetoris pronuntiatione, tem-
pora valde perpendenda, vt in arſi, &
theſi eleuatione ſcilicet & depreſſione
vocis. Siquidem ocyus & promptiori
linguæ impetu, verba aguntur ab ira-
cundis & commotis, quam à pacatis:
quædam maiori ſpatio temporis pro
rerum dicendarum maieſtate indigent:
Deplorantis, languet oratio: dictio ſer-
ui tereti volubilitate præſtantior. Tono
quieto, profertur vox ſapientis domini:
viri loquela magis quam mulieris cor-
pulentior. Deinde apud poetas, longa &
breuis ſyllaba: nec minoris momenti in
ſymphonia muſices. Et apud Phyſicos Tē- 5
pus obſeruatur: vt potè generationis &
corruptionis cauſa, vt ferè nihil aliud di-
ſputet Ariſto. lib. 3. & 4. Phyſic. Mare, flu-
ctus, arbores, animalia, pro temporũ va-
rietate afficiuntur, vt ait idē Ariſtoteles [b].
Hinc morborum & remediorum à Me- 6
dicis à temporibus obſeruatio, variatio,
& ſymptomata, fuſiſſimè ſicut tradit

*a lib. 1. peri Hermenias c. 3.*

*b lib. 4. de generatio. animal. c. final.*

Hippocrates[a], item Galenus[b]. Qui & conſiderat naturales tempeſtates, & in ipſo morbo, temporis quatuor gradus, principium, incrementum, ſtatum, & declinationem. vt etiam alibi ſæpe tradit[c], iſque tempus ad alterandum ſufficiens dixit[d]. Omitto alios Galeni de temporum obſeruatione pluſquam centum locos, circa morbos, & medelas eorum, ſufficiēt enim hi, iuncto Ariſtotele lib. Problematum. Sectione prima[e]. Poſſem etiam, hic referre, & cùm de medicina egerim, non erit etiam alienum monere, apud Pharmacopolas ſimiliter tempora obſeruari. vt in herbis, radicibus colligendis, & ſiccandis: & induratione & vetuſtate medicamentorum, in compoſitione vnguentorum. quę tractantur apud Auicennam[f]. à Plateario[g], apud Macrum, Dioſcoridem Plinium, Fuchſium, Amatum Luſitanum, Mathiolum, Conſtantinum, Theophraſtum de plantis, & apud Ruellium[h], & alios. Et præcipuè apud Nicolaum prępoſiti[i], & Meſuem[k], in Antidotario Nicolai, &

a epidemiorū. li. 2. & lib. de humoribus, & lib. 4. de epidemiis, & li. 3. Aphoriſmorum, & lib. 1. de morbis acutis, & lib. 1. de morbis, & aliis in locis

b in lib. de optima ſecta ad Thraſibulū in Iſagoge.

c lib. 1. de criſibus videndus, in lib. 4. aphoriſmorum hipocrat aphoriſ. 14. & l.b. 3. aphoriſm. 18. & ... & 19. & lib. 4. rurſus aphor. 23. & in libro. 1. apho. 15. & libro 2. aphor. 28. & 34.

d lib. 3. natural. ſaculcat.

e quæſtione. 3.

f in ſecundo canon.

g in cap. de ariſtologia.

h potiſſimum lib. 2. de natu. ſtirpium. c. 152,

i in Iſagoge artis apothecariat.

k in canoni. vniuerſalib. & lib. de ſimplic. medi.

Platearium eius commentatorem & aliũ Iohannem de ſancto Amando, qui modum & tempus confectionum & propinationum docet. Par etiam cura obſeruanda in Chirurgica arte, vbi temporis habenda ratio. vt frigidus, humidus, calidúſque ſit aër, pro ratione vulnerum, apoſtematum, & aliorum quæ ſub chirurgicam incidunt quæſtionem, potiſſimum in emittendo ſanguine. vt tractat propriè artis præceptor Alanfrancus[a], & alij illorum practici, poſt Galenum, & alios medicos pertritos apud huius ſcientiæ homines, quos ego, quia in officinis & Tonſtrinis ſæpè vulgares vidi, vt cognitos relinquo citare. in odoribus cenſendis, cognoſcendis, augendis & conſeruandis, etiam naturalibus, tempus & hora expectatur. Hyeme namque propter humorem nimium, vel æſtate ob ſiccitatem, parum res redolent: in vere vt temperato, multum: In hora meridiana languẽt. vt docuit Ruellius[b]. Scimus etiam in balneis, in aëris prædictionibus, & aliis pluribus, obſeruatam fuiſſe temporum differentiam, quę colligit Anthonius Mizaldus libro vſus Ephemeridum, ex Iohanne de monte regio, Stophlerino, Purbachio Schonnero & Ptolomei Almageſto.

a *in lib. 1. Chirurgico cap. 2. primæ doctrinæ.*

b *lib. 1. de natur. ſtirpium. c. 18.*

## Cap. IIII.

### *De vanis & impiis temporum obſeruationibus.*

1 NOuimus plura etiã vana, ſub horarũ & cometarum & ſtellarum, locis, momentis coniunctionibus ſiue coitionibus, oppoſitionibus aſpectibus quadrangularibus, tetragonis, quadratis, trigonis, exagonis, ex peragrationibus lunæ 28. manſionum comminiſci: item ex zodiaco, planetis & motibus illorum. de quibus plura improba & damnata nata ſunt, quæ ſub Aſtrologia iudiciaria continentur, quæque naturalium traditiones excedunt.
2 Aduerſus quæ, Iohannes Picus Mirandula duodecim libros compoſuit, & nepos eius Iohannes Franciſcus Picus eadem reprobat in libris de prænotione. Idque merito, cùm illa impietas ſit adhuc ſuperſtes ex exuuiis vanitatis Ægyptiacæ idololatriæ ſeminarum, & indigna quæ à piis & probis hominibus tractetur: ideo reiecta à Pythagora & ab Archidemo, Phauorino, Panætióque Stoico: irriſa à Seneca, confutata à Cicerone[a], à Gellio[b], à Plotino Platonico[c], ab Alexandro Aphrodiſeo[d], ab Auerrhoi vbique, ab Auicenna[e], ab Origene Adamantio,

a *lib. 2. de diuin.*
b *lib. 14. noctium atticarum. c. 1.*
c *qui in cã ſcripſit.*
d *libro de fato ad Cæſã Seuerum & eius filium Antoninũ.*
e *vltimo ſuæ primæ philoſo. lib.*

ab Auguſtino[a]. Et Lactantius exiſtima-
uit illam diaboli inuentum ad circunue- 3
niendos & fallendos hominum animos[b].
Improba hæc & ſacrilega, ideo apud om-
nes deteſtabilis, quaſi Deo prouidentiam
& adminiſtrationem, & hominibus arbi-
trium adimens. Quo factum, vt aliàs vr-
be ſint pulſi mathematici Roma vt ſcri-
bit D. Auguſtinus[c]. Et ne putes de magis 4
intelligi illud, & cum mathematicis ex-
pulſos vrbe Cornelius Tacitus [d] perhibet
& magos, Et Lælium Pituanium Saxonē
deiectum. Eſtque titulus, qui vtroſque cō-
prehēdit & improbat in Codice Iuſtinia
neo[e], De Maleficis & Mathematicis, in
quo & ſomniorum, & magiæ obſeruatio 5
nes dānantur. docet & Vlpian[f]. Accedit &
ius canonicum, in, 26. cauſa quæſtione. 4.
& 5. Suadét & alios maioris vanitatis, igni
bus expiandos qui colunt auguria, cuius
etiam impietatis inter Chriſtianos, ma-
gno cum Reipublicæ Chriſtianæ dam-
no, vnus author Auguſtinus Niphus, vul-
go niuibilis exponitur. Sicuti & annota-
ta de diuinationibus per ſomnia, ab Ar-
naldo de Villanoua, præſtantiſſimo alio-
quin ſui ſeculi medico[g]. Et vt ſemel dixe-
rim, omnes ſpecies Magiæ, tempora,
horas, improbato quodam tamen modo 6
obſer-

*a lib. de doctri. Chriſtian c. 22. 23. 24. & lib. 2. de Gen. ad literā c. 17. & in quæſtioni. veteris & noui teſtamēti. q. 115. & l.b. de rectitudine Catholicæ conuerſatio. & li. 5. de ciuit. c. 7.*

*b li. 2, de origin. erroris. c. 17.*

*c in q. veteris & noui teſtamēti quaſt. 115*

*d li. 2. annalium.*

*e li. 9. ti 38.*

*f l. apud Labeonē. l. [illegible]. in § [illegible] quis aſtr[illegible] logus de iniuriis. li. 47. P. tit. 10.*

*g li. 2. c. 1. de ſomniorum interpreta.*

obſeruant,cum maxima in Deum impietate. Siue in electione locorum, rerum, ſiue in confectione ſigillorum,ſeu in radiis habendis ſtellarum, ſeu aſciſcendis dæmonibus,euocandis mortuis, & laruis, ſiue in numeris geomantiæ proiiciendis, de quibus etiam integri libri proſtant Agrippæ[a].Petri de Abano,Cardani[b]. Item Artephij, libri Salomoni aſcripti falſo, & Rota Pythagoræ,& de Geomantia.& alij potius flammis abolendi quam nominandi, vt factum eſt actuum.c.19.Illi namque virus immedicabile ſpargere ſolent: atque imprimunt mentibus leuiorum iuuenum ſæpè, vſqueadeo terra phantaſmata & animi peruerſiones, vt per reliquum vitæ tempus planè conſpicere liceat, ferè mente reddi deſtitutos: Non quod quicquam veri, ex lectione horum conſecuti fuerint, ſed quod ex violentæ cupiditatis deſiderio, tranquillitatem animi per laruas quaſdam imaginationũ fictitias,concitauerint, quas poſtea placare, propter temporis conſumpti pœnitentiã,non poſſint. Curioſa enim & erronea & præterea nihil, omnia ea ſunt etiam Plinio[b]. Pro-
7 hibita diſtrictè a Deo in Leuitico[c], & Deuterono.[d]. ſublatáque in republica Hebræorum, vt conſtat ex libris Re-

a *de occulta philoſophia.*
b *lib.18.de mirabilibus.in libris de ſubtilita.& in lib. de rerũ varietate lib.16.c.* 89.& 90.
c *lib.28.c.* 8.& *lib.* 30.c.1.& 2.& *lib.* 30 & 20. & *lib.26. c.4.*
d 19.*c.*& 20 *c.*
e *c.18.*

a 1. *Regum 28. & 4. Reg. 23.*
b *ad Galat. 4.*

gum[a]. Et eo modo dies & menſes obſeruare Paulo[b] diſplicet. Obſeruatis inquit, dies & menſes, metuo ne fruſta laborauerim in vobis. Nam illæ obſeruationes ſuperſtitioſæ ſunt,& ſine cauſa efficiente atque extra naturam,neque vllo modo re
cipiendæ. Quia prædictiones quidem fu- 8
turorum & obſeruationes, fieri poſſunt ex cauſis efficientibus, quas ſequitur neceſſario effectus,hæcque tollerandæ: qualis,de aeris intemperie ex corruptione cadauerum & imbribus nimiis:ſicuti ex manifeſta ignis qualitate, naturaliter cognoſcimus lignum ei coniunctum combu-
rendum. vt & Hyrundines, Luciniæ, tur- 9
tures ver indicant. Apodes aues, flatus pręnuntiant venire,quòd hos ſemper præcurrant. Et experientia annorum multos, multarum rerum cauſam & pręnuntiam edocuit, vt ait Petrus Apomenſis: at de futuris quæ cauſa neceſſarias non habent, vt præſentem rem prædicere ex temporum obſeruatione,hoc certè extrà homi-
nem eſt,& ſolius Dei. Quia cùm id quod 10
futurum eſt, ſit extrà tempus, nemo per ſe, niſi ſolus Deus qui eſt extrà tempus cognoſcere vel prædicere certo poteſt. Tum etiam, quia res quæ non eſt, nec cauſam pręſentē habet vel rationem,

in ſola creatione conſiſtentem habet cognitionem, ſolius autem ſit Dei creare, non hominis: quamobrem & illius notio penes illum ſolum. vt etiam ſenſiſſe videtur Plautus in Amphitruone[a], in fine vbi inducit Iouem, vt Deum, ad Amphitruonem tonantem hæc verba. a act. 5.

Bono animo es, adſum auxilio Amphi-
truo tibi, & tuis,
Nihil eſt quod timeas: ariolos, aruſpices
Mitte omnes: quæ futura & quæ facta e-
loquar (Iupiter
Multo adeo melius, quàm illi, quũ ſuum

Cum ergo ſolius id ſit Dei, vaniſſima & ridẽda apparet huiuſmodi tẽporũ obſeruatio. Ideo dictũ, dicite nobis quę ventura ſunt, & dicemus quia dij eritis: apud Ieſaiã[b]. Et rurſum[c]. Interrogate me, inquit Deus, & dicam quæ ventura ſunt. Et iterum[d]. ita de Mathematicis & Prognoſticis loquitur, & deteſtatur illorum ſapientiam. Veniet ſuper te miſeria quã neſcis, ſta cum incantatoribus tuis, & cum multitudine maleficorũ tuorũ in quibus laboraſti ab adoleſcẽtia tua, ſi fortè aliquid proſit tibi, aut ſi poſsis fieri fortior. Defeciſti in multitudine cõſiliorum tuorum, ſtent & ſaluent augures cœli, & qui contẽplabantur ſydera, & ſupputabant menſes vt

b c. 4. 1.
c c. 45.
d c. 47.

5 ſubmerſis & naufragis. Nam ſi pelago merces is commiſerit tempore non tuto, nec cõgruo nauigationi, ex amiſsione tenetur mercatoribus, non minus quam ſi imperitum magiſtrum commiſiſſet
6 nauis exercitio, vt ait Gratianus. C.[a] & Paulus Iuriſconſult.[b] Caius[c] Vlpianus.[d] ſed & Nauicularij reipublicæ, puniuntur diſpendio & pœna corporali, ſi fœlici conceſſa nauigatione, tempore illo non nauigauerint: atque qui eos tunc retinuerunt deportantur ab Imperat. Arr.[e] De
7 nauigio & eius arte, compoſuit integrũ volumen Petrus de Medino Hiſpanus. vbi plura de temporibus illius, per octo libros. Huc etiam obſeruationes referre licet Ariſtotelis,[f] & Mizaldi Ephemerides perpetuas, & aliorum infinitas temporum annotationes, vt Lucretij[g] Ptolomei & Hali.[h] Alkindi[i] Alberti Magni.[k]

a dicta leg. 3. b in l. vtique l. vtique. l. 16. §. c in l. qui petitorio. l. 37 in fine de rei vendication. lib. 6. P. tit. 1. d in l. item quæritur l. 14. §. ſi nauicularius locati lib. 19. P. tit. 2. e in l. final. de nauicular. lib. xi. C. tit. 1. f li. problematũ Sectionis. 26. g lib. 5. de natur philoſoph. g in 3. & 9. & fin. cap. 2 partis quadripartiti, & lib. de præſagiis tempeſtatum.

CAP. VI.

*De quibuſdam iuris articulis, in quibus temporum diſtinctio neceſſaria, & de feriis.*

*i in 5. c. k in compendio, incipiente paſsiones & in incipiente deinceps. omix. c. dico autem. & c. grãdines.*

NEque ſolum in terra, ſed etiam in mari & nauigationibus tempo-rum obſeruatio eſt, & potiſſima lunæ & eius incrementi & decrementi, item coloris, vt etiam ſolis, vt ſcribit Plinius,[a] Suntque Helena Caſtor, & Pollux, tria à nautis maximè obſeruata.

[a] *li.18.c.45*

Sunt enim apud illos aliqui ignes conſpicui noctu in antemnis, quibus aëris mutationes & tempeſtates colligunt, præcauéntque ſibi: ſicut & illis ſigna prognoſtica, volucres ſedem ex ſede mutantes. De quibus, & de ſtatis tempeſtatibus, tradit abunde idem Plinius,[b] & Heſiodus[c]. dicens.

[b] *li.2.nat. hiſtor. c.37 & 39.*

[c] *li.2. operum et dierū ver.276*

Εἰ δέ σε ναυτιλίης δυσπεμφέλου ἵμερος αἱρεῖ
Εὖτ' ἂν πληϊάδες σθένος ὄμβριμον ὠρίωνος
φεύγουσαι, πίπτωσιν ἐς ἠεροειδέα πόντον,
Δὴ τότε παντοίων ἀνέμων θύουσιν ἀῆται,
καὶ τότε μηκέτι νῆας ἔχειν ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ. i.

Quod ſi te nauigationis periculoſæ deſiderium cœperit, quando vtique Pleiades
2 robur validum Orionis fugientes, occiderint in obſcurum pontum, tunc ne amplius naues habe in nigro ponto. Et Aratus.[d]

μέλει δέ τοι εἴποτε νηῒ πισύνεις εὑρεῖν ὅσα που κε-
χρημένα κεῖται
σήματα χειμερίοις ἀνέμοις ἢ λαίλαπι πόντου

[d] *in locis plurimis. potiſſimum ver. 1437.*

tarũt. perficiũt, ſi idẽ ebriis placeat. Cõmune & Germanis, vt author eſt Corne-
9 lius Tacitus.[a] Neq; etiã apud nos ſemper, neque vbique, iura reddi placuit. vt etiã apud Delphos Amphyctionum erat concilíu ex inſtitutione Acriſii, ad quod duodecim ciuitates ſingulis annis tantũ bis, Pylagoram ſiue legatũ mittebant, veris & autumni initio. Et conuentum illum, poſtea Pyleam autumnalem & vernã nominabant, quoniam ἐν πύλαις congrega-
10 bantur, ideſt ad portas, quas vocant Thermopylas. b Suntque faſti dies, à Numa additi quibus fas non erat in ius vocare, nec ius dicere, vel condẽnare. vt ait ita Ouid. c

Ne tamen ignores variorum iura Deorum,
Non habet officium, lucifer omnis idem
Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur:
Faſtus erit per quem, lege licebit agi.

Neque etiam his diebus nefaſtis, licebat, agi cum populo, niſi comitiales expectarentur. Status etiam dies ius dicendi, peregrinis, vt notatur apud Plautum. d Et per Macrobium.[e] Minúſque permiſſum
11 feriis Saturnalibus. Latiniſue agere, bellũque mouere. Erat itẽ lex prima apud Cronoſolonẽ Luciani: ne quis quid, intrà feſti

a de moribus germanorum.

b vt ſcrib. Strabo lib. 9. geogra.

c lib. 1. de faſtis verſ. 45.

d in curculione.

e li. Saturnali. 1. c. 16.

Quærere, quæſito tempore tutus erit.
5 Quod probatur à Venuleio iuriſc.[a] Quapropter pœnę etiam augentur & exacerbantur ratione temporis, ſi plures tunc graſſentur, crimēque tritius ſit. ex reſpōſo Claudiani & Calliſtrati Iuriſconſulti.[b] Tolerantur etiam multa ratione temporis, quæ quia neceſsitatem important, recipiuntur, alioquin reiicienda ni adforet ſcandalum, vt tradit Summ. Pontifex Leo 4.[c] Diſsimulantúrque pœnę propter periculum multorum.[d] Siquidem teſte Ouidio.[e]

Temporibus medicina valet: Data tempore proſunt.
Et data non apto tempore, vina nocent.

Plato etiam[f] volebat ciuitatem non ignorare, ordinem dierum in menſem, menſium in annum, atque ita tempora, ſolemnitates ſacrificia vt decet diſpoſita, naturali quodam ductu viuam ciuitatē vigilantémque cōſtituere & diis honorē tribuere, & homines prudentiores reddere exiſtimauit. Et Theognid.[g] ſcribit.

καιρὸς δ᾽ ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος ἔργμασιν ἀνθρώπων,

Oportunitas in omnibus, optimum operibus hominum, ſic Pindarus.[h]
6
ἕπεται δ᾽ ἐν ἑκάστῳ μέτρον· νοῆσαι δὲ καιρὸς ἄριστος,

a *in l. cōtin. l. 137. §. cū ita de verbor. obliga. li. 45. P. ti. 1.*
b *in l. aut facta l 16. §. final. & Calliſtra. in l 28. § ſamoſos, de pœnis li. 48 P. tit. 19.*
c *in can. requirit. cauſa 1 quæſt. 7. in ſecun. part. Decr.*
d *Canō. comeſſationes 44 diſtin. in 1 parte decr. canō. vt cōſtitueretur 50. diſtinct.*
e *li. 1. de re med. amor. ver. 131.*
f *li. 7. de legibus.*
g *in gnom. Elegiacis verſ. 401.*
h *in lib. Olymp. Ode. 13 Strophe. 3. verſ. primo.*

Megiſtanum Regem regum, in morte Germanici, feriatum diem feciſſe, & à ve-
23 natione abſtinuiſſe, quod apud Parthos iuſtitij inſtar eſt. Celebratę etiam feriæ Romę dierum quibus tempeſtates mètuebantur: indéque floralia, Rubigalia, vinalia, quę Numa conſtituit anno regni ſui vndecimo vt notat Plinius [a]. Et Ruſtici ferias, labores remittentes obſerua-
24 bant. fas tamen his erat quædam agere, quæ docet Collumella [b]: quique mulis, equis, & aſinis, nullas ferias fuiſſe, docet ex Marco Portio Catone. Sunt tamen aliqui improbæ religionis, qui inconſultè oblatrant, quod dixiſſe impios teſtatur Dauid dicens [c]: Ceſſare faciamus omnes dies feſtos Dei à terra: ſimiles mulis &
25 aſinis, quibus nullus intellectus, & quibus olim nullæ ferię, & forſan his deteriores: cum ij ſaltem ceſſent, cũ ſunt in familia, vt ſcribit Cato de re Ruſtica [d]. Neque tamen ignorare quemquã credo, feſtos dies, ex inſtitutione eſſe diuina, cùm quod Deus die ſeptima quieuit ab omni opere quod patrarat [e], tùm etiam, quod
26 mandatũ hac de re extat Dei in Exodo [f], & Leuitico [g], in libro Numerorũ [h], Deuteronomio [i], apud Neemiam [k]. Iudith. 8. c. Ieſaiam [l]. Hieremiam [m]. Ezechielem

a *lib. 18. naturalis hiſtoriæ c. 29.*
b *lib. 2. de re ruſtica, cap. final.*
c *pſal. 73.*
d *c. 139.*
e *geneſ. c. 2*
f *c. 16. & 20. & 31.*
g *c. 16. 19. 24. 25. 26.*
h *Numero. c. 10.*
i *c. 5. 16.*
K *c. 9. 13.*
l *c. 56. 58.*
m *c. 17.*

liciter principi contingentes, vel in ho-
norem diei natalis principis, vel adepti
15 imperij, ſicut tradunt Imperator. Valens
Honorius & Arcadius [a]. Erant quippe *a in l. omnes l. 7. de*
regibus omnibus ferè dies natales pro- *feriis C.*
prij celebres, Quod vel conſtat ex eo-
quod Herodes in die ſuo natali, inſtituit
conuiuium, in quo ſaltauit infœliciter
filia [b]. Peregit & ſua natalitia Pharao [c] *b Math.14*
16 & Anthiochus [d]. Perſarum etiam lege ſta *Marci.6.*
tutum, vt quiſque ſua natalitia celebra- *c Gen.40c.*
ret: apud Athenęum: Noſque Chriſtiani *d lib.4. dipnoſophiſt.*
obſeruamus martyrij ſanctorum diem, *c.6.*
tanquam natalitium: eoquod per mor- *e canon. nō*
tem, ad cœleſtem vitam cum triumpho *licet cauſa.*
17 migrauerint, & nati fuerint ad gloriam [e]. *14. qu. 4. in*
Sed & feriæ repentinæ, interdum à popu *ſecūda parte decreti*
lo fiebant perpetuæ, vt ſi quid fauſtum *Gratiani*
præter ſpem contigiſſet. Ita primum in- *Cardinal.*
troductus dies & celebratio paſchæ po- *in Clemēti.*
pulo Hæbræo, ob liberationem à mor- *1 verſic. in die, de reli-*
te quam angelus domini primogenitis *quiis & ve-*
inferebat: & quod de manu & poteſtate *ner. ſanct.*
exierunt Pharaonis incolumes [f]. Repen- *f Exo.c.13.*
tinę etiam feriæ, tempore Iudith Holo- *g Iudith.c. final.*
18 ferne deuicto, trimeſtres [g]. Huiuſmodi
& Encæniornm ſiue dedicationis templi *h 2. Machab.c.2.*
Anthioco occiſo [h], erant & alię dictę
hurim, id eſt vrnarum, à liberatione quę

rum negatiuorum, præcipuè c. 65. & 69. vbi prohibitum etiam Sabbato, ex incendio quiquam eripere: pulices occidere, pecus in foueam cadens manibus edúcere. Nam & his traditionibus & ſimilibus, violata eſt lex Dei meritóque reprehenſę à Domino noſtro Ieſu Chriſto [a]. Et ſunt quidem aliqua negotia, quę moram non patiantur, & quæ diebus feriatis iuſtè fiunt: qualis Eleemoſyna, opus pium, & datio libertatis, teſte vel Im-
3 peratore Theodoſio [b]. Item neceſſitatis lex, multa iubet, & tempora accelerat gerendi & faciendi, quemadmodum, etſi Sabbato vetitum, pugnauerunt Macchábęi [c], & apoſtoli Sabbato licitè: tempore & hora famis, vellebãt ſpicas ad eſum, [d] vt & Dauid, panes propoſitionis, alioquin laicis ꝓhibitos, tẽpore neceſſitatis, impunè edit [e], diſpenſatur & in neceſſitate à prohibitione ciborum, permittẽte Innocẽtio tertio [f], & propter neceſſitatẽ paupertatis, patri, Codicis iure permiſſum, à Conſtantino, filiũ venderes. Quia neceſſi-
4 tas legẽ non habet: vt ſcribit idẽ Innocentius 3. [h]. Et hæc eſt neceſsitatis authoritas:

a Matthæi 12. & Marci. 7.
b in l. 2. de ferus lib. 3: C. Titul 12.
c 1 Machabęor. 2. c. et in c quod non eſt licitum. c. 4. de Regul. iur. in decretalib. lib. 5 titul. 41.
d Matthæi 12 & Marci. 2. canon. remiſsionẽ cauſa. 1. queſtio 1: in 1. decreti parte in canon. diſcipulos, de cõſecration. diſtinction: 5. in 3 parte decreti.
e 1. Regũ c. 21. Marcî 2. canon ideo. § his ita reſpondetur. cauſa. 25. quæſt. 1. in 2. parte Decreti Gratiani.
f in c. 2. de obſer. ieiuniorum lib. 3. Decretal. tit. 46.
g in l. 2. de Patrib qui filios diſtraxerunt, lib. 4. C. titu. 41.
h in c. quanto. c. 4. de conſuetudine lib. 1. Decreta. titu. 4.

Diui Ludouici, & Henrici 2. anni. 1547. 27. diei Martij. Et regis noſtri Caroli. 9. qui idem edicto cauit, anno. 1560. menſe Ianuarij. Sciendum tamen eſt, diebus
30 feriatis quædam iudicia ventillari poſſe, & iudicialia quædam nos poſſe iure permittente exequi. Quemadmodum in ius vocatio, die feriata fieri poteſt, & ſiſtendi in ius neceſsitas in diem feriatã reiici. Nos, forenſibus verbis, aſſignationẽ fieri poſſe ad pręſentandum in curia dicimus, idque probat Bartolus [a], & ita ſeruatur, hac cautione adhibita, vt ſi ſiſtendi dies edicto vocationis præſtituta, in feriatam diem incidat, die illa negotium non agitetur, ſed ſequente proxima idonea & non feriata, coram iudice. Vnde duo colliguntur memoria perpetuo tenenda, vnum, vt ſi denuntiatio vel citatio fuerit in diem feriatam delata, ratione neceſſitatis ſiſtendi vel vt dicunt, comparationis vocati in illa die, denuntiatio nulla ſit. Et ita intelligenda eſt l. Dies feſtos. l. 10. de feriis [b]. Dum imperatores ſcribunt, in verſiculo nulla. Nulla quẽque vrgeat admonitio, nulla fideiuſſionis agitetur exactio, taceat apparitio: Taceat, inquam, quoad effectum, vt tunc in iudicio ſiſtatur. Secundũ notabile, quod ſi

a *in l. 1. §. nuntiatio, de noui operis nunciatione li. 39. P. tit. 1.*

b *lib. 3. C. tit. 12.*

Et in Helena[a], a Actu 2. ver. 128.

Λόγος γὰρ ἐστὶν οὐκ ἐμὸς, σοφῶν δ' ἔπος,
Δεινῆς ἀνάγκης οὐδὲν ἰσχύειν πλέον

Dictum illud ſapientum eſt, non meum.
Graui neceſſitate, nihil eſſe fortius.

Addítque ratioñe in finali verſu Hecabæ. στερρὰ γὰρ ἀνάγκη. id eſt, Firma & immutabilis rigidáque neceſſitas. Vocat etiam Titus Liuius, vltimum ac maximum militum telum[b]. Et fertur inter ſententias Thaletis philoſophi, antiquiſſimum omnium, Deum, quòd mundum crearit: fortiſſimum, neceſſitatem, cuncta enim ſuperat: ſapientiſſimum tempus, inuenit námque omnia vt ſcribit Diógenes Laertius[c]. Contra hanc, nec Déum pugnaturum volebant Ethnici, vt in prouerbio fuiſſe ait Plato[d]. Grauémque hanc eſſe omnibus in rebus autumat in Phæd. Herodotus autem[e] magna duo Numina habita eſſe, Suadelam & Neceſſitatem. Et ex hoc loco authoritatem ducit, cum tēpore, Cicero[f]. dum ita ſcribit. In tempore multa ſunt, quæ adferunt authoritatem, ingenium, opes, ætas, fórtuna, ars, neceſſitas temporis & horarum eſt. Nam, quod faciendum eſt, facientis otium expectare non vult, ſed neceſſitas cogit ſapientem, opus ipſum obſeruata ſemper oc-

b lib 4. decadis 1.
c lib. 1. de vita philoſophorum in Thalete.
d Dialogo. 5. & 7. de legibus.
e lib. 8.
f in topicis

caſione, proſequi, vt ſcribit Plato[a]. atque temporis neceſſitas diſcriminat iudicia, ad quæ iuuenis à nobis informatus, properat aliquando reddenda peruenire. Huius etiam gratia plura ſe offerunt iura conſideranda, quorum quædam attingemus neque omnia. Et in primis adeſt 5
lex Honorij & Theodoſ.CC.in l.prouinciarum præſides l.9.de feriis[b] vbi etiam die paſchatis, permiſſum eſt quæſtionibus graſſatorum latronum, cognitionem iudici impendere, dictante neceſſitate: ne horum impunitate, tam ſancta tempora, illorum opera vel criminibus, perturbentur. Non idem tamẽ permiſſum in cæterorum reorum cauſis, qui pacem Reipublicæ infeſtare crimine nequeunt. ex conſu.4.Cæſarum Gratiani, Valenti. Theodoſij, & Archad.5. Nam vt ſcribit Iuuenalis,

Quæ tam feſta dies, vt ceſſet prodere furem?
Perfidiam, fraudes, atque omni ex crimine lucrum
Quæſitum, vt partos gladio, vel Pyxide nummos?

Iudæi etiam obſeruabant, ne dies feſtus 6
vindictà reorum cõtaminaretur. Quia in dicto lib.præcept.negat. c. 67.ita legitur.

a in ſepi- ſis.

b lib.3.C. tit.12.

c in l.3. de epiſcop. audientia. lib.1.C.tit. 7.

d Satyra, 13.verſ.23.

אין

אין עונשין בשבת אף על פי שהעונש מצות
עשה אין מלקין את חייב ואין ממיתין אותו

Nõ condẽnabuntur in ſabbato ad gladiũ: qui ſecundum præceptum erunt damnandi, non iugulabuntur etiam, nec ducentur ad mortem. Apud hos tamen punitio facta eſt Athaliæ, & ſabbato illa interfecta, quòd ſemen regium necaſſet: Et ne
7 ſublata occaſione temporis, vindictæ ea præriperetur[a], quia aliter Iohæ regis authoritas, non poterat conſiſtere, ſi tunc occiſa non fuiſſet. ideóque Ioiadas ſacerdos, qui id iuſſerat, non violator legum, ſed ſapiens habitus fuit, cum ſapientis ſit tempori cedere, hoc eſt neceſſitati parere. vt ait Cicero[b]. Alia lex neceſſitatis etiam in delictis conſideratur, atque in horum
8 coercitione multum pollet. Nam quamuis lex ſit coercitio criminum, quæ vel ſpontè, vel ignorantia committuntur vt ait Papinianus[c] tamen, ſi neceſſitate cogente quis delictum patrauerit, vel mitius, vel nullo modo punitur. veluti qui inſidiantem ſibi latronem interemerit, cùm aliter non poſſet ſui ipſius necem effugere, excuſatur ab homicidio, à Caio & Paulo[d], quorum poſtremus duas rationes adfert, vnam, quòd vim vi repellere liceat: Alterã, quod aduerſus

*a regum, 4. c. xi.*

*b ad Marcellum lib. 4. epiſt. familiarium. epiſt. 50.*

*c in l. 1. de legib. lib. 1. P. tit. 3.*

*d in l. itaque l. 4. & in l. Scientiam, l. 46. §. qui cum aliter. ad legem Aquiliam. libro 9. P. tit. 2.*

imminens periculum, naturalis ratio, per-
mittat cuique ſe defendere. Quibus ad- 9
ſtipulatur Florentinus Iuriſconſultus a, & Vlpianus [b], Diocletian. & Maximi. [c] & Clemens ſumm. pontifex [d] & Moſes [e]. Eſtque hoc commune homini cum beſtiis. Principio enim omni generi animantium à natura tributum, vt ſe, corpus vitámque tueantur vt ait Cicero [f]. Neque iure ciuili, quadrupes pauperiem intuliſſe videtur, nec dominus de ea tenetur, ſi animal vim inferens, percuſſerit: teſte Vlpiano [g].
Item belli neceſſitas, & principis neceſ- 10
ſaria obedientia, patriæque neceſſaria defenſio, militũ in acie homicidia, excuſat [h].

---

## CAP. VIII.

*De conſideratione & diſtinctione temporum in pœnarum impoſitione, & de iniuriarum iudicio.*

TEMPORIS etiam conſideratio, pœnam furioſo homicidæ adimit, ſi eo tempore quo furebat veluti coactus, occiderit, apud Marcellum [i] & Modeſti-

*a in l. vt vim l. 3. de Iuſtitia & iure lib. 1. P. tit 1.*
*b in l. 1. §. eum qui animo, de vi, & vi armata. lib. 43. P. tit. 15.*
*c in l. 1. vnde vi. lib. 8. C. tit 4.*
*d vim. de homicidio. lib. Clementinar. tit. 4. item in c. 2. de homicidio lib. 5. decreta. tit. 12.*
*e Exod. 23*
*f 1. officior.*
*g in l. 1. §. cum arietes. ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicat. lib. 9. P. titulo 1.*
*h canon. miles cum obediens. cauſa 23. quæſt. 5 in 2. parte decreti Gratiani.*
*i in l. diuus, l. 14. de officio præſidis lib. 1. P. tit. 18.*

num.

num[a]. Quinimo & tunc etiam à parricidio excuſari placuit Modeſtino[b]. Ratio, eo quod ij citra pœnam aliam, ſatis furore puniantur: quódque iudicio animi priuentur. Atque vt breuiter dixerim, in criminibus, inter cætera, temporis ratio expendi quam maximè debet, nam & tempus inter ſeptem in cognitione deſiderata, computatur. Sunt autem ea, cauſa, perſona, locus, tempus, quantitas, qualitas, euentus, explicata doctiſſimè à Clau diano Iuriſconſult.[c] Inuenimus etiam ſæpè abolitionem criminum fieri, & pœnas condonari ratione calamitatis temporis, vt factum eſt noſtris temporibus
1 edicto quod vocant pacis, ſopitis per illud reciprocis ob religionem coortis ſeditionibus ſub rege noſtro Carolo IX. anno 1562. 19 Martij & anno præterito. Quódque factum apud Athenienſes, quando ij poſt multa ciuilia bella, iureiurando comprobarunt legem amneſtiā, quæ continebat obliuionem præteritarum iniuriarum, & offenſionum, vltrò citróque acceptarum vt ſcribitur apud Plutarchum[d]. Iuſtinum[e], & Ciceronem[f]. At, quia delicta condignè puniri dicun-
2 tur, ſi eorū qualitates dignoſcuntur, ſciendum eſt in diſtinctione illorum, & tēpus

a *in l. infans, l. 12. ad leg. Cornel. de ſicar. lib. 48 P. tit. 8.*
b *in l. penult. ad l. Pompeiam de parricidiis eodem lib. P. ti. 9.*
c *in l. aut facta l. 16. de pœnis lib. 48. P. tit. 19.*
d *in Politicis.*
e *lib. 5.*
f *Philippica 1.*

homicidæ non fuiſſet inimicus ante vnū vel proximum præcedentem diem: quod & alibi docetur[a]. Augetur autem ſeueritas pœnarum, in grauioribus delictis. Ideo rite perpendendum iudici, vt ſcribit
7 Marcellus[b] num impetu & primo motu commiſſa ſint, an vero conſultò & deliberatè. Nam ſi eo ipſo tempore, quo phātaſiæ quas græci πάθη dicunt, animum ſubierint, crimē ſine deliberatione admiſſum eſt, phantaſiis in voluntatem minimè digeſtís, locus certè eſt veniæ: Cùm hi motus primi, & ſubitæ apprehēſiones, voluntatis non ſint nec arbitrij, ſed vi quadam inferunt ſe hominibus, vt ſcribit Diuus Auguſtinus[c]. Aulus Gellius[d] & Cicero[e], adſcribuntur enim ignorantiæ atque imprudentiæ, perturbationes animi: Quæ quanquam ſint aliquomodo voluntariæ, & tales quæ obiurgatione & admonitione deiiciuntur, tamen habent tam validos motus, vt ea quæ voluntaria ſunt, aut neceſſaria interdum, aut certè ignorata videantur. vt enim in aere varię fiunt nubium imagines & phantaſmata ſubitò, & eadem ſubitò diſſipantur: ſic in phantaſia varij affectus imprimuntur, qui aliquando tranſeunt in potentiam, videlicet cum quis aſſueſcit affectibus:

*a Exod. 21. numeror. 35. & Ioſue c. 20. in canon. illa cauenda ſunt, cauſa. 15. q. 1. in decreto Gratia. part. 2.*
*b in l. reſpiciendum l. xi. de pœnis lib. 48. P. tit. 29.*
*c lib. 9 de ciuita. Dei c 4.*
*d lib. 19 noctium atticar. c. 1.*
*e in Topicis.*

ſicuti ex affectibus qui ex habitu ducuntur, puta ex ira, metu, verecundia, cupiditate, per potentiam aliquis euadit iracundus, ſtupidus, verecundus, cupidus, vt ſcribit Ariſtoteles[a]. Ex quibus colligitur, hominem, ex his affectibus commoueri, præcipuè ira, ſi tempus non datur qu eſcendi vel ratiocinandi: & tunc magis ignoſcendum, per iram delinquenti videtur, quia naturales appetitiones ſequatur. Quippe quia ira & acerbitas, magis eſt naturalis, mouet enim ira propter calidi tatem & celeritatem naturæ, & ſedari poteſt audita quidem ratione: at, non audito precepto, ad ipſam properat vltionem. vt tradit Ariſtotel.[b] dum ait, irã partem aliquam rationis habere, cùm interdum iuſtè, imo neceſſariè quis iraſcatur. In hac tamen, circa defectum, & exceſſum facilè peccatur: propter exceſſum autem maximè, ob perturbationes animæ, cùm non, cum quibus, & pro quibus, & cum oportet, adde quomodo oportet aliquis iraſcitur vt ait idẽ Ariſt.[c] Quare & facilè nõ omnino tamẽ crimẽ illius remittitur, cùm quædam ſit velut culpa eius qui afficitur iniuria ab iracundo, nõ ceſſiſſe, nec dediſſe locũ & tempus concoctioni bilis. Sũt enĩ in hominis actu, & in diſtinguen do cri-

a *lib. 2, ethicorum ad Eudemum.*

b *lib. 7, ethico. ad Nicomachum. c. 6.*

c *lib. 4. ethicorum ad Eudemum. c. 5.*

do crimine irę, quinque cõſideranda. pri-
8 mum ſenſus, Gręcis αἴσθησις. 2. imaginatio, græcis φαντασία 3. opinio, græcis δόξα. 4. διάνοια Latinè diſcurſus, dignotio, intelligentia 5. mens, Græcis νοῦς. De quibus meminit eáque diſtinguit Ariſtoteles[a]. & Simplicius in eius commentariis[b]. Nempè quia antequam delictum puniendum acerbéque vindicandum ſit, debet reus per ea quinque conuinci ſimul, nec ſuffi-cit ſolius quinque horum contemplatio. Nam ſi in ſenſu ſolo conſtiterit operatio, non punitur: vt puta quæ magis ex obiecto, quam ex parte delinquentis contingere videatur. Siquidem ſentientis paſſionem faciunt, ipſa ſubiecta quæ ſenſum conſtituunt. vt ſcribit Ariſtoteles[c], ſiue is interior, ſiue exterior ſit ſenſus: diſtinguitur namque ita ſenſus, exteriore ſenſu in interiorem tranſeunte vt annotauit poſt Ariſtotelem Iohannes Faber Stapulenſis[d],
9 & eius Paraphraſtes Iodochus Clitoueus. Veluti ſi quid forte fortuna, vel caſu commiſſum: vt, qui pila ludens, improuidè tonſoris nouaculam, pila in fauces alicuius adegerit, immunis dicitur à pœna ab Vlpiano[e], & multa alia exempla traduntur ab Alexandro. 3. & ab Innocentio 3. [f]. apud quos homicidia fortuita excuſantur,

*a li. 3. c. 3. de ala.*
*b in quæſtionem 155. & ſequentibus.*
*c lib. 4. Phi. c. 5.*
*d libro 3. de anima c. 2.*
*e in l. item mela. l. 11. ad lege Aquil. lib. 9. P. tit. 2.*
*f in c. lator, c. 9. in c. dilectas. c. 13. cum tribus ſequentibus. de homicidio caſua. vel volunt. ar. lib. 5. decret. tit. 12.*

ſi culpa non prçceſſerit, vt & ab aliis. non
punitur etiam phantaſia, opinio, nec diſ-
curſus: Nã cogitationis pœna, apud Iuriſ- 10
conſultos, ſi non peruenerit ad actum, nul
la eſt: & ſimiliter, ſi ad mentem vſque in-
terdum non peruenerit. apud Vlpianum[a].
Cu us rei Celſus hypotheſin ſubiicit[b], in
depoſitario, qui inficiatus depoſitum,
non eſt ſtatim fur, donec eo animo &
mente contractauerit. Pulchérque Tri-
phonij caſus in l. fugitiuus. l. 225. de verbo
& rerum ſignification. vbi mente defi-
ciente, nec fugitiuus nec adulter, dici-
tur, quamquam ea ipſa cogitauerit. Et ex
mente peccatum, etiam apud Theologos
proficiſcitur, cùm eius ſit voluntas per-
fecta. Nam cum ea à phantaſia & ima-
ginatione ad falſam opinionem tranſ-
greditur, demum falſo intelligentiæ
diſcurſu, mentem adhibet, quæ, quia i-
gnara veri ſua natura eſt, adſtipulando
& admittendo ſcienter iniuſta, no am
inurit peccati: & hinc illa concupiſcen ia, 11
cùm conceperit parit peccatum, ex pec-
cato autem, mors infligi debet, vt ait
Diuus Iacobus[c]. Et Vlpianus, hanc malam
peccandi mentem, certum propoſitum
appellat[d]. ex cuius reſponſo, notabile v-
num ſingulare, & mentem puniri. quam-
uis

a in l. cogitationis, l. 18. de pœnis lib. 48. P. tit. 19.
b in l. inficiando. l. 69 de furtis lib. 47. P. tit. 2.
c epiſt. c. 1.
d in l. quis ſit fugitiuus l. 17. de ædilit. ed. ff. lib. 21. P. tit. 1.

uis cogitatio non puniatur: neque pœnitentiam, mentis vitium adimere ſine vindicta, nec cri nen hoc mentis impunitum relinqui, vt etia n alibi docet idem Vlpianus[a], ſunt & alia quinque exempla, adducta à gloſſa in l. quis ſit fugitiuus, de ædil. edic.[b]. quam ipſe videto, in verbum pœnitentia, & iugiter memento, differre cogitationem à mente, & multas procellas, & antinomias iuris ſedabis: velut legis Diocletiani & Maximian. in l. is qui cum telo l.17. ad l. Corn. de Sicar.[c]. & alias ſimiles. Atque ex mentis conſideratione, iræ & animi habebitur
12 etiam iudicium. Nam ira eſt à phantaſiarum motu: & ex apetitu irrationali, vt ait Ariſtoteles[d]: & quaſi ex ſpecie furoris, vt idem voluit in problemat.[e]. Quid eſt enim, quò non progrediatur ira, quo non furor? Ideo dicimus iratos exiſſe de poteſtate, id eſt, de ratione, de conſilio, de mente, vt ſcribit Cicero[f], & dicitur ira furoris, plerumque in ſacra pagina, & eaque extorſum impremeditatè prorumpit. vnde dicitur, quod fatuus ſtatim indicat iram ſuam[h].

Μαινόμεθα πάντες, ὁπόταν ὀργιζώμεθα

Τὸ γὰρ κατασχεῖν ἐστὶ τῆς ὀργῆς πόνος: quod eſt

Inſanimus omnès cum iraſcimur.

a *l.17 de ad. edic. lib 21. P. tit. I.*
b *in l. qui ea mēte. l. 67. de furtis lib. 47. tit. 2.*
c *lib. 9. C. tit. 6*
d *ad Theodectem, in Rhetoricis lib. 1. c. x.*
e *Sectio 27. q. 2.*
f *4. Tuſcul. quæſt. l. 1.*
*Regum c. 20, & 28. Hieremiæ 4 & 14. 25 threnor. 2. Oſeæ. 11. Ionas. 3. Nahum. 11. Sophoniæ 3.*
h *Prouerb. 12.*

Ira enim difficilimè refrænatur.
Et Horatius[a].

Ira furor breuis eſt, animum rege, qui niſi paret,
Imperat: hunc frænis, hunc tu compeſce catena.

Et Perſius[b], non ſanum, iracundum dicit.

Nunc face ſuppoſita feruéſcit ſanguis & ira,
Scintillãt oculi, dicíſque facíſque q̃ ipſe,
Non ſani eſſe hominis, non ſanus iuret Oreſtes.

Et Publius.Mi. Homo extra corpus ſuum eſt, cùm iraſcitur. & Cicero[c], laceſſe inquit iracundum, videbis furentem. Ex quibus forſan quis colliget, ea quæ ira 13
fiunt non eſſe punienda: Tum quia diximus furioſum non puniri, cui comparatur iracundus. Item 2. quia ira innocentes ad crimen ſæpè adducit[d], videtúrque, 3. eſſe ſine culpa, qui ſine temporis ſpatio, ira calens & laceſſitus iniuria vt diximus ad vindictam properat. Quódque dolor iuſtus iniuriam releuat, vt ſcribit Alexander Imperat.[e] cúmque proprium ſit iræ, vltionem quærere: vt ſcribit Cicero[f]. Et quarto, quia ira, vt diximus eſt affectus ferè ineuitabilis, ex perturbatione animi vt dicitur in canon. productior. de pœniten-

a 1. epiſtolar.
b Satyra, 3. in vltimis verſibus.
c 4. Tuſculanar.
d per canon. ira 12. quæſt. 4.
e in l. Gracchus. l. 4. ad legem Iul. de adulter. lib. 9. C. tit 9.
f lib. 7. Ethi. c. 6.
g in 3. parte decreti Gratiani.

tentia diſtinct.3. & apud Senecam [a]. Demum. 5. quia quod calore iracundæ fit, iure non imputetur delicto, niſi perſeuerantia, animi iudicium, appareat fuiſſe vt ſcribit Paulus [b]. Et vltimo, quòd inuoluntariè contigiſſe videtur, quod iracundia fit: eo quod animi nullum eſt iudicium, & ideo non puniendum, ſed potius dignum venia, vt ſentit de inuoluntariis Ariſtoteles [c], ſic voluntas & propoſitum diſtinguunt maleficia Vlpiano & Paulo.

14 Verumtamen, etſi ita hæc ſe habeant, non tamen omnino exiſtimandum eſt, impetum iræ & eius vim, excuſari à pœna, ſed puniri, quamuis pœnituerit iratus & reſipuerit, cùm per pœnitentiam non ſatisfit iniuriæ affecto, vt ſi per iram conuitia publicè in aliquem iactata fuerint. Tunc enim ſola pœnitentia iniuriati, non reſtituitur fama. ideo &, lex quæ illam punit, extat, Claudiani Iuriſconſulti [e], & Diocletiani & Maximia. Cæſar. [f], & in corpore canonum [g]. Cuius ratio ea eſſe poteſt, quòd in ira, irati culpa ſit, quod iræ non ceſſerit ipſe, cum ſcriptum ſit, Date locum iræ [h]. Et iraſcimini

*a per tot. de ira. 1. 2. & 4.*

*b in l quicquid calore l. 49 de re. iur. lib. 50. P. tit. 17. item Paul. in l. 3 de diuortiis lib. 24. P. tit 2. itē in canō. ſi quis irat° cauſa. 2. quæſt. 3. in 2. parte. Decret.*

*c lib. 3. Ethicor. ad Nicomach in c. 1*

*d in l. verū eſt l. 40. & Paulus in l. qui iniuriæ cauſa. l. 55. de furtis. lib. 47. tit. 2.*

*e in l. aut facta. l. 16. § cauſa de pœnis. li. 48. P. ti. 19.*

*f in l ſi nō cōuitiũ. l 5. de iniur. l. 9. C ti. 35.*

*g canon. ſi quis ſacerdotis, cauſ. 11. quæſt. 1. & dicto can. ira. 11 quæſ. 3.*

*h ad Roman, c. 12.*

nolite peccare[a]. Et bonum quidem arguere, ſed non iraſci[b]. Præcipuè quia hominis proprium eſt ratiocinari, & ratione vti: ideo magis puniendus, quod primis motibus frænum non iniecerit, ſed more brutorum ſe ſubiici paſſus eſt, & à naſcentibus affectibus ad effectum deuenerit. Atque ira per ſe vitium recte dici poteſt, quòd leuis & infirmi ſit animi, vt ait Cicero[c]. Vitium cum ira, ad illicita degenerat: illicita autē & vitia admiſſa, puniuntur: ſiue ſponte, ſiue ignorantia, dum modo culpa præceſſerit. ſecundum Papinianum, & Martianum, ex Demoſthenis oratione contra Ariſtogitonem[d]. Et dum caſu & impetu delinquitur, & impetus punitur apud Marcellum[e]. Cauſáque vltionis videtur ſemper pendere à culpa, quæ eſt cùm non prȩuidet quæ à diligenti potuiſſent præuideri. vt ſcribit Paulus[f]. Sed nec ea quæ ignorantes faciunt, per affectum non naturalem, ſunt venia digna: idcirco iniuſtus eſt, qui iniurius ira mala eſt, & puniendus: vt ſentire poſt multa, videtur Ariſtoteles[g]. Secundo, in hac quæſtione diſtinguendū, vtrum quis 15 laceſſitus, iniuriam iniuria, cum ira repulerit: & tunc ſi ſubito factum eſt, tempus culpam minuit: Non tamen tollit. vt ſcribitur.

a *Pſal.4. & ad ephesios.4.*
b *eccleſiaſt. c.20.*
c *lib.1. epiſtola.ad Quintum fratrem epiſtola.1.*
d *Pap. in l. 1. Marce. in l. 2. de legibus lib. 1. P. tit. 3.*
e *in l. reſpiciendum l. 11. §. furta domeſtica, de pœnis lib. 48. P. tit. 19.*
f *in l. ſi putator 31. ad aquil. lib. 9. P. tit. 2.*
g *lib. 5. ethic. ad Nicomachum. c. 3.*

bitur in dicta.l.quicquid,de reg. iur.in P. cum ſimilibus, vbi negotium calore iracundiæ patratatum, ratum non eſt, id eſt non perfectum, ideo non impoſita tanta pœna ac ſi ratum & ex propoſito eſſet, dicta l. gracchus,de adult.C.Si autem quis vitam ſuam, vi deffenderit. Tunc omnino excuſatur, ſed alia ratione, quam iræ: nempe quod aliter periculũ effugere non poſſet, & quod naturalis ratio permittat cuique, ſalutis deffenſionem, vt diximus. Vltimo etiam loco, conſiderandum eſt in iniuriis verbalibus, ira effutitis, num qui dixit, perſeueret, vel pœniteat. Nam ſi perſeueret grauius puniatur: ſi pœniteat vel inficietur ſe non dixiſſe, ſi adhibeatur ſatisfactio famæ, preſente iudice, & ſedente pro tribunali, nempe ſi conteſtetur publicè iniuriatum hominem bonæ famæ, & alterius naturæ & morum quàm verba prolata referant, abſoluendus. Et certè, vidi ſæpiſſimè in ſenatu noſtro, ea profeſſione, finem imponi litibus his, etiã non habita alterutrius ſumptuum ratione. Cùm parũ Chriſtianum videatur verborum quaſdã iniurias poſteritati parum nocentes, non poſſe ſufferre. Cum tamẽ dominus noſter IESVS CHRI-
15 STVS, noſtri exemplar, paſſus etiam falſò

multas fuerit, tum verbales tum reales. vt dum Samaritanum dixerunt, ebrium cum peccatoribus manducantem: & poſt multa ludibria cruci eum affixerunt. Et in iuris diuini præceptis, iniuriæ omnis obliuio iubetur in Leuitico [a]. & in Eccleſiaſtico [b]. Admonétque D. Paulus non reddere malum pro malo [c]. Et vindicta particularis prohibita. Scriptum enim eſt mihi vindictam ait dominus, & mea eſt vltio [d]. qui vindicari vult, à domino inueniet vindictam [e]. Item iure canonico [f]. docetur, vt ſi quando pro iniuria ad iudicem peruenitur, id fiat zelo iuſtitię, ſepoſito animo vindictæ. Nam legum publica debet eſſe vltio, non priuati. Et eſt hic finis legis, ſecundum Cæſares Honorium & Theodoſ. [g]. Turpe etiam vindicare ſe apud Ethnicos viſum, quippe, minuti ſemper & infirmi eſt animi exiguíq; voluptas, vltio: vt ſcribit Iuuenalis [g]. Et Euripides in Electra, de nece illius loquens ad Clytemneſtram [h] ait, δίκαια μὲν νῦν ἡ δ' ἔχει, σὺ δ' οὐχ δρᾷς, id eſt, Iuſta quidem hæc (Electra ſcilicet quę fuit occiſa adultera, & Parricida) accepit, tu autem non iuſtè feciſti. Quinimo [i]. & Deus addit, non tantum bonum pro bono reddendum, quia

a c.19.
b c.10.
c ad Rom c.12. & 1. ad Theſſalonic. 5. c in canon. ex his ſunt differentiæ, cauſ 23. quæſt. 4.
d Deuteron. 32. c. Ezech. 5. & D. Paul ad Roma 12. & in cano. qui diuini, de pœniten tia, diſtinction. 4. in 3. parte decreti Gratiani.
f in c. quod Chriſtus, 23. q. 4. in 2. parte decreti.
g in l. nullus Iudæus l. 13. de Iudæis lib. 1. C. tit. 12. cum ibi notatis

g Satyra 13. verſ. 188. h actu. 5. verſ. 80. i Math. c. 5.

& Eth-

& Ethnici hoc faciunt, ſed & bonum pro
16 malo, tuncque ritè illum rogaturos vt dimittat nobis quæ in illum peccauimus, ſi demiſerimus & condonemus his, qui nos offenderunt.[a]

a *Matt. c. 6.*
b *in l. 1. de ſtatu hominum li. 1. P. tit. 5.*

## Cap. IX.

### *De temporis obſeruatione neceſſaria in contractibus.*

1 NEc ſolum tempus diſtinguitur in ſuperioribus, nam & in aliis iuris articulis illud ipſum obſeruandum eſt: veluti in contractibus, & actionibus, circa quas tertia iuris integralis verſatur pars. Illud. n. vel ad perſonas, vel ad res, vel ad actiones pertinere dicitur Caio,[b] à Iuſtin.[c] At ſub illa parte de actionibus, cõtinẽtur
2 & obligationes: cũ actio ex obligatione naſcatur: vt Paulus optimè dixerit, obligationem parere actionem.[d] Quod locum habere præcipuè annotatur: ſi ex obligatione perſonali proficiſcatur actio, diuerſum ſentientibus, ſi actio ex lege oriatur, vbi mater non eſt ei obligatio, quamquam ex aliquo contractu vel quaſi oriatur, quo fit vt prætor per actionem ſuccurrat, ſicut accidit etiam in reali

c *in §. fina. de iur. nat. gent. & ciuil. li. 1. inſtit. ti. 2.*
d *in l. licet l. 62. §. eas obligat. de procurat. li. 3. P. ti. 3. et notat. eo loci à gloſ. et in rubricã de obligat. apud Iuſti.*

aƈtione, quæ poſſeſſorem rei potius quã
obligatum, ſequitur.[a] Et dari etiã aƈtio-
nem citra obligationem ex lege, eamq; 3
generalem, conſtat ex Vlpiano:[b] cui ac-
cedit Diocletianus & Maximianus.[c] Di-
xi citrà obligationem, non quod omni-
no obligatio deficiat, ſed quia ex illa o-
bligatione vel contraƈtu, non ſit prodita
aƈtio, propria vel ſpecialis. Nam ideo ex
lege condiƈtio generalis datur, quod par
ticularis non ſit aƈtio ſtatuta, vt admonet
Paulus Iuriſconſult.[d] Et quemadmodum
porrígitur ferè ad omnia legum proui-
ſio, ſic etiam quædam generalia pro con-
traƈtibus remedia conſtituta ſunt, qui-
bus experiri pro conſeruatione, acquiſi-
tione, vel repetitione rerum liceat, quam-
obrem & nomen aliud obligationis ge-
nerale, in iure reperitur, ſub quo omnes
contraƈtus contineri poſsint apud Pau-
lum.[e] Cæterum tempus in obligationi- 4
bus inſpicitur, certum vel incertum, tùm
ad aƈtus qui aguntur infirmandos vel ro-
borandos, tum etiam ad aƈtionem con-
cedendam vel repellendam. cuius pul-
chra hypotheſis in filio familias, qui in
ſacris paternis exiſtens, ſtipulatus ſub cõ-
ditione, quamquam ſui iuris fuerit tem-
pore conditionis implere tamen patri,

non

a §. omniũ aũt aƈtion. de aƈtionib apud Iuſtiniã in inſti. ciu. li. 4. tit. 6.

b Iaſon an notauit in eundẽ ti. de aƈtiõ num. 9. 10. 11.

c in l. certa condiƈtio l. 6 de rebus creditis. li. 12. P. tit. 1.

d l. 1. & ti. de cõdiƈti. ex lege ſine cauſ. lib. 4. C. tit. 89.

e in l. vnica de condiƈt. ex lege lib. 13. P tit. 2.

e in l. oẽm. obligationẽ l. 20. de iudiciis li. 5. P. tit. 1.

non ſibi querit actionem vt idem Paul.[a]
ait & Pomponius.[b] Conſiderantur nam-
que tempora conceptæ ſtipulationis, in
quibus ſub poteſtate conſtituti, non ſibi,
ſed iis cuius ſunt poteſtatis acquirunt vt
plenè tractatur alibi.[c] Conſiderat etiam
Paulus ex Pōponio, in negotiis geſtis, in
initio cuiuſque temporis conditionem.[d]
Deinde & contractus diuerſo conſiderā-
5 tur modo, habita ratione temporis &
ętatis contrahentium: claudicántque eius
cauſa interdum, cū minoribus celebrati,
alioquin iure communi firmantur, ni a-
liud obſit. Cuius ſententiæ prior pars
probatur, titulo de prædiis & aliis re-
bus. minor,[e] & ab Vlpiano.[f] Altera
tractatur à Valen. & Valen. Cæſari-
bus,[g] ab Arcadio & Honorio, C C.[h]
Et in conſtitutione, vna Frederici.[i] Sic
tempore rata fit conuentio, quæ ratio-
ne alterius temporis poterat improba-
ri. teſte Diocletiano & Maximiniano.[k]

*a l.ſi filius familias l.78.de verbor.obligation.li.45.P.tit.1.*

*b in l.ſi fi-filius familias l.xi.de regul.iur.li.50.P.tit.17.cui addenda lex præcedens quæ incipit quæ legata*

*c in §.1.per quas perſonas nobis acquiritur lib.2.inſtit.iur.ciui.tit.9.& in §.1.per quas perſonas nobis obligat. acquir. lib.3 tit.29. plenius in l.fina.C.de bonis quæ liber lib.6.C.tit.60. ab Vlpiā. in l.placet 79.de acquir.heredi.li.29.P.tit.2.in §.quod ſi quis de inutilibus ſtipulation.lib.3.inſtit.iur.ciuil.tit.20.* d *in l.Pōponius lib.26.l.16.de negotiis geſtis lib.3.P.tit.5.* e *lib.5.c.ti.71.* f *in l.Iulianus l.14.§.ſi.quis à pupillo.de action.empti lib.19.P.tit.1.* g *in l.ſi maiores l.25.de tranſact.li.2.C.tit.4.* h *in l.ſi quis maior.l.41.eod.tit.* i *l.Sacramenta puberū.l.ſi aduerſus venditio.lib.2.C.tit.18.* k *in l.1.& 2.ſi maior factus ratū habuerit.lib.2.C.tit.46.*

improbatur etiam ſi in tempus vetitum effectum referat, Gordiano Cæſare teſte.a Atque inſpicitur tempus certum & proprium, vt intelligatur quando quippiam debeatur. Nam cum omnis ſtipulatio, vel purè, vel in diem: vel ſub conditione concipiatur, tempus etiam & præſens, à præterito & futuro diſtinguendũ eſt,b quæ tempora Paulus vocat obligationum cauſas.c Hinc pendet tota eruditа diſputatio Vlpiani. ſolutionis faciendę agitata per totam legem, eum qui calendis, l.41. de verborum obligationib.d & alia Celſi in l.quod in diem l.70.de ſolution.e

a in l. quod ſponſa l.4. de donatiõ. ante nupt. li.5.C.ti.3.
b Inſt.in §. omnis ſtipulatio. de verb.oblig. li.5. inſtit. in.cin.ti.16
c. in l. obligat. ferè cauſas.l.43 de acti.lib. 44.P.ti.7. adde.§.placet eius legis, & l. in omnib. temporalib.l.5. eod. tit. vbi diẽ vltimũ in tempor. actiõ.expectandũ eſſe placuit.
d li.45.P. tit.1.
e li.45. P. tit.3.

## Cap. x.

*De tempore obſeruando in mora, teſtamentis, & iudiciis.*

Ex temporum etiam diſcretione, maximã pro moræ determinatione venamur vtilitatẽ, ex Africano Iuriſconſult.f Cùm dies certus ſolutioni faciendæ deſtinatus, interpellet debitorem, & vt noſtris verbis vtar, interpellet pro homine, per legem Iuſtiniani, magnam veterum

f in l.traiectitia l.22. de action.& obligat.lib.44.P. tit.7.

terum lege duodecima de contrahenda & commitenda ſtipulatio.[a] atque exiſtimatur maioris efficacię interpellatio diei, ea quæ ab homine fit, culpoſámque dilationem inducit: vnde mora contrahi-
2 tur, ex perſona non ex re orta vt ait Marcellus.[b] Et forſan vrget nocétque magis temporis admonitio, eo quòd de tempore futuro cogitare facilè ſit: admonitio autem vel interpellatio hominis, interdum imparatos, vacuos & improuiſos debitores adoritur, qui de creditoris dilatione, magis quam par eſſet, fidebant. Prærerea iura monent, diſcutiendã temporum rationem, & in teſtamentis, vbi periodus vltima voluntatis videtur eſſe
3 morientium, vt exiſtimauit Conſtantius Cæſar[c] neque quolibet tempore teſta-
4 mentum factum, ſemper valet, veluti illud quod tempore captiuitatis factum ſit, vel pendente interdictione aquæ & ignis[d] vel eius qui in reatu eſt, vt docet Gaius & Vlpianus.[d] Hincque facilè determinatur quęſtio de teſtamento condito, ab eo qui teſtatus eſt poſtquã morti fuit adiudicatus, quę agitatur à Cic.[e] Deinde quia olim
5 tria teſtamentorum genera erant, vnum quod calatis comitiis in concione populi fieret: alterũ in procinctu, cum in aciẽ

a li. 8. C. tit. 38.

b in l. mor. l. 32. de vſur. li. 22. P. tit. 1.

c in l. 1. de ſacroſanct. eccl. li. 1. C. tit. 5.

d in l. eius l. 8. in l. lege cornelia l. 12 de teſtã. li. 28. P. ti. 1

e 2. de inuention.

vocabantur: Tertium per familiæ emancipationem, cui ęs & libra adhibetur Gellio teſte:[a] ita tria tempora conſiderari par erat, comitiorum, belli & emancipationis, Pari obſeruatione digna, militum priuilegīa in teſtamentis condendis, & 6
ceris liberè ordinandis, in quibus quæritur, nũin expeditionis procinctu fiant, vel pacis tempore: inter quæ, maximè intereſt ratione ſolemnitatis omiſſæ, vel requíſitæ, vt tradit Conſtantinus Cæſar[b] quæriturque num quis teſtamentum militãdo condiderit, vel tunc iam factũ approbauerit, vel neutrũ fecerit. Cui negotio, duo textus coniungi debent, vnus Vlpiani, alter Iuliani Iuriſconſul.[c] Et hæc maximè conſideratio, ſæpè in ſubſelliis & tribunalibus perpenditur, cùm imperitia militaris, vt plerúmque iuris ſolemnia prætermittat in vltimis voluntatibus, cùm de morte in acie tunc cogitetur tãtum: dum hoſte occurrente, rigidus inimici impetus mortis memoriam ingerẽs, & effigiem expreſsiſsimam de rebus & anima diſponere illos admoneat, tuncque morte territi & quaſi pręoccupati, iuris, quamuis ſciant requiſita, tamẽ illa obſeruare non permittitur. Quæ fuit cauſa cur circa militum teſtamenta, tot diſpen-

ſationes

a *lib. 17. c. 27.*

b *in l. milites in expeditione l. 15. de teſtamento milit. lib. 6. C. ti. 21.*

c *in l. in fraudē l. 16 § teſtamẽtũ in l. tribunus. l. 21. de militar. teſtamẽto. lib. 29. P. tit. 1.*

ſationes & priuilegia, propter anguſtiam
7 temporis, à Cęſaribus conceſſa ſunt, enumerata in l. 1. tituli, de militari teſtaméto in P. Refert etiam Plutarchus,[a] priſcos milites, in acie conſtitutos, priuſquã clypeos acciperent, togáſq; circũcingerent,
8 tribus aut quatuor audientibus, ſine ſcripto teſtamenta ſolitos facere. Omitto aditionis, deliberandi, ſubſtitutionum, & reſtitutionum, tempora conſideranda, omnia maturè à iudicibus diſcutienda. Sũt etiam obſeruanda in aliis particularibus caſibus, vt dum liceat marito in adulterio deprehenſum, teſtificandæ rei cauſa, non amplius quàm per 20. horas detinere, Vlpiano teſtè.[b] Et Diuus Adrianus ſtatuit, ne pendente magiſtratu quis in ius vocari poſſet: depoſito, poſſet, vt ſcribit Paulus.[c] Magiſtratus quippe, gerunt perſonam ciuitatis, vt ait Cicero,[d] vimque magiſtratus eſſe dixit, vt præſcribat & pręſit, non vt arguatur, niſi in officio deliquerit vt notatur in iure.[e] Nam tunc debet ei adminiſtratio interdici, propter imminẽs periculum. cùm ſit, vt ſcribit Iamblicus ὁμοίως ἐπισφαλὲς, μαινομένῳ δοῦναι μάχαιραν, καὶ μοχθηρῷ δύναμιν. ęquale periculum, furenti dare gladium, & flagitioſo poteſtatem. Neque pontifex, dum ſacra facit,

a *in vita Coriolani.*

b *in l. capi. l. 25. ad legem Iul. de adulter. li. 48. P. ti. 5.*

c *in l. pars literarũ l. 48. de iudiciis li. 5. 6. tit. 1.*

d *1. lib. officior. & tertio de legi.*

e *in l. 2. de in ius vocã. in P.*

in ius vocandus eſt, nec qui vxorem du-
cit, dum actum agit: nec qui funus ſequi-
tur.[a] Et quemadmodum illa tēpora ex-
cuſant ne quis vocetur, alia etiam ſunt,
quæ vocatum ne iudicio adſit defendūt:
vt tempus breue & tempeſtatum, & im- 10
pedimentorū valetudinis & inūdationis.[b]
Sed tempus excuſationis morbi vel vale-
tudinis, ita demū prodeſt, ſi per teſtatio-
nem in ſcriptis redactam, de morbo iu-
dici per nuncium conſtet. Nuncius autē, 11
iure iurando de morbo teſtificari debet.
Nos id in curiis vocamus exomnier: Et te
ſtationem morbi á medicis vel decurio-
nibus loci ſubſcriptam, exoimne. quod
melius diceretur exomnier, & exoimne,
à verbo grȩco vnde trahitur ἐξόμνυσθαι hoc
eſt iurerando excuſare, vt primus quod
ſciā, animaduertit Ioachimus Perionius.[c]
Modus autem exomniandi hic eſt in cu- 12
ria ſuprema Tholoſana. I. teſtatio ratio-
nali que procuratori regio aut aduocato
fiſci, viſenda exhibetur, nuntius poſtea,
curia ſedente, vt potè ad eam deferen-
dam expreſsè ad exuſandum deſtinatus
(eſt enim nuncius ex ſpecie procurato-
rum ad certam rem datorum[d]) exami-
natur, ſacramēto de veritate dicēda ab eo
qui præſidet prius delato & interrogante
quis

a *Vlpian. in l. 2. de in ius vocan. li. 2. P. ti. 4*

b *Vlpiā. in l. 2. §. ſi quis in iudicio ſiſt quis cautiō. li. 2. P. ti. 11*

c *li. de linguæ Gallicæ cū Græca cognatione.*

d *Vlpian. l. 1. de procurator. li. 3. P. tit. 3.*

quis eum, & quare miſerit, porro nuntius reſpondet talem, eum miſiſſe ad proponendas curiæ morbi excuſationes. Interrogatur autem rurſum, num ægrotus vſque adeo æger ſit, vt venire nec pedes nec eques poſſit, tunc nuntius morbum explicat, ſeque illum iacentem valdè ægrũ reliquiſſe, hoc vel illo morbo, vt non potuerit citra vitæ periculum, itineri ſe nec cum equo tutò committere, vel decrepitum ſenem eſſe. Túncque præſes audito procuratore regio, vel atteſtationem approbante vel impugnante, prout negotium exigit, ſtatuit: & hæc eſt excuſationis praxis, in negotiis in quibus perſonaliter vt dicitur, quis in iudicio, comparere debet, impedimentorum autem varias cõſiderationes, qui voluerit annotare recurrat, Ad Rebuffum in commentariis ad §. 1. in verbo impedimento, titulo de collationib. in concordatis. Si velis etiam ſcire quando, & quod impedimentum excuſet, vide Felinum ſuper c. ex tranſmiſſa, de cõſtitutio. in decretalib.

---

## Cap. XI.

*De temporum obſeruatione in vſucapionibus, & dilationibus.*

EX temporum determinatione, pendet etiam vſucapionum & præſcriptionum natura, apud Iuſtinian [a]. Eſt enim vſucapio, adiectio vel acquiſitio dominij, cum continuatione poſſeſſionis, temporis lege definiti, vt ſcribit Modeſtin. b & Caius docet de tempore. [c] Et 1
in hac vſucapione, tempus arguit & punit, negligentes rerum ſuarum curā: contra quos & Solon olim pœnam ſtatuit, vt meminit Plutarchus [d], eo quod ex illa 2
improba negligentia, rerum & hominū ſequatur iactura factis rebus deterioribus & perſonis otioſis & inutilibus. Cautúmque apud Romanos, authore Gell. [e] eum qui indiligenter agrum ſuum tractaſſet araſſetue, vel paſſus fuiſſet ſordeſcere, vel vineam derelictui habuiſſet, nota cenſoria puniendum. Quod ſucceſſores prudentiſſimi mitigantes, negligentes re neglecta priuarunt tantum, per conceſſionem vſucapionis, cùm ob multam, tùm ne diutius res ſub incerto ſint, [f] tùm etiam, vt ſit litium finis, quæ pro rerum dominiis contingunt. Neratio teſte. [g] 3
ideo finem ſolicitudinis, Cicero [h] vſucapionem dixiſſe puto. Sunt enim lites quæ maximum negotium curámque & priuatis hominibus, & magiſtratibus ſubmi- 4

a in l.1. de vſuc. transforman. li. 7. C. titu. 3. & in §. 1. de vſucap. lib. 2. inſtit. iur. ciuil. titul. 6.
b in l. 3. de vſuca. lib. 41. P. tit. 3.
c in l. 1. eodem tit.
d in vitam Solon.
e Gellius li. 4. noctium attica. c. 12.
f dicta l. 1. de vſucap. li. 41. P. tit. 3 & §. 1. de vſucap. in inſtitutio. ciuil. iur. lib. 1. titul. 6.
g in l. fin. pro ſuo. lib. 41. P. ti. 11.
h pro Cecin na.

ſubminiſtrant: & noſtra maximè intereſt, litibus non vexari, vt ſcribit Vlpianus[a]. Fuit etiam vnica cura principum & legiſlatorum, iurgia & lites minuere ſi tollere non poſſent[b], idque non alia de cauſa, quam vt fœlicitas & quies ſubditis accedat. Nam vt ait Martialis[c].

Vitam quę faciunt beatiorem
Iucundiſſime Martialis, hæc ſunt:
Res non parta labore ſed relicta,
6 Non ingratus ager, focus perennis,
Lis nulla &c.

Contentionum autem, cum duo ſint genera, vt vnum, quod ad virtutem æmulatione animum excitat, optimum: ita certè aliud pernicioſiſſimum & exitiale hominibus eſt, quod iurgia mouet vt deſcribit Heſiodus.[d]

οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος. ἀλλ' ἐπὶ γαῖαν
Εἰσὶ δύω, τὴν μέν κεν ἐπαινήσειε νοήσας.
ἣ δ' ἐπιμωμητή. διὰ δ' ἄνδιχα θυμὸν ἔχουσιν
ἣ μὲν γὰρ πόλεμόν τε κακὸν, καὶ δῆριν ὀφέλλει σχετλίη:

Non autē inquit, eſt vna contētionū ſpecies, ſed ſunt duæ in terra, alteram certe laudauerit prudens, altera vero culpanda eſt: Per diuerſa autem animum trahunt nam hęc quidem bellúmque malum & litem auget pernicioſa &c. Litemque malam, per temporum curricula pacauit

a in l. minorib. 25. annis l. 6. de minorib. li. 4 pan. titu. 4.

b Iuſtinianus in l. 1. §. 1. & fin. de nouo codice faciendo, lib. 1. C. tit. 1. & in l. properandū l. 11. de iudiciis lib: 3. C. ti. 1. §: de pœna temere litiga. lib. 4. inſti. iur. ciuil. ti. 16.

c lib. 10. epigramma. 47.

d in ergis verſ. 11.

vſucapio, addita & orta alia lite & contentione bona, quæ diligentia negligentes perſequitur, & diligentes æmulatur, de qua meminit idem Heſiodus[a].

a eodem li. operũ & dierum verſu 20.

ἥτε καὶ ἀπάλαμόν περ ὁμῶς ἐπὶ ἔργον ἐγείρει 7
εἰς ἕτερον γάρ τίς τε ἰδὼν ἔργοιο χατίζων,
πλούσιον ὃς σπεύδει μὲν ἀρόμεναι, ἠδὲ φυτεύειν,
οἶκόν τ' εὖ θέσθαι. ζηλοῖ δέ τε γείτονα γείτων,
εἰς ἄφενον σπεύδοντ', ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσι.

Hæc inquit contentio, etiam non valentem operari, ad laborem excitat: in alterũ enim quiſpiam reſpiciens indigens, diuitem, qui properat arare atque plantare, domumque bene inſtituere, æmulatur ſanè vicinum vicinus ad opes contendentẽ: bona certè hęc conditio mortalibus. hæc ille. Atque res certiores fiunt, fer 8
tiliores, vtilioreſque redduntur reipublicæ per culturam, cùm tantum Horatio teſte.[b]

b Sermonũ 1. Satyra. 3. verſ. 37.

Neglectis vrenda filix, innaſcitur agris
Et ſicut ait Ouidius[c].

c li. 5. Triſtiũ elegia, 3. verſ. 23.

Fertilis, aſsiduo ſi non renouetur aratro,
Nil niſi cũ ſpinis gramen habebit ager.

Tertiaque hinc, vſucapionis receptæ ratio. Ad euitandam miſerorum perpetuã ſegnitiem, excuſata modica quadam tẽporaria. Quod Epheſinus iuris peritus animaduertit[d]. De temporum autem examinatio-

d in c vigilãti. c. 5. de preſcripti. lib. 2. decretal. tit. 26.

minatione circa vſucapionem, obſer-
9 uandi ſunt tituli lib. 7. Codicis à 21. vſq; ad 32. & in Pandectis, tituli omnes ſequentes Titulum. De vſu capionibus. 3. lib. 41.[a] vſque ad finem 41. & in Decretal de preſcription. & in Decreto Gratiani, in ſecunda parte, cauſa 13. quęſtione 3. & in lib. 6. Decretalium, titul. 13. lib. 2.
10 facit & conſtitutio Ludouici nominis 12. Regis Galliæ, quę obſeruatur in omnibus iudiciorum ſubſelliis: Ne poſt decenniũ, quiſquam ad reſciſſoriam actionem contractus, admittatur, prętextu circumuentionis, fraudis, metus vel doli, & deceptio nis vltra dimidiam iuſti pretij. Ea autem
11 lata anno 1510. cuius accipiendum hac de re caput quod dicunt articulum 46. Tempora & alia in iudiciorum ſeruantur ordine, nec ſolum in vocatione vt diximus ſed etiam in dilationibus ad deliberandũ num quis iudicio cedere velit, vel deffendere: item & pro conteſtanda lite[b], ſic intra triduum: iudex vt ſuſpectus recuſari vel reiici debet, arbitrique eligendi ad cauſas ſuſpicionis propoſitas deciden-
12 das, forma propoſita à Iuſtiniano[c]. Patronis etiam cauſarum triduum datur, ad corrigenda quæ in iudicio propoſuerunt permittente Diocletian. & Maximian,

a *authentica, libellũ, & authentica, offeratur, de litis conteſtatio. lib. 3. C. tit. 9. can. offeratur. cauſ. 3. quaſt. 3. in, 2. parte decret.*

b *in l. fin. de iudiciis lib. 3 C. ti. 1*

c *in l. fin. de error. aduocator li. 2 C. ti. 10*

In appellationibus, tempora etiam certa conſideranda [a]. Biduum namque dabatur pro ſpatio appellandi, in propria cauſa, in aliena triduum. Iure codicis, decem dati dies, qui fatales vocantur, quòd iis elapſis, prouocans non audiretur & poſtea eſſet appellatio deſerta. Dabantur tamen interdum temporum ſpatia maiora, ad appellationem proſequendam, ſecundum intercapedinem locorum & pro negotiorum varietate, & ad reddendum apoſtolos, id eſt codicillos appellationis, iudici. Et ita' diſtinguit Conſtantinus Cæſar & Theodoſ. & Valenti. [b] & Alexander. 3. Sum. pontifex [c]. Excuſantur tamen à mora aliquando, impedimento aliquo iuſto ſuperueniente per Diocletian. & Maxi- 14
mian. Conſtituta etiam ſunt tempora, pro litibus finiendis, triennium inquam in ciuilibus & pecuniariis perimendis, exceptis fiſcalibus, apud Iuſtinianum in, l. properandum, l. xi. de iudiciis. [d] Quod vocatur eremodiciũ, hoc eſt deſertio iudicij, ibi in verſiculo. Cum autem ere- 15
modicium: cuius & meminit Vlpianus [e] hocque conſtitutione regia ſancitum Caroli, 9. nuperrimè. Biennium autem,

*a Vlpian. in l. 2. §. biduum, & ſequent. quando appellan. ſit, lib. 49. P. tit. 4. §. 1 de appelat. & intra quæ tẽpora, in authenticis col. 4. in cõſtitutio. 2. vnde ſumpta authenti. hodie, de appella. li. C. tit. 62.*

*b in l. 1. & 2. de tempor. appell. li. C. tit. 63.*

*c in c. cũ ſit Romana c. 5. de appellation. lib. 2 decretal. tit. 28.*

*d in l. præſes prouinciæ l. 5. de appell. itio. lib. 7. C. tit. 62.*

*e lib. 3 C. ti'u. 1.*

*f in l. & ſi ſine dolo. l. 8. De minor. 25 ann. ſ lib. 3. pan tit. 25.*

Iuſtiniano viſum eſt pro criminalibus determinandis quæſtionibus ſufficere a. Aliorum etiam temporum variationes, in iure ciuili exemplo horum, venari poſſumus.

*a in l. fin. vt intra certũ tempus criminalis quæſtio terminetur, li. 9. C. tit. 44*

---

## CAP. XII.

### *De temporum obſeruatione in ſacerdotiorum, ſiue beneficiorum conceſſione.*

1 CÆterum, ne putes in iure pontificio, inutilem eſſe horarum vel temporum obſeruationem, promam eorum exempla ex parte iuris vtiliori & pinguiori, quæ de ſacerdotijs ſiue de beneficijs eſt. Et in primis in his conſtituta ſunt certa tempora, intra quæ, collatio fieri debet, poſt quæ, poteſtas collationis beneficij tunc vacantis, expirat, & deuoluitur ad ſuperiorem immediatum. Danturque laico, vt vocant, patrono, id eſt ei qui eccleſiaſticus non eſt, quatuor menſes ad præſentandum: Eccleſiaſtico autem dantur ſex menſes à Bonifacio octauo[b]. Quibus pendentibus variare qui-
2 dem permiſſum eſt patrono laico, in electione pręſentandorũ ante inſtitutionem Epiſcopi: Eccleſiaſtico autem non licet, ideo ſex menſes illi dantur, ad maturius

*b in c. vnico, §. verũ de iure patronat. in ſexto, lib. 3. tit. 19.*

In appellationibus, tempora etiam certa conſideranda [a]. Biduum namque dabatur pro ſpatio appellandi, in propria cauſa, in aliena triduum. Iure codicis, decem dati dies, qui fatales vocantur, quòd iis elapſis, prouocans non audiretur & poſtea eſſet appellatio deſerta. Dabantur tamen interdum temporum ſpatia maiora, ad appellationem proſequendam, ſecundum intercapedinem locorum & pro negotiorum varietate, & ad reddendum apoſtolos, id eſt codicillos appellationis, iudici. Et ita diſtinguit Conſtantinus Cæſar & Theodoſ. & Valenti. [b] & Alexander. 3. Sum. pontifex [c]. Excuſantur tamen à mora aliquando, impedimento aliquo iuſto ſuperueniente per Diocletian. & Maxi- 14
mian. Conſtituta etiam ſunt tempora, pro litibus finiendis, triennium inquam in ciuilibus & pecuniariis perimendis, exceptis fiſcalibus, apud Iuſtinianum in, l. properandum, l. xi. de iudiciis. [d] Quod vocatur eremodiciũ, hoc eſt deſertio iudicij, ibi in verſiculo. Cum autem ere- 15
modicium: cuius & meminit Vlpianus [e] hocque conſtitutione regia ſancitum Caroli, 9. nuperrimè. Biennium autem,

a *Vlpian. in l. 2. §. biduum, & ſequent. quando appellan. ſit, lib. 49. P. tit. 4. § 1 de appelat. & intra quæ tẽpora, in authenticis col. 4. in cõſtitutio. 2. vnde ſumpta authenti. hodie, de appella. li. C. tit. 62.*
b *in l. 1. & 2. de tempor. appell. li. C. tit. 63.*
c *in c. cũ ſit Romana c. 5. de appellation. lib. 2 decretal. tit. 28.*
d *in l. præſes prouinciæ l. 5. de appell. utio. lib. 7. C. tit. 62.*
e *lib. 3 C. tit. 1.*
f *in l. & ſi ſine dolo. l. 8. De minor. 25 ann. lib. 3. pan tit. 25.*

Iuſtiniano

Iuſtiniano viſum eſt pro criminalibus determinandis quæſtionibus ſufficere a. Aliorum etiam temporum variationes, in iure ciuili exemplo horum, venari poſſumus.

a *in l. fin. vt intra certū tempus criminalis quæſtio terminetur, li. 9. C. tit. 44*

## CAP. XII.

*De temporum obſeruatione in ſacerdotiorum, ſiue beneficiorum conceſſione.*

1 CÆterum, ne putes in iure pontificio, inutilem eſſe horarum vel temporum obſeruationem, promam eorum exempla ex parte iuris vtiliori & pinguiori, quæ de ſacerdotijs ſiue de beneficijs eſt. Et in primis in his conſtituta ſunt certa tempora, intra quæ, collatio fieri debet, poſt quæ, poteſtas collationis beneficij tunc vacantis, expirat, & deuoluitur ad ſuperiorem immediatum. Danturque laico, vt vocant, patrono, id eſt ei qui eccleſiaſticus non eſt, quatuor menſes ad præſentandum: Eccleſiaſtico autem dantur ſex menſes à Bonifacio octauo[b]. Quibus pendentibus variare quidem
2 permiſſum eſt patrono laico, in electione pręſentandorū ante inſtitutionem Epiſcopi: Eccleſiaſtico autem non licet, ideo ſex menſes illi dantur, ad maturius

b *in c. vnico, §. verū de iure patronat. in ſexto, lib. 3. tit. 19.*

ineūdam deliberationem electionis vel
nominationis præſentandi vt ait Lucius
tertius ſummus pontifex,& Innocentius
tertius,in c.cū autē,24. & in c.poſtulaſti,
c.28.de iure patronatus,lib.3.decretaliū,
tit.38. Patronis autem intra illa tempo-
ra non præſentantibus,ius plenæ collatio
nis deuoluitur ad epiſcopum. Quo,intra 3
ſex menſes non conferente,rurſus deuol-
uitur ab epiſcopo ad Archiepiſcopum:&
ab hoc non conferente intra alios ſex
menſes à ſynodo Lateranenſi præſtitutos
computatis his à die ſemper notitię &
ſcientiæ extra impedimēta, ad ſummum
vſque pontificem ſolum, poteſtas colla-
tionis beneficij vacantis permeat. Quod
& de aliis beneficiis quàm patronatibus
intelligitur, vt tradit idem Innocentius
tertius [a]. Videndus hàc de re, Iohannes
de Selua,tractatu de beneficio [b].
Quæ autem ſint, & quomodo dicantur
vacare beneficia in curia Romana,Docet
Bonifacius 8. Pontifex [c]. Et hæc tempo-
ra in collatoribus,vt alia pleraque, conſi-
derantur. At in accipientibus beneficia, 4
etiam alia conſiderantur. Neque impu-
beres ad maiores admittuntur ordines,
ne tanto periculoſius cadant, quanto ci-
tius conſcendere ad altiora feſtinant. vt
ſcribit

a *in c. licet magiſter c. 3, & in c. fin. de ſupplenda negligent. prælator. lib. 1, decreta, ti. 10, in c. quia diuerſitatem c. 5 & c. ſequēti de conceſſio. præbendæ, li. 3, decretal. ti. 8,*

b *in tertia parte quæſtion. 59.*

c *in c. ſtatutū c. 3, de præbendis in ſexto decretal. li. 3. tit. 4,*

d *in c. preſenti, declaramus, c. 34, eodē tit. de præbendis in ſexto.*

ſcribit D. Gregorius[a], cùm nec iure ciuili dignitates impuberibus conferantur, etſi aliorum hominum ſit penuria, Vlpiano teſte[b], idcirco nec regimen eccleſiæ, illis tutò committeretur. vt ſcribit Alexander 3. S. P.[c] atque 20. anni, ad minus, etiam cum diſpenſatione requiruntur, antequam quis poſſit in Eccleſia dignitates & perſonatus obtinere, ſecundum
5 ſententiam Bonifacij[d]. in his autem quibus cura annectitur animarum, requirũtur ſaltem vigintiquinque anni, ex concilio Lateranenſi[e]. cùm id etiam obſerue-
6 tur in magiſtratibus obeundis, ab Vlpiano[f]. Et aliter fieri piculoſum eſſe cognouit Senatus Romanus, cùm primum deſierunt pueri cum patribus curiam ingredi, vno Papirio ob eius ſingularem prudentiam ſolo admiſſo, Authore Macrobio[g], & Aulo Gellio[h]. Potuit & rerum experientia nos docere, nõ niſi cum magno reipubl. periculo, committi publicum munus pueris vel iuuenibus. Neque ta-
7 men me præteriit ſcriptum apud Pauſaniam[i], ſingulis annis apud Æginenſes, Herculi impuberi deligi ſacerdotes, eóſque priſcis temporibus fuiſſe pueros, qui primas pulchritudinis partes tuliſſent: hiſque pubeſcentibus, alios ſucceſſiſſe, &

a *in canon. pueri cauſ. 1. q. 1.*
b *in l. 2. de iur. immunita. lib. 50 P. tit. 6.*
c *in c. 2. & 3. de ætate, & qualit. li. 1. decret. tit. 14.*
d *in c. 1. de ætate & qualitate, in ſexto li. 1. tit. 10.*
e *in c. cum in cunctis, c. 7. §. inferiora, de electio. lib. 1. decret. ti. 6.*
f *in l. ad rẽ public. l. 8. de muner. & honor. lib. 50. P. tit. 4.*
g *lib. 1. Saturn. c. 6.*
h *lib. 1. noctiũ attic. c. 25.*
i *lib. 7. in Achaicis.*

alibi referta[a].Iſmenio Ioui, puerum ætate,
claris natalibus, forma & robore præſtā-
tem,annuum ſacerdotem delectum. ve-
rum exiſtimo illos nudos miniſtros tan-
tum ſacrorum fuiſſe creatos,quemadmo-
dum moris fuiſſe antiqui narrat Athe-
næus[b],apud Æoles & Romanos, vt pueri 8
nobiliſſimi,publicis ſacrificiis populi mi-
niſtrarent. Scio etiam, Samuelem ad-
huc puerum, in templo Deo Optimo Ma
ximo miniſtraſſe[c] & ad illius exemplum 9
plures conſecratos[d]. Idque paſſim rece-
ptum olim (nunc non ſemper obſerua-
tum) vt puritatem quādam ſacerdotibus
ineſſe debere inſinuarent. poſtea autem
aliter obſeruatum eſt,& ob periculum li-
bidinis iuuenum, procliuium facilè in
venerem,vel ob aliam ætatis incontinen-
tiam,vel alia iuſta cauſa, ne ita fieret, e-
tiam apud Ethnicos ſtatutum eſt: quod
colligo ex loco ſuperiori Pauſaniæ[e],dum
ait, tātum id priſcis tēporibus & religio-
nibus incipiētibus obſeruatū.& apertius
cōſtat ex Diodoro Siculo, qui meminit,
ſolitos fuiſſe Delphicos, inuento Oracu-
lo Apollinis ex ſpecu reddito, illius tem- 10
poris virgines ob naturam puriorem, &
quod Deæ Dianæ videbantur propinqui-
tate quadam iungi, ad officium illud,di-
uina.

*a in Bœotiis.lib.9.*

*b lib.10. cap.7.*

*c lib.1.regum.c.1.*

*d in cano.1 cauſ.1.q.2. & in cano. addidiſtis c.2.monachum, ca.quicumque,& ca. ſequētibus cauſ.20,q.1.in 2.parte decreti Gratiani.*

*e in lib.16. Bibliotheca in anno. 6.Philippic.*

uina inquam annuntiandi, aſſumi: ſed annis poſterioribus Echecratem quendam
11 Teſſalum, cùm ad Oraculum perueniſſet, viſam virginem Pythiam, ſummæ venuſtatis adamaſſe, & raptam violaſſe: & ob admiſſum facinus, Delphicos ſanciſſe, ne in poſterum officio reſpondendi fungerentur virgines, ſed ſenior fœmina, annorum ſaltem quinquaginta, quæ tamẽ virginali habitu, in memoriam modi vati-
12 cinandi, vteretur. Ariſtoteles etiam, iuuenum notans mores, pronos eos ad voluptatem mutabiléſque & inconſtantes dixit[a], & rurſum[b] mores illorum planè omni nimietate plenos ſiue in gubernando, ſiue in obtemperando vel agendo. Dixit item & perſequi illos ſingula cum perturbatione[c], Plato etiam[d], facilè iuuenes decipi & moueri, docet. Quamobrem, etſi per dictum caput, cum in cunctis, requirantur in epiſcopo tantùm anni triginta, annotandum tamen eſt, anti-
13 quos qui ſacrorum pondus, magni, vt par eſt, fecerunt, non niſi prouectæ ætatis homines, ad rerũ ſacrarũ adminiſtrationẽ admiſiſſe. Atq; Romulus, in ſuæ reipubl. inſtitutione, quãdo neque venalia voluit eſſe ſacerdotia, neque ſorti ſubdita, &
14 lege ſanxit, vt è ſingulis curiis legerẽtur

a *in lib. 8. ethicor. c. 3.*
b *in Rhetoric. 2. lib. ad Theodectem. c. 12.*
c *in lib. 1. ethicor. c. 3.*
d *lib. 13. in Theatheto*

bini, annũ egreſſi quinquageſimum, qui
virtute & genere præcellerent cæteris,
cenſúmque ſufficientem haberent, & in-
tegro eſſent corpore vt narrat Dionyſius
Halicarnaſſeus[a]. Platonis autem lex, illis,
decem addit annos, dum[b], tradit, Ne pau- 15
ciores annosquàm ſexaginta natus ſit, qui
ſecundum ſacras leges, res diuinas eſt tra-
ctaturus. Et iure Imperatorum, ſacerdo-
tes eſſe debebant, annorum trigintaquin-
que, Diaconi & ſubdiaconi.25.lector.18.
Diaconiſſa annorum quadraginta, anti-
quitus quinquaginta, ex cõſtitutione Iu-
ſtinian.[c] & Imperat. Valenti. Theodoſij[d].
Quod etiam ſancitum video in Synodo
ſeptima, & Agatenſi, & Cartaginenſi[e]. &
Bonifacius, trigeſimum in presbyteris
requirit annum, ex cõcilio Neocęſariẽſi[f].
ídque ad imitationẽ capitis Domini no- 16
ſtri Ieſu Chriſti, qui triginta natus erat
annos, cùm à D. Iohanne baptizatus eſt, &
quando munus paſtoris publici cœpit
manifeſtius exhibere, vt ſcribit D. Lucas[g],
atque nunc idem edicto Caroli 1x. Regis
noſtri, cautũ eſt, in conſtitutionibus con-
uentus Aurelianenſis, Anno Domini
1560.[h] Exiſtimauit autem Ariſtoteles[i], in
viris vigere corpus, à trigeſimo ætatis an-
no vſque ad trigeſimum quintum, ani-
mam

a lib.2. Antiquitatum Romanar.
b Dialogo. 6. de legib.
c in § clericos, cũ ſequetib. de ſanctiſ. Epiſc. in authẽt. collat. 9. tit.15.
d in l. nulla. l.19, coniũctis duabus authẽt. ſequentib. de Epiſcop. & clericis lib.1. C. ti.6
e Canõ placuit, cum ſeq. 77. diſtinctione in 1. parte decreti Gratian.
f vt tract. per totã, 78 diſtinctionẽ, in dicta 1. parte decr.
g 3. c.
h artic.12.
i lib.2. Rhetori. ad Theadect. c.14.

mam verò, vſque vndequinquaginta. Et
D. Paulus, mulierem Diaconiſſam duplici
annorum numero eligi vult, ſcilicet ſexa-
genariam[a]. Ex quo Gregorius annotauit,
Abbatiſſæ ſiue archimandritidi tot annos
17 requiri[b]. Et ab iſta antiquitate, Sacerdo-
tes noſtri, dicti ſunt presbyteri: ſícque Ec-
cleſiæ Dei præpoſiti, olim ſeniores, vel
ingenio ſenili, & maturo. Nā & presbyter
dicitur γεράτερος honoratior, prior ſenior.
vnde presbyter ſumebatur pro eccleſiæ
primori. De quo plura notantur à Lau-
rentio[c] & Eraſmo[d]. vt & Plato[e], presby-
teros milites veteranos dixit: & apud
Euripidem & Ariſtophanem, paſſim
presbyteri dicuntur quilibet ſeniores.
Quanquam non omnes eccleſiæ præ-
poſiti fuerint ſeniores ætate, ſed mente,
qualis Timotheus: dignitatis tamen gra-
tia, presbyteri dicti ſunt, cùm inter o-
mnes receptum ſit, ſenes dignos & hono-
re & dignitate, ſi tamen capaces aliunde
ſint. ſic & priſci, ætate ac virtute præſtan-
tes, ſenum appellatione honorabant, vt
meminit Dionyſius Halicarnaſſæus[f], id-
circo Diuus Paulus ita miniſteriis & Sa-
croſanctis eccleſiis præpoſitos, vocat preſ-
byteros: dum ſcribit ad Titum[g]: καὶ κατα-
στήσης κατὰ πόλιν πρεσβυτέρους, ὡς ἐγώ σοι διέτα.

a *epiſt. 1. ad Timotheū. 5. c.*

b *relatum in canon. iuuenculas cauſ. 20. q. 1. in 2 parte decret. Gratiani.*

c *in actuū cap. 15.*

d *in 20, c. actuum in annotationibus.*

e *in epiſt. 7.*

f *lib. 2. antiquit. Romanar.*

g *1. c.*

ξάμλω. cõſtitues per ſingulas ciuitates preſ-
byteros, vt ego ordinaui tibi, & ad Timo-
*a 1 ad Timoth. 5.* theũ[a]. Qui benè præſunt presbyteri, du-
plici honore digni ſunt. Et in act. Apoſt.[b]
*b actuum 4. c.* cùm conſtituiſſent illis per ſingulas ec-
cleſias presbyteros &c. Annotaui ego etiã 18
apud ſenes docendi ſacra curam fuiſſe. Et
*c cap. 8.* lib. Iudith.[c] vos, inquit Iudith, presbyteri
in populo Dei, ex vobis pendet anima il-
*d c. 25.* lorum. Quia vt ſcribitur in eccleſiaſtico[d].
ſpecioſum caniciei iudicium, & presby-
*e c. 12.* teris cognoſcere conſilium. Et in Iiob.[e]
בישישים חכמה וארך ימים תבונה׃
id eſt, in antiquis ſapientia, & in
longitudine dierum, intelligentia. vbi
notandum nomen בישישים reſpon-
dere nomini noſtro presbyterorum quia
quemadmodum ישיש, plus eſt, quam
זקן׃ id eſt, plus quàm ſenex: ita πρεσβύ-
τερος maiorẽ ætatẽ continet, quam πρε-
σβύτης, qui ſenex dicitur. Quantò autem 19
ſeniores magis, tanto experientia & con-
ſilio ſuſpiciendi. Sic enim ſenſiſſe Ioca-
ſtam legi, in Phœnicibus apud Euripidẽ.
Ὦ τέκνον οὐχ ἅπαντα τῷ γήρᾳ κακὰ
Ἐτεόκλεες πρόσεστιν, ἀλλ' ἡ ἐμπειρία
*f actu. 2. verſu. 252.* Ἔχει τι λέξαι τῶν νέων σοφώτερον. id eſt, ô filij, nõ
omnia ſenectuti mala Eteocle ſuperſunt,
ſed experientia aliquid habet, apparens
iunio-

iunioribus ſapiẽtiſſimum. Subſcribit Plutarchus libello num ſeni regenda ſit reſpublica. καὶ μάλιστα σώζεται πόλις, ἔνθα βουλαὶ γερόντων, καὶ νέων ἀνδρῶν ἀριστεύουσι μάχαι, id eſt. Maximè inquit ſaluari ciuitates, in quibus imperat conſilium ſeniorum, & 20 iuuenum ſunt pugnæ. Cuius Ariſtoteles[a] rationem reddere videtur. Quòd natura homini duo inſtrumenta dedit, manum corpori, & mentem animo: vt autem manu, iam non inde ab ortu naturæ vti poſſumus, ſed cùm eam natura abſoluit perficítque, procedente námque ætate, manus ſuum opus maximè efficere poteſt: ita etiam mens, quæ res naturalis eſt, non protinus, ſed in ſenectute maximè nobis contingit, atque tunc potiſſimum conſumatur, & abſoluitur: niſi detrimento aliquo, lacera læſáque ſit, quemadmodũ cætera opera naturæ. Idcirco Ethic. lib. 6.[b] voluit ſeniorum opiniones & ſententias, velut ab experientia, vnde ſapientia, pendentes, pro demonſtrationibus habendas. Cæterum ne aliquod dubium circa ætates iuuenibus in poſterum immineat, indicabo ex Iulio Polluce earum diſtinctiones, is autem ait in principio libro ſecundo ὀνομαστικῶν ἑπτά εἰσιν ἡλικίαι καθ' Ἱπποκράτην. πρώτη ἀπὸ ἑνὸς ἕως

a *lib. problematum, ſectione, 30 numero. 4.*

b *cap. x.*

ἑπτὰ ἐτῶν, δευτέρα ἀπὸ ἑπτὰ ἐτῶν, ἕως τεσσαρεσκαιδεκάτου, τρίτη ἀπὸ τεσσαρεσκαιδεκάτου, ἕως εἰκοστοῦ πρώτου, τετάρτη ἀπὸ εἰκοστοῦ πρώτου, ἕως εἰκοστοῦ ὀγδόου; πέμπτη ἀπὸ εἰκοστοῦ ὀγδόου, ἕως τριακοστοῦ πέμπτου; ἕκτη ἀπὸ τριακοστοῦ πέμπτου, ἕως τεσσαρακοστοῦ δευτέρου: ἑβδόμη ἀπὸ τεσσαρακοστοῦ δευτέρου, ἕως τεσσαράκοντα ἐννέα. ἡ μὲν πρώτη, παιδίον: ἡ δευτέρα, παῖς, ἡ τρίτη. μειράκιον, ἡ τετάρτη, νεανίσκος, ἡ πέμπτη ἀνήρ, ἡ ἕκτη, γέρων: ἡ ἑβδόμη πρεσβύτης, id eſt,

Septem ſunt ætates, ſecundum Hippo- 21
cratem, prima ab vno vſque ad ſeptem annos: Secunda à decimo, vſque ad decimum ſeptimum annum: Tertia, à decimo ſeptimo ad vigeſimum primum: Quarta, à vigeſimoprimo vſque ad vigeſimum octauum. Quinta, à vigeſimo octauo, vſque ad trigeſimum quintum: Sexta, à 35. vſque ad quadrageſimum ſecundum: Septima. à quadrageſimo ſecundo vſque ad quadrageſimum nonum. Prima autem, vocatur infantia: Secunda, pueritia: Tertia, adoleſcentia: Quarta, iuuentus: Quinta, virilitas. Sexta, ſenectus: Septima, presbytis vel ſenium. Et ex hac ſacerdotes presbyteri dicti[a], cùm moderationi tam periculoſæ rerum eccleſiaſticarum, potiſſimum in naſcentis eccleſiæ

*a can. mulieres 32. diſtinction. in prima parte decreti.*

eccleſiæ concertationibus, tales præponi opus eſſet, quia γῆρας σωφροσύνης ἄνθος, ſit teſte Democrito, id eſt, ſenectus ſit prudentiæ & temperantiæ flos. Ariſtoteles etiam [a]. Illud maximę tempus probandum eſt, inquit, in quo maximè intelligentia vigèt in nobis: id autem eſſe in plurimis, circiter annum quinquageſimum, vt poetarum quidam dixerunt, ſeptenario numero ętatē dimetiētes. Deus etiā in initio reipublicæ Iſraeliticæ, Moſi iuſſit congregare, non iuuenes, ſed ſeptuaginta ſenes, qui eſſent in populo magiſtri, & præfecti [b]. Senectus enim, teſte D. Ambroſio [c], bonis moribus dulcior, in conſiliis ſubtilior, ad conſtantiam ſubeundæ mortis potior, ad reprimendas libidines fortior. Et quanquam, vt ſcribit D. Hieronymus [d], omnes corporis partes in ſenibus mutentur, creſcit tamen in his ſola ſapientia. Hac autem ſapientia, teſte Cicerone [e], dulcius nihil eſt, quàm, vt cætera aufert, affert certè ſenectus. idcirco Plato [f]. Lex noſtra inquit ſeniorem conſtituit præeſſe omnibus iunioribus, eóſque corrigere. & Philo Iudæus [g]. Ex Solonis elegiacis & Hippocrate, eadem colligit, dum ait, Præterea clariſſimè demonſtrant vim perfectiuam rerum inſitam

a lib. 7. poli. c. 16.

b numero xi c.

c li. 1. exameron.

d ad Nepotianum.

e 1. Tuſculan. q.

f 5. de republica.

g lib. de mundi opificio.

ſeptenario, vel ætates ab infantia ſenectu tem vſque, quas ſeptimanis annorum metimur. Námque primo ſeptennio, dentes proueniunt: ſecundo, tempeſtiui ad genituram emittendam reddimur: Tertio, barbam promittimus: Quarto, augmentum roboris proſequimur: tum Quinto, tempus nuptias poſtulat: Sexto, vis intelligendi, maturatur: Septimo, mens ſeipſa melior actiórque euadit, tum ratio. Octauo, vtraque plenè perficitur: Nono, æquitas & manſuetudo, affectibus maiore ex parte perdomitis: porro Decimo, finis vitæ optimus integris etiamnum inſtrumentis ſenſuum. Conſentit etiam Macrobius[a]. Notandum, inquit, quod cùm numerus ſeptem ſe multiplicat, facit ætatem quę propriè perfecta & habetur, & dicitur: adeo vt illius ætatis homo, vtpote qui iam perfectionem attigerit, & nondum præterierit, & conſilio aptus ſit, nec ab exercitio virium alienus habeatur. Cum verò dicas, qui & ipſe perfectiſſimus numerus eſt, perfecto numero, id eſt, ἑπτάδι, iungitur, vt aut decies ſeptem aut ſepties deni computentur anni: hæc à phyſicis creditur meta viuendi. Et hic vitæ humanæ ſpatium terminatur: quod, quiſquis exceſſerit, ab omni officio vacuus,

22

[a] *in lib. I. commentariorum ad ſomnium Scipionis.*

cuus,ſoli exercitio ſapientiæ vacat,& omnem vſum ſui in ſuadēdo habet, aliorum numerum vacatione reuerendus.

---

## CAP. XIII.

*Digreſſio, de ætatum conſideratione apud Iuriſconſultos.*

1 SEd quia in pleriſque iuris conſtitutionibus, exigitur ætatum conſideratio, & accurata eius diſtinctio, adiiciam earum limites prout à legiſlatoribus accipiuntur, & in quo ab aliis authoribus differant vel conueniant. Itaque iuriſconſulti in vniuerſum, tres contemplantur ætatum generales differentias, Nempe Pueritiam, iuuentutem & ſenectutem. docuítque nos id Vlpianus, dum ait[a]. Modus (ſcilicet tranſactionis) alimentorum, pro ætate eius qui tranſigit, arbitrandus eſt & valetudine. Nam aliter cum puero, aliter cū iuuene, aliter cum ſene tranſigendum eſt. In qua diſtinctione ſequutus eſt Gellius[b] Seruij Tulli Regis Romanorum rationem, qui in cenſu conſtituendo tres tantū gradus poſuit, vt refertur à Tuberone in 1. lib. Hiſtoriæ, & ab Aulo Gellio[b]. Cæterū & in his, aliæ diuiſiones minores continentur. Prima autem ætas ſecundū Var-

a *l. cum hi. l. 8. §. modus autem, de tranſactioni. lib. 2. P. tit. 15.*

b *Gellius lib. 10. noct. attica. c. 28*

ronem, quindecim priores continuos æ-
tatis habet annos. Vlpianus tamen, eius
metam poſt decimum ſeptimum dicit [a],
& ita prol è Modeſtinus[b]. Iuriſcon. ad de-
cimũ vſq; octauũ, porrigi in maſculis, &
in fœminis vſque ad quatuor tradit. voca-
uit & Iuſtinianus[c], pleuã pubertatẽ, Añũ
decimũoctauũ, & ante eum Modeſtinus[d]. 2
Gradus Pueritiæ duo. Infantia & pueritia.
Infans græcis, παιδίον vſque ad ſeptẽ annos
ſecundum Hippocratem & Iulium Pol-
lucem[e], & Theodoſium & Valentianum[f].
& Vlpianum[g]. Communis tam maſculis
quàm fœminis, à tempore dicta quo ple-
rumque ſolent articulatè pueruli voces
exprimere & fari. In ſecundo gradu, puer
dicitur egreſſus infantiam, grecis παῖς, 3
impubes iuriſconſulto Papiniano[h]. Expi-
rat ea ætas, in maſculis in anno 14. in fœ-
minis quàm maſculis, eo quod & lanuginẽ
circa pudẽda accelerẽt ad quã & puberta-
tis olim initiũ, & ętatis nomẽ reducebatur
Nũc autẽ retẽto nomine, & repudiata cor
porũ veluti nõ ſatis pudica vel honeſta in
ſpectione, adhibitũ annorum certũ ſpa-
tium, in quo pubes vt plerumque emitti
ſolet, vt monent non paucæ conſtitutio-

a *Vlpia. in l. 1. §. inſtitũ autem de poſtulan. li. 3. P. tit. 1.*

b *Modeſt. in l. Mela. l. 14. de alimen. & cibar. legat. li 34. P. t. 1.*

c *§. minorẽ de adopt.õ. lib. 1. inſtitution. iur. ciuil. ti. xi.*

d *l. adrogato patrefamilias. l. 40. §. non tantum de adoption. li 1. P. ti. 7.*

e *lib. 2. onomaſticon. cap. 1.*

f *l. ſi infanti. l. 18. de iure deliberan. lib. 6. C. tit. 30.*

g *Vlpian. l. 1. § ſi quis de adminiſ. tutor. lib. 26. P. tit. 7.*

h *l. qui duos impuberes. l. 13. de vulgar. lib. 28. P. tit. 6.*

nes

nes[a], excepta controuerſia generationis, & vbi de matrimonij coniunctionis agitur facultate: tunc enim neceſſitas & ad corporis inſpectionem aliquando adigit, teſte Iſidoro[b], vocantur etiam iſti impuberes in iure, pupilli intra 14. annos, poſtea enim ceſſat ætas pupillaris[c]. Quod maximè ſcire expedit in tutelis, teſtamentis, ſubſtitutionibus pupillaribus, nuptiis & ſimilibus.
4 Verùm ſubnotanda quædam eſt differentia inter pupillum & impuberem: quòd omnis pupillus ſit impubes, non contrà omnis impubes dici poſſit pupillus: eo quod pupillus is ſit, qui deſiit eſſe in patris poteſtate, vel morte patris, vel per emãcipationem: impubes tamen. vt ſcribit Pomponius[d], poteſt & dici minor in ætate pupillari, qui intra ſeptennium moritur: dicitur & impubes anniculus à Paulo[e]. Iuriſconſ.
5 Deinde commodius ad conciliandas iurium antinomias, diuidetur pupillaris ætas, in eam quæ proxima eſt infantiæ, in qua pupillus dicitur ignorare quæ videt, item & impubes. vt notat Paulus[f]. Papinianus[g], & Im-

a *Iuſtinia. in l. f. quando tut. vel a cura. eſſe de ſin. lib. 5. C. tit. 60 §. f. quib. mod. tut. fin. lib. 1. inſtitu. tit. 22.*

b *c. puberes c. 3. de deſponſa. imp. lib. 4. Decre. tit. 2.*

c *§. maſcula igitur de pupillar. ſubſtit. li. 2. inſt. tit. 16. Papin. in l. verbis ciuil. l. 7. pomp. l. in pupil. l. 4. de vulgar. & pupil. ſubſt. li. 28. P. tit. 6.*

d *l. pupillus l. 239. de verb. & ſignl. ib. 50. P. tit. 16.*

e *l. Lucius Titius. l. 45. de vulg. li. 28. P. tit. 6.*

f *l. fi. §. rempu. ſaluam for. lib. 46. P. tit. 6.*

g *l. fi. de iuris & facti ignor. lib. 22. P. tit. 1.*

perator Conſtantinus[a], & in eam ſecundo,quæ media eſt, in qua fari quis poteſt, 6
& poteſt pupillus tutore authore ritè negotia gerere ſua, & cum eo obligari: vt placuit Paulo[b] Iuriſc.& ſine eo, alios ſibi obligare cùm poſſit[c], tamen ipſe ſolus neque ciuiliter neque naturaliter aliis obligatur mutuam accipiendo pecuniam, vt ſcribit Lucius Iuriſconſultus[d].Ideo Neratius ait[e], ſoluentem pupillum quod ita promiſerit ſine tutore,repetere,quòd nec natura debeat.Atque tertio loco,alia dicetur pupillaris ætas, quæ proxima eſt pubertati.De quâ loqui intelligimus Vlpianum[f], dum voluit pupillum ſine tutoris authoritate,obligari poſſe naturaliter.
Quod & Paul. Iuriſc.[g] exprimit dum 7
ait non obligari iure ciuili ſine tutore. Porro Media ætas ex triplici Tullij diſtinctione iuuentus,dicta, à decimo-ſeptimo anno ad quadrageſimum-ſextum extenditur. Et in ea rurſum ſecundũ Varronis ſententiam, duæ aliæ ætates, vel gradus ætatis continentur:in priori,adoleſcentia

a in l.1.§. impubes de falſ.moneta lib.9. C.tit. 24. b l.in negotiis contrahendis.l.5. de reg.iur. lib.50.P.ti. 17. c Diocl.& Max.in l. neque l.7. de contrah.& committen.ſtip.lib. 8.c.tit 38. & in l.1.de authorita. præſtan.li. 5.c.tit.59. Iuſtin.in §. pupillus de inutilib.ſtipulation.li. 3.Inſt.iur. ciuil.tit.2. & in §.1. de authorit.tutor.lib.1.inſt.tit 21. Vlpian.in l. Iul. l.14.§.ſi quis à pupillo.de action.empt.lib.19. P.tit.cum ſimilibus. d in l.pupillus.l.58.de action.lib,44,P,tit,7. e l,quod pupillus l.41. de condiction.indeb.lib.12. P.tit.6. f Vlpia. in l.1.de nouation. lib.46. P.tit.2. g in l.obligari.l.42 de action.lib.44.P.tit.7.

vſque.

vſque ad trigeſimum annum, & inde iuuentus, vſque ad quadrageſimum quintum. Apud Græcos teſte Polluce *μειράκιον* ſiue adoleſcens, vſque ad viceſimum primum annum, & hinc ab eo anno vſque ad viceſimum octauum, *νεανίσκος* Iuuenis. Apud iuriſconſultos, adoleſcens dicitur idẽ quod minor, intra viceſimum quintum annum, ex quo poſtea virilis ætas completur. vt tradunt Vlpianus & Macer iuriſcõſulti[a]. Et Iuſtinianus[b] Imper. Quod notandum pro diſcernenda minorum reſtitutione, & curatorum eorum conſideratione. Dicunt & virilem ætatem iuriſconſ. poſt viginti quinque annos etiam iuuentutẽ, donec inter ſeniores inceperit quis annumerari, ex ſententia Marcelli[c]. IC. Hippocrates autem. poſt iuuentutem & ante ſenectutem, virilem ponit ætatem.

8 Cæterum quod illis eſt *ἀνὴρ* vel vir, iuriſconſultis vt plerumque hominis in ſexu facit differẽtiam, & viri nomine mas vel maritus dicitur, virilé que officiũ illis[d], ꝙ ad maſculos pertinet & per eos exercetur. Poſtrema deinceps ætatis portio, ſeniorũ dicta à Tullio, ab anno quadrageſimo ſexto ad reliquũ vſque tempus vitæ. In hac autem Hippocrates & Pollux, duos gradus conſtituunt. Nempe ſenum.

a *Vlpian. l. 1. & Macer. l. de ætate. l. 43. de minorib: 25. annis li. 4. P. ti. 4.*

b *§. 1. de curator. l. 1. de inſtitut. tit. 23. cũ ſimili.*

c *l. non aliter l. 67. §. 1. de leg. 3. lib. 32. P. tit. 1.*

d *vt in l. penult. de tutelis lib: 26. P. tit. 1. l. penul. Quan. mul. tutel. off. fungi pot.*

& ſeniorum. & ideo illis, In ſeptima ętate homo dicitur γέρων ſenex: in octaua, πρεσβύτης, ſenior. Et Cicero lib. de Senectu
te ſcribit, ab anno 48. eam incipere. Atta- 9
men in iure, Senilis ætas variè iudicatur pro negotiorum diuerſitate: ſiquidem aliquando ſenex dicitur quinquagintaquinque annorum, interdum ſeptuaginta[a], & dicebat Dauid[b], dies annorum noſtrorum in ipſis, ſeptuaginta anni: ſi autem in potentatibus, octoginta anni: amplius, eorũ labor & dolor. Gloſſa autem proœmij Sexti[c], apud Bonifacium, tradit ſenium incipere à quinquageſimo, & in ſeptuageſimo expirare. Innocentius tamen & Iohannes Andræas[d], dicunt in arbitrio iudicis eſſe, determinationem ſenectutis, quando ea in mortis metu perpendendà potiſſimum, ſicuti in examinatione teſtium ad futuram rei memoriam, vt dicitur, quam nos dicimus, Examen à futur. Quoniam ob diuerſas craſes & corporũ compoſitiones, alij alijs citius ſeneſcunt, vt placuit phyſicis.

a *notatur à gloſ. in l. ſi paterfamilias in verbo ſexaginta, de adop. lib. 1. P. tit. 7. l. 1. §. fin. qui ætat. ſe excuſ. lib. 10. c.*

b *pſal. 89.*

c *in proœ. ſex. decret. in §. nos ad apicem, in verbo perfectus.*

d *Innoc. & Iohan. And. in c. quoniam frequenter vt lite non conteſt.*

---

## Cap. XIIII.

*De quibuſdam aliis temporibus, in ſacerdotiis conſideratis.*

Verum

VErùm,vt ad ſacerdotia redeamus, ex
ſuperioribus forſan mirum videbi-
1 tur,quòd in Clemẽtina,Generalem,quæ
eſt finalis, De ætate & qualitate [a] in ſub- a *lib.1.Clementinar. c.5.*
diaconatus ordine, ſolum octodecim an-
ni, in diaconatu,viginti; in presbyteratu
vigintiquinque,ſufficere,dicantur.Sicut
& pauciores anni, in aliis quibuſdam di-
gnitatibus, quæ enumerantur à Benedi-
cto Curtio Symphoriano.[b] Poſt Zabarel- b *in comẽtariis ad arreſta amorũ,areſto 5.*
lam,[c] & Panormitanum,[d] quia per ea vi-
deatur derogatum iuri diuino, & ſanctiſ-
ſimæ electioni quæ fiebat ſeniorum.Cę-
terùm non eſt hoc ideo improbandum,ſi c *in dictã clementinã finalem.*
2 cùm iuuenili & adulta ætate,morum pro-
bitas accedat, præſertim hoc tempore, d *in c.ſuper inordinata et c. præterea, de præbendis in decr.*
quo Chriſtianiſmus,cum lactè ſuggitur,
ſi parentes probi ſint. Quod non contin-
gebat tempore naſcentis eccleſiæ, quan-
do eccleſia,ſolidiſsimis & conſtantiſsi-
mis præceptoribus egebat,ingruentibus
vndique ventis ferociſcimis paganiſmi,
& idololatriæ, & Iudaicis pugnantibus
traditionibus,Quę omnia,& ſanguine &
conſtantia priorum ſublata ſunt paſtorũ,
3 quorũ quidem,hodie plerique & imme-
riti,& plerunque degeneres,ſedes& bona
occupantur incruenta:& qui,non dubito,
facilè his cederent,ſi pro ſponſa eccleſia,

ſanguine vſque ad mortem eſſet obſiſtendum. Vidimus enim pleroſque noſtro ſeculo infœlicisſimo, vbi ſacra bella excanduerunt, non ſine magno Chriſtianæ reipublicæ malo, terga, reditibus expilatis, vertiſſe, & cum lana, interim ouibus lupis expoſitis, fugiſſe. Quibus autem id adſcribam, neſcio, paſtoribus iuuenibus, vel ſenioribus, neſcio: Omnes enim pari timidate & auiditate perculſi, fugerunt. Verum ſatſcio, ſpeculatores eccleſiæ plures fuiſſe creatos iuuenes, infantes, ignaros, hos demum, ab orationibus ad gladios tranſiſſe armatos: nec dicam pro defenſione, ſed pernicie eccleſię, non dicam alienæ, ſed ſæpè propriæ fuiſſe: Hocque notius quàm teſtimonio egeat. Obuiam iri in poſterum ne fiat, audio, ſed quàm ſerò ſapiunt Phryges! Cuperem tamen futuris contingere, quod nobis negatum eſt, nec illis inuideo ſi modo aſſequi poſsint, quod certè Deo ſedato & pacato aſſequentur, dum tamen in rerum ſacrarum adminiſtrationibus, & ſcientiam & mores, nec ſolum ætatem, præficiendis adiungant. Nam & ſeniores vocati in ſcripturis ſacris ſunt, non tam ætate, quàm tu honore præſtantes, vt omnes conſentiunt, & latè declarat Philo Iu-

Iudæus.[a] Et interdum & plerumque verũ
eſt, quod aiebat Belus filius Barrachielis,
Spiritus eſt in omnibus, & inſpiratio o-
mnipotentis dat intelligentiam.[b] Addē-
dum his, tempora alia eſſe adipiſcendi
ſacerdotia, pro diuerſitate eorum, & pro
4 modo vacationis. Nam in concordatis
inter ſummum pontificem Leonem de-
cimum, & Franciſcum huius nominis pri
mum, regem Galliarum factis, pro inter-
pretatione & facili executione cõſilij Ba
ſilienſis, quod dicimus pragmaticam ſan-
ctionem (in qua tertia pars beneficiorũ
5 debebatur graduatis & nominatis confu-
ſè, vt ſcribitur in eo conſilio §. item pla-
cuit, titulo de collationibus) Statuta eſt
menſium inter graduatos nominatos, &
ſimplices, & ordinarios collatores, diui-
ſio. Atque ex duodecim anni menſi-
bus, primus dictus Aprilis, graduatis qui-
buſcunque conceſſus: vt vacantia in il-
lo beneficia illis debeantur neceſſario.
Maius & Iunius liberi ſunt ordinariis, vt
etiam non graduatis, dummodo idoneis,
conferre poſsint. Iulius tantũ graduatorũ
nominatorũ, qui literas gradus, legitimo
tẽpore, & quibus oportet, inſinuauerint.
Auguſtus & September, idoneorum,

*a in lib. de his verbis, reſipuit Noo.*
*b Iob. 32. c*

& ordinariis collatoribus liberi. October graduatorum inſinuantium: Nouember & December oidinariorũ: Ianuarius nominatorum. Februarius & Martius, idoneorum. [a] In inſinuatione graduum, etiam tempus conſtitutum certum & oportunum quadrageſimæ ſolum. [b] Item 7
graduatorum antiquitas, interdum conſideratur. Pariter olim in Gratiis dictis 8
expectatiuis, diuiſi erant anni mẽſes, inter gratificatos & ordinarios collatores. nam Martius, Iunius, September, December, ordinariis liberi erant: reliqui octo, apoſtolici, in quibus ordinarij collatores, conferre aliis quam expectantibus & intimantibus, ſiue profitentibus reſcripta, conferre non poterant, propter prohibitionem & decreti clauſulam, in gratiis appoſitam. [c] Alij finaliter, varij caſus ſunt, vbi tempora inſpiciuntur, vt in luctu, & pleriſque iuris articulis, quæ inquirenda iuuenibus, vt facilia, relinquo. Eo quòd nobis gradus accelerandus eſt, & iam ſtilus langueſcere incipit, dum finem proprius intuetur, & reſtat tamen viæ aliquod paruum iter, ſed ſalebroſum, & valde amfractibus implicitum, de parcarum tractatione, quàm ſæpius cogitaueram prętermittere, tùm velut faſtidiẽs

a §. præfatiq; de collat. in concordatis & in rubri de regia facul. eod.
b §. teneatur. De collat. in concordatis.
c clement. x. §. ſecus, de conceſs. præbend. li. 3. clemẽtin. ti. 3. Staphilaus auditor. Rotæ li. de literis gratiæ in præludio. de formis expectatiuarum numero 6.

vnico,

vnico argumento incumbere, tùm propter rei difficultatem: Sed tandem more viatoris defeſsi, qui tamen hoſpitium à longè contemplatus, quietis amans ſeipſum ad iter perficiendum adhortatur, nec ſubſtiti, quin paucula, de his ſubnecterem: vt tandem iuuenes, ex mea opecula fructum integrum perciperent, & ego in poſterum, hoc quantulo labore, à tanta difficultate, veluti me ipſum adhortatus torpentem, excitarem & impellerem.

# PARCÆ. SIVE DE PRINCIPIO, MEDIO, & fine rerum. LIBER V.

## CAP. I.

*Quod ſortium cuiuſque diſtributio ſit à Deo, authoritate ſcribentium docetur.*

1 IN ſuperioribus ferè de iure in vniuerſum egimus, nũc de eodem in ſpecie addetur tractatulus, in quo de Parcis eatenus quædã percurremus, quatenus otiũ, per-

mittet, & inſtituta tractatio ex ordine prȩſcripto deſiderat. Fertur enim, alia progenies,& vltima ex Ioue & themide Parcarum, apud Heſiodũ in Theogonia. Quæ, vt ipſe ait,

διδοῦσι
θνητοῖς ἀνθρώποισιν ἔχειν
ἀγαθόν τε κακόν τε.

Hoc eſt, Dant hominibus mortalibus, ſortiri bonum vel malum. Sunt autem tres illæ dictæ fatales. Atropos, Lacheſis, & Clotho. Ex quibus omnium negotiorum ferè determinatur conditio, conſideratis cuiuſque rei natiuitate vel ortu, progreſſu, & fine. Harum autem officia & genus, Ariſtoteles libro de mundo ponit: ſiue is fuerit liber Ariſtot. vt exiſtimauit Themiſtius & Iuſtinus martyr & Philoſophus, Beſſario, & Picus. ſiue Apulei vel alterius, in eo tamen ita legitur.

λέγεσθαι τὴν μοῖραν, ἀπὸ τοῦ μεμερίσθαι· τρεῖς μὲν αἱ μοῖραι, κατὰ τοὺς χρόνους μεμερισμέναι. νῆμα δὲ ἀτράκτου, τὸ μὲν ἐξειργασμένον, τὸ δὲ μέλλον, τὸ δὲ περιστρεφόμενον. τέτακται δὲ κατὰ μὲν τὸ γεγονὸς μία τῶν μοιρῶν ἄτροπος, ἐπεὶ τὰ παρελθόντα πάντα ἄτρεπτά ἐστι. κατὰ δὲ τὸ μέλλον λάχεσις. εἰς πάντα γὰρ ἡ κατὰ φύσιν μένει λῆξις, κατὰ δὲ τὸ ἐνεστὼς κλωθὼ, συμπεραίνουσά τε καὶ κλώθουσα ἑκάστῳ τὰ οἰκεῖα. περαίνεται δὲ καὶ ὁ μῦθος οὐκ ἀτάκτως.

ταῦτα

ταῦτα δὲ πάντα ἐστὶν οὐκ ἄλλο τι πλὴν ὁ Θεός, καθάπερ ὁ γενναῖος πλάτων φησίν. ὁ μὲν δὴ θεὸς ὥσπερ ὁ παλαιὸς λόγος, ἀρχήν τε καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν ὄντων ἁπάντων ἔχων περαίνει κατὰ φύσιν εὐθείᾳ πορευόμενος. id eſt.

3 Dicitur *μοῖρα*, id eſt parca, à diuidendo. Tres quidem Parcæ ſecundum tempora diuiſæ: filum namque fuſi, vel eſt perfectum, vel perficiendum in futurum, aut nunc circumagitur ſeu intorquetur. Ordinatæ autem ita, vna ſecundum id quod factum eſt, Atropos, circa illa, quæ facta ſunt, & immutabilia ſunt. Ad futurũ Lacheſis, ad omnia ſecundum naturam manet ſors: At circa ea quæ præſentiá ſunt, Clotho: quæ concludit, & nendo circũuoluit vnicuiquè propria. Et adducitur ita hæc fabula non incompoſitè, quia hæc omnia aliud non ſunt, quàm Deus, vt eximius Plato ſenſit. Sanè enim Deus, vt eſt in antiquo prouerbio, principium &
4 medium, & finem tenens omnium exiſtentium, producit ad finem & operatur, per naturam, recta linea incedens. Et hactenus in libro de mundo, in quo Plato citatur, qui tamen.[a] Lacheſim præterita, præſentia Clothon, & futura Atropõ moderari, ſcribit, conſentit tamen in ſortibus, & origine ſortium à Ioue miſſarum.

a Dialog. 10. de Iuſto.

cum Ariſtotele & Heſiodo & aliis. Colligitúrque apertè Parcas & ſortes, à Deo procedere, & ídcirco Themidis, id eſt eius quod fas & iuſtum eſt, filias dictas. Nã Deus iuſtus, imo & iuſtitia: nec quicquam

a geneſ. c. 1. quod ab illo ſit, malum eſt, cum opera eius ſint valde bona.[a] Voluntas etiam e-

b ad Rom. c. 12. ius bona, beneplacens & perfecta: vt ſcri- 5
bit Diuus Paulus.[b] Porro quod Deus ſit bonarum ſortium omnium & rerum oomnium creatarum cauſa prima, docetur

c geneſ. c. 1. primum auctoritate Geneſis mundi.[c] In principio creauit Deus. Erat igitur antè principium creationis. item D. Iohannes

d c. 1. in Euangelio.[d] In principio erat verbum

e pſal. 109. & Deus erát verbum. Et Dauid,[e] Tecum

f in euãge. c. 8. inquit, ô Deus, principium, in die virtutis

g ad Coloſ. epiſt. c. 1. tuæ. Et rurſum apud D. Iohannem.[f] Ego principium, inquit CHRISTVS Deus, qui & loquor vobis, & Diuus Paulus.[g] Omnia per ipſum, & in ipſo creata ſunt, & ipſe eſt antè omnes, & omnia in ipſo conſtant, qui eſt principium, & cæte. adde c. 1. 2. 22. apocalyp. Et Phi-

h lib. quod Deus ſit immutabilis. lo Iudæus[h] ait. Porro magna precatio eſt, credere Deũ authorem eſſe bonorũ, ex ſe ipſo, neque egere ad benefaciẽdum, alieno auxilio: non terræ, tanquam frugiferæ: non pluuiæ, tanquam adiuuantis ſato-

ſatorum, plantarúmque incrementum: non aëris, tanquam ad alendum idonei: non agriculturę, tanquam fertilitatis cauſæ: non medicinæ, tanquam ſalubris: non nuptiarum, tanquam prolificarum. Nam hæc omnia virtute Dei mutantur vertuntúrque, vt ſępè præter morē effectus habeant contrarios. Compoſuit etiam idem, librum de Mundi opificio, vbi eius creationem & omnium dilucidè Deo adiudicat. Eſt enim Deus vnicum principiū principians, non principiatum, vt loquar cum Innocentio tertio, qui id ait, ex concilio generali [a]. Clarius Gregorius decimus ex conſilio Lugdunenſi [b], & Bonifacius octauus [c], quando eorum, qui duo principia dicebant improbat errorē, qualis erat Manichæorum, vt ſcribit etiam D. Auguſtinus [d]. Proſequitur etiam latè id Origines, libris: quos de rerum principiis compoſuit, item Diuus Auguſtinus variis in locis. idem ſenſit & Plinus, libro de tribus hypoſtaſibus, vbi primam vnitatem ſummum bonum, facit, ex priſcorum philoſophia, primam hypoſtaſim & principiū. Melius tamen dixiſſet, ſi Deū vnum dixiſſet, vnum inquam non vnitatem, cùm vnitas, quantitas ſit, quæ in

6 7

*a in c.1. de ſumma trinita. & fide catholica lib.1. decreta. tit.1.*

*b in c.1. & ibi Iohannes Andraas in gloſ. ad verbum æternaliter. de ſumma trinita. in c. lib.1. tit.1.*

*c in extrauaganti, vnam ſanctā, circa finē. de maioritate & obedientia, lib.1. extra uag. cōmunium tit.8.*

*d li. de hæreſibus ad Quod vult deum lib. hereſi. 46.*

Deo non ſit, vtpotè eo incircumſcripti-
bili, & immenſurato. Et ideo Platonici 7
omnes alij, & ipſe interdum, vocarunt,
τὸ ἓν vnum, quod certè nomen eſt ex præ-
cipuis Dei, vt conſtat ex Zakarię prophe-
tia[a]. Baiom habu ijheieh iehouah echad,
vſcemó echad. id eſt, in die illa erit Deus,
vnus, & nomen eius vnum. Et Calicrati-
des Pythagoreus Lacon, libro de familia-
rium fœlicitate, quem citat Stobęus: ſic
ait, eſt inquit verò vnum illud optimum
Deus ipſe, qui ſecundum cogitationem
exiſtit, animal cæleſte, incorruptibile
principium, & cauſa diſpenſationis om-
nium rerum. Et Iamblicus de ſecta Py-
thagoreorum ait, θεία αἰτία ἀρχὴ, τέλος,
μέσον, ἧς δεῖ ἀντέχεσθαι τοὺς μέλλοντας εὐδαιμο-
νήσειν, id eſt, Diuina cauſa eſt principiũ,
medium, finis, cui adhæreant neceſſe eſt,
qui volunt beati eſſe. Subſcribunt iis Or-
pheus, Architas, Pythagoras, Philolaus,
Plato, Ariſtoteles: Hicque potiſſimum[b].
Deus inquit, cùm cauſa omnibus eſſe vi-
detur, & quoddam principium. Atque
eius commẽtator Simplicius ita reſoluit.
αἱ δὲ πολλαὶ ἀρχαὶ, πάντως ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς ἔχουσι
τὸ τῆς ἀρχῆς ἀξίωμα οὕτω δὲ αἴτιον. καὶ θεὸς θεῶν,
καὶ ἀγαθότης ἀγαθοτήτων. id eſt, Multa porro
principia prorſus ab vno principio, prin-

cipij

a cap. 14.
b lib. 1. Metaphyſi. 2.

cipij dignitatem habuerunt: Sicque cauſa cauſarum, Deus Deorum, bonitas bonitatum. Plura etiam Plato quoniam agit de ſacrificijs in Sympoſ. dum fatetur Deum ingeneratum, & artificem mundi. Et Theophraſtus [a]. θεία γὰρ πάντων ἀρχὴ δι᾽ ἧς ἅπαντα καὶ ἐστὶ, καὶ διαμένει, id eſt. Diuinum dicit omnium principium, per quod omnia ſunt & permaneut. Quæ omnia ex Pimandro Mercur. Triſmegiſti videntur delibata., ſicut & hic ex geneſi mundi Moſis videtur ſua expiſcatus. Neque etiam idipſum latuit Latinos Philoſophos, nouit enim & Cicero, & qui hac de re copioſè diſputat. [b] Item Seneca, [c] omitto cæteros.

*a libris de metaphyſica.*

*b lib. 1 de natura deorum.*

*c de vita beata, & lib. de quæſtionibus naturalib.*

---

## CAP. II.

*Illud ipſum quod in ſuperioribus, ratione probatur & de fato quadam.*

SEcundo loco, ratio ſola coget omnes vnicè fateri, Deum eſſe primam & vnicā rerū cauſam creantē. Cùm omnia per vnum contineantur, & ad vnum reſoluantur: Nec duo contraria poſſint ſimul concurrere, niſi per vnum ordinatorem: vt ſcribit & docet Raymun-
2 dus de Sabunde [d]. Idcirco & tempora &

*d in li. creaturarum titul. 4.*

res, à Deo creationem habuiſſe neceſſarium, item & rerum ſortes, & Moiras & fatum, quod à fando duci puto. Nam dixit Deus & facta ſunt [a], & verbo Domini cœli firmati ſunt [b], item omnia verbo fecit Dominus [c]. Et quia omnibus à Deo lex eſt impoſita, proprietates illis in creatione in genere inditas, fato dico illis contigiſſe, id eſt verbo Dei, & Statuto Dei: Idque natura incommutabiliter, Dei 3
voluntate excepta, qui omnia, & contra naturam poteſt. Ita Cicero [d]. Omnia inquit fato fieri, naturalis ratio cogit fateri, fatum autem appello, quod Græci εἱμαρμένην, id eſt ordinem ſeriémque cauſarum, cum cauſa cauſæ adnexa, rem ex ſe gignit ea eſt ex omni æternitate fluens veritas ſempiterna. hæc ille. & alibi iterum [e] multa impendere dixit, præter fatum, id eſt, præter naturalem deſtinationem, vt etiam Demoſthenes vocat mortem præter fatum, quæ violenta, non naturalis eſt [e]. Aulus Gellius [f] refert verba Chryſippi, qui in libro 4. de prouidentia ita definit, Fatum ſiue εἱμαρμένην φυσικὴν σύνταξιν τῶν ὅλων, ἐξ ἀϊδίου τῶν ἑτέρων τοῖς ἑτέροις ἐπακολουθούντων, καὶ μετὰ πολὺ μὲν οὖν ἀπαραβάτου οὔσης τῆς τοιαύτης συμπλοκῆς. i. 4
Moiras eſſe, naturalem quendam ordinem

a Gene. 1.
Pſal. 32. & 148.
b Pſal. 32.
c Sapiētiæ 9. c. Marci. 8. Lucæ. 7.
d 1. de diui nat.
e in lib. 1. Antomianarum
f in oratione de corona militis.
g lib. 13. noctium Atticar. c. 1. et lib. 6. c. 2.

nem omnium rerum ex æterno, aliis ad alia conſequentibus, incommutabili manente eiuſmodi complicatione. Narrat & Chryſippi opinionem latius, Plutarchus [a] & pariter de eodem, aliorum ſententias. [b] Sed & fatum dicit Varro [c], quod phyſicè, non ſuperſtitiosè, ad cauſam rerum neceſſariam conſequitur, vt & annotat Cicero ex Chryſippo [d], & Plato vim incommutabilem, ea ratione parcis tribuit [e], apud quem Marſilius Ficinus, [f] deſcribit Fatum eſſe, immobilem quandam in anima mundi rerum diſpoſitionem. Ideo in Gorgia Platonis notatum, neminem vitare poſſe hoc fatum. atque Ariſtoteles [g] ait, εἱμαρμένην id eſt fatum, dici ab εἴρειν, id eſt, à connectendo & procedendo, ſine impedimento, item πρεπομένην, ab πεπαρατῶσθαι, à circunſcriptione omnium. Cùm nihil ſit rerum mortalium, quod ad infinitatem vſque excurrat. Teſtis etiam Ouidius [h].

Seu ratio, fatum vincere nulla poteſt. Et Lucanus. [i]

Iam magis atque magis, præceps agit omnia fatum. Et rurſum idem [k] indicat à parcis id ſubminiſtrari, dum ait.

*a lib.1. de Placitis Philoſophorũ c.28.*
*b c.25 26. 27 eiuſd. li.*
*c lib.5. de lingua latina.*
*d lib.1 & 2. de diuinat. & li. de fato.*
*e dialogo. 12 de legib.*
*f Marſil. Ficinus in cõmentar. ad dial. 12 de legib. Plat.*
*g lib. de mundo in fine.*
*h lib.3. de triſtibus eleg.6. verſ. 19.*
*i li.6. Pharſa. verſic.38*
*K verſ.81*

Tu fatũ ne quære tuum agnoſcere, parcæ
Me reticente dabunt, tibi certior omnia, vates
Ipſe canet Siculis genitor Pompeius in armis.

Et Seneca [a].

Sic chorum inducit canentem.

Fatis agimur, credite fatis,
Non ſolicitæ poſſunt moræ
Mutare rati ſtammina fuſi.
Quicquid patimur mortale genus,
Quicquid faciamus, venit ex alto.
Seruátq; ſuæ decreta colus
Lacheſis. Dura reuoluta manu
Omnia Secto tramite vadunt,
Primúſque dies, dedit extremum.
Non illa Deo, vertiſſe licet,
Quæ nexa ſuis, currunt cauſis.

Et iterum [b],

Prouidet ille maximus mundi parens,
Cum tam rapaces cerneret fati minas.
Vt damna, ſemper ſobole repararet noua

Manilius etiam [c].

Fata regunt orbé, certa ſtant omnia lege,
Longáque per notos ſignantur tempora curſus,
Naſcentes morimur, finíſque ab origine pendet.

Quod autem hoc ex Dei lege pendeat, S docet

a *Tragœdia. 5. quæ eſt Oedipi. act. 5. verſ. 65.*

b *in tragœdia 4. in Hippolito act. 2. verſ. 108.*

c *lib. 4. Aſtronomicon.*

docet etiam Lucanus a, dicens *a lib.2. Pharſaliæ verſ. 7.*

Siue parens rerum, cum primùm informia regna

Materiáq; rudem flāma cedente recepit

Finxit in æternũ cauſas, quæ cuncta coërcent,

Se quoque lege tenens, & ſecula iuſſa ferentem

6 Fatorum, immoto diuiſit limite mundũ

Claudianus etiã b. Parcas à Deo, eaſq; eſſe ordines rerũ ab illo impoſitos, docet ita. *b lib.1. de raptu proſerpinæ à verſ. 48. incipiens.*

Sed parcę vetuere minas, orbiq; timente,

Ante pedes, ſoliúmque ducis, fudere ſeueram

Caniciem, genibúſque ſuas cum ſupplice fletu

Admouere manus, quarum ſub iure tenentur

Omnia, quæ ſeriem fatorum pollice ducunt,

Longáq; ferratis euoluunt ſecula penſis

Prima fero Lacheſis clamabat talia regi,

Incultas diſperſa comas: ô maxime noctis

Arbiter, vmbrarumque potens, cur noſtra laborant

Stamina, qui finem cunctis & ſemina prębes,

Naſcendíq; vices alterna morte repēdis?

eſt ſoluere, cuius fuit condere. Hinc mi-
9 racula quæ contra vel citra ordinem na-
turæ à domino, noſtro IESV CHRI-
STO facta ſunt ſolo ſuo imperio, cum
alij in eius nomine fecerint, oſtendunt o-
mnipotentiam & eius diuinitatem vt di-
xit ipſe idem Deus, contra incredulita-
tem Iudæorum. Si opera non feciſſem,
quæ alius nemo fecit, peccatum non ha-
10 berent[a]. Deus itaque non ſubditur fatis,
nec impeditur iis, ſed facit fata, vt ſcribit
Lactantius[b], & D. Cyrillus Archiepiſcop.
Hieroſolymitanus[c]. Sic lib. prouerbiorū
ſcriptum[d], ſortes mittuntur in ſinum, ſed
à Domino iudiciū illarum. Verū quem-
admodum Deus optimus maximus, o-
mnia in ſapientia rectè fecit, ſic vt mu-
tentur quæ fecit, non facilè contingit. Nā
& Homerus inquit[e], οὐ γάρ τ' αἶψα θεῶν τρέπε-
ται νόος αἰὲν ἐόντων, id eſt, Non ſtatim mu-
tatur mēs Deorum ſemper exiſtentium.
Plato etiam[f], Parcas dixit nere in geni-
bus neceſſitatis. Et Imperator, Zeno.[g]
11 fatalitatem nominat, rem quæ neceſſario
contingit. Pariter Euripides[h]. τἀντεῦθεν δὲ
χρὴ πράσσειν ἃ μοῖρα Ζεύς τ' ἔκρανε σοῦ πέρι, i.
Deinceps oportet inquit agere, quæ de
te Parca & Iupiter decreuit, & rurſum[i].
Μοῖρας ἀνάγκης ἡγεῖτο χρεὼν id eſt, Fatis ne-

a in D. Io. an. euan. c. 15. & c. 5. & c. 14. & 10.
b lib. 1. de falſa religione c. 11.
c Catechiſ. 4.
d prouerbio c. 16.
e Odyſſea 4. ver. 46.
f lib. 1. de repub.
g in l. 1. de iure Emphyteotico li. 4. C. tit. 66.
h in Electra act. 5. verſu. 83.
i eod. verſ. 35.

a act. 2. vers. 235. ceſſitatis, duxit decretum. Et iterum in Heraclide[a]. *μόρσιμα δ' ὅτι φυγεῖν θέμις; οὐ σοφία τις ἀπώσεται*, id eſt. Fatum neque fugere fas, neque aliqua ſapientia repellere. Quod autem etiam Euripides crediderit à Deo fatum hoc eſſe determina-
b actu. 5. vers. 66. tum, fidem faciunt eius verba in Ione[b] *καὶ τοι τί πάσχω; τοῦ θεοῦ προθυμίᾳ πολεμῶ, τὰ μητρὸς σύμβολ' ὃς ἔσωσέ μοι. ἀνοικτέον τάδ' ἐστὶ, καὶ τολμητέον, τὰ γὰρ πεπρωμέν' οὐδ' ὑπερβαίη ποτ' ἄν*, id eſt, Sed quid inquit facio? Dei erga me ſtudiis depugno, qui iſta ſigna matris ſeruauit mihi. Quin aperiendum hoc, atque audiendum: quæ enim fatalia ſunt, non ſic tranſeunt. Atque idem ipſe, iſtius immutabilitatis fati, reddit in Hercule furente Chriſtianam fermè ra-
c act. primo vers. 254. tionem[c] dum enim fati conſtantiam dixiſſet, addit. *ὃ χρὴ γὰρ, οὐδεὶς μὴ θεῶν θήσει ποτὲ*, id eſt. Nam id quod fieri oportet, nec alius deorum aliter conſtituet, Addit Euſebius, *ὅ τι δεῖ γενέσθαι ἐκ τοῦ θεοῦ, ἀμήχανον ἀποτρέψαι ἀνθρώπῳ*, id eſt. Quod fieri præ- 12
finitum eſt à Deo, auerti nequit poteſtate hominis. Neque eſt Deus vt homo, vt ab alio ſe nolente mutetur, in his quæ immutabilia eſſe pro ſua ſapientia vo-
d Numeri. 28. c. luit[d]. & vt ait Malachias. Huic omnia futura cognita ſunt, & præterita, ea

quæ

quæ præſentia, & omnia antequam eſſent, & tempora omnia illi ſubiiciuntur. Idcirco nihil prohibuit, quin poſſet legem præfigere rebus immutabilem, cùm ſit omnipotens, omniſcius, congruentia cuique diſtribuens cum ſapientia, quæ in omnium legum impoſitione rerum, & antè res, apud illum erat: vt de eius ſapientia ſcribi- a *cap.* 8.
13 tur in lib. Prouerbiorum[a], hoc modo, Dominus poſſedit me ab initio viarum ſuarum, antequam quicquam faceret à principio. Ab æterno ordinata ſum, & ex antiquis antequam terra fieret: Nondum erant abyſſi, & ego iam concepta eram: nondum fontes aquarum eruperant, necdum montes graui mole conſtiterant. Antè omnes colles ego parturiebar: Adhuc terram non fecerat & flumina, & cardines orbis terræ. Quando præparabat cœlos, aderam: Quando certa lege & gyro vallabat abyſſos. Quando æthera firmabat ſurſum, & librabat fontés aquarum, Quando circundabat marí términum ſuum, & legem ponebat aquis ne tranſirent fines ſuos: Quando appendebat fundamenta terræ, cum eo
14 eram cuncta componens. Congruentia

igitur cuique dedit, mutari non neceſſaria, quibuſdam vt ſic, aliis vt ita eſſent, vel modo certo verterentur & variarentur, generatione & corruptione, ortu interitu. Aliis vt perpetuo eſſent, vt angelis, & animabus: aliis, quaſdam ſecretas nobis, communicans facultates & naturas, vel nobis prorſus incognitas, vt Magneti vim attrahendi ferrum, Succino feſtucas. & ſic de ſimilibus. Idque maxima ſui prouidētia, quæ vel ex mirabili rerum ordine, & vſu perſeuerante, & ex his pēdente & communicata vtilitate, nobis apparet. Perſeuerat dies & nox, anni tempēſtates pari circulo vertuntur: procreant certa ſpecie animalia: producunt fructus ſui generis, plantæ: & deficeret memoria ſi ſingula admirabilia fata cuique à Deo conceſſa perſequerer, quæ prouidentiam Dei indicant, vt docet Theodoretus do- 15 ctis orationibus, de prouidentia. Hanc etiam prouidentiam Plato, qui de Parcis locutꝰ eſt, amplectitur[a]. Sic Philo Iudęus[b], ait præeſſe mundo Dei prouidentiam, ſemper enim author gerit curam operis ſui, communi neceſſariáque lege naturæ: quemadmodum & parentes curant ſuam progeniem. Et rurſum[c], prouidentiam hanc, excellentiſſimam ſupra hominum pruden

*a in Critia, & Dialogo.4. de legibus.*
*b in fine libri de mundi opificio.*
*c in lib. 7. legis allegoriarum.*

prudentiam eſſe docet. Dum ait, Quæcumque noſtris artibus fabricantur, ea ſemel abſoluta ſtant manéntque: at, quæ Deus perficit ſua ſcientia, mouentur denuo: fines enim eorum, aliorum ſunt principia. vt diei finis noctis initium, menſes quoque & annos deſinẽtes, initia ſequentium cogitare debemus. Et idem iterum, in fatis ea adiecta eſſe voluit[a]. dum ait, Sed quoniam fatorum ſeries, iuxta præcipuam phyſiologorum ſectam, caret fine ſimul & principio, cauſas ſine intermiſſione contexens, cur non etiam mundi naturam dicamus longæuam? Vnde ſatis conſtat & fatorum ſeriem, & illam prouidentiam ſolius Dei eſſe: quod & tradit expreſſius & clarius, in libro quod Deus ſit immutabilis, qui certè liber eſt eximius, atque lectione aſſidua dignus. Et Parmenides & Democritus, omnia è neceſſitatis præſcripto fieri voluerunt, hanc autem, eandem atque fatum eſſe: iuſtitiam præterea & prouidentiam, & mundi architectricem, teſte Plutarcho[b].

a *lib. Quod mundus ſit incorrup.*

b *lib. 1. de placitis philoſophor. cap. 25.*

## Cap. III.

*De fato impiè in delictis, malis, & in voluntate hominis vſurpato.*

SCIENDVM autem eſt, omnia quæ ab hoc præſtanti fato pendent & perſe-

uerant, valde bona eſſe, neque mala, nec mali per ſe cauſam. Quod admoneo, vt 1 omni ſtudio vitemus impudentiſſimam quorundam antiquorum hæreſim, & peruerſam abhorrentémque à Chriſtianis opinionem, qua plerique, omnia neceſſitate ſiue mala ſiue bona, contingere falſò rati ſunt, cùm tamen rerum conſtituenda ſit differentia. Quod admonuit Diuus Euſebius, improbans Apollonij Tianæi talem de fato opinionem[a]. Docent nos, inquit, naturæ leges, ac Philoſophorum dogmata, rerum quaſdam alias penes nos eſſe, alias non eſſe: penes itaque nos illa cenſentur, quæ ex electione actúque proueniunt, quæ que natura libera ſunt, vt impediri aut inhiberi non queāt. Quæcumque igitur iuris noſtri non ſunt, infirma dixeris, ſeruientia, prohiberi facilia, aliena, cuius generis ea quæ circa corpus ſe habent, externáque ſunt animæ ſimul & rationis expertia, & quæ demum ſubſtantiam habent, à peculiari hominū propriáque natura longè ſeiunctam: Rurſum autem & ad ea quæ noſtri ſunt iuris, propria nobis ineſt volūtas ad alterutram partem ſcilicet, vel ad virtutē vel vitium liberè delectu declinandi. Deus porro Dominus omnium princépsque, recta 2

*[a] libro aduerſus Hieronem errorē confutans cap. 4. lib. 8. Philoſtrati de vita Apollonij.*

ratione

ratone ſingula tranſigit,ſecundum natu-
ram per omnia circumcurrens. Hinc iu-
ſta ſemper vltio comitatur graui eos qui
à lege diuina diſceſſerunt ſupplicio pu-
3 nitura.Motus verò ipſos quibus ad agen-
das res incitamur, non parcarum fatíve
neceſſitas parit, culpa certè ab electione
eſt noſtra,Deus ipſa culpa immunis. hæc
ille. Et Maximus Tyrius[a], diſputans v-
trum exiſtente diuinatione, aliquid ſit in
noſtra poteſtate. Platonem inquit,audias
hæc verba dicentem:Deus in primis, de-
inde fortuna & oportunitas temporis,
humana omnia adminiſtrant, verum ta-
men mitius eſt tertiam cauſam ſuperio-
ribus addere, eámque eſſe hominum ar-
tem: Siniſtra enim tempeſtate, nulla ne
nobis adſit, an potius aliqua gubernandi
ars,permagni referre arbitror. Quemad-
modum enim ex animalibus ancipitis
vitæ, aues propter volandi facultatem
4 cum penſilibus communicant,ita homi-
num vita cõditionis eſt dubiæ, quæ par-
tim ab ingenio eſt libera, arbitrio, par-
tim neceſſitate obſtricta. additque,at,ni-
hil à Diis oritur mali,neque parcarum vi,
5 calamitates obueniunt hominibus. NE-
FAS EST ENIM, MALORVM cau-
ſam referre in DEVM.

a *lib. ſermonum.ſermo.3.*

An magis eſt homines inter, mortalis & ipſa?

Mentitur igitur Elpenor dicens,
Peſſima me Dæmon læſit Parca:
Mentitur & Agamemnon, dicens,
Ego non ſum cauſa malorum,
Iupiter & fatúmque, & celſorum accola Erynnis.

Vniuerſa enim huiuſmodi nomina, mortales ad honeſtandam improbitatem ſuã, confixiſſe videntur, in dæmones, in parcas & Erynnim flagitiorum cauſas referentes. Rurſúmque[a] alibi ait: Et prouidentia quidem, diuinum penitus negotium eſt, fatum verò neceſſitatis, fortuna autem libertatis, arbitrij. vita etenim hominum, quaſi materia quædam, in horum ſingulorum conceſſit officinam. Itaque homo in manibus conſilij ſui poſitus, data illi inſtrumenta ſalutis mandata ſcilicet diuina, quibus ſalutem parare ſibi poſſit: Non quod opera hominum per ſe quantumuis bona cenſeantur, meritoria ſint & condigna retributionis vitæ æternæ, ſed quia ipſe Deus optimus maximus ita ſtatuit, & viam hanc ad iter regni cœleſtis deſtinauit pro ſua inefabili bonitate, datis comitibus fideliſſimis, Spe, Fide, & Charitate. Ideo D. Gregorius Nazianzenus

[a] in ſermone.30. vtrũ orandus ſit Deus.

6

7

ziázenus virtutes à Deo datas ſingulas,dixit eſſe veluti ſingulas vias, quę ducũt nos ad aliquã fœlicium & ſempiternorũ ſedem,& quemadmodum ſunt varię viuendi rationes, ita, eſſe apud Deum multas ſedes, pro ſua cuique dignitate diſtributas & aſſignatas. Hic eſt fatum hominis, & amouere manum ſiue in ignem ſiue in aquam,ad mortem vel ad vitam, & hinc illi peccata, vt doctè admonet Cyrillus Archiepiſcopus Hieroſolymitanus.quiq; neque incuſandam naturam, nec nænias de aſtrorum influxibus hic conſiderandas docet. a *Catech. 2.& 4.*

8 Eſt enim in arbitrio noſtro facultas electionis, paritéque bonum & malum propoſitum[b]. Norunt id etiam Ethnici, qui literam Pythagoræ, pro vtriuſque Symbolo decantãt.inter alios Vergilius[c] egregiè his verbis. b *Eccleſiaſtici c.15. can. illa 15. quæſtio.1.* c *in epigramma.*

9 Litera Pythagoræ diſcrimine ſecta bicorni,
Humanæ vitæ ſpeciem præferre videtur:
Nam via virtutis dextrum petit ardua callem,
Difficilémque aditum primum ſpectantibus offert.
Sed requiem præbet feſsis in vertice ſummo:

Molle oſtentat iter via lata, ſed vltima meta
Præcipitat captos voluítque per ardua ſaxa.
Quiſquis enim durós caſus virtutis amore
Vicerit, ille ſibi laudémque decúſque parabit, & cætera.

De hoc etiam extat libellus, Cebetis Thebani, cui titulus pinax, vel tabula, videtur etiam exceptum hoc, ex Hieremiah a. ecce inquit Deus ego do vobis viam vitę, & viam mortis.

a *in c.21.*

---

## Cap. IIII.

***De prima parca Lacheſi, & de viuendi initio in naturarum diſtributione facta immediatè per Deum.***

SEd nũc ſpeciali ratione, de vnaquaque parcarum tractemus. Admonendus autem lector in primis, ne de harum ordine nimium curioſè diſputationem inſtituat, nec remoretur illum ordo Platonis, poſitus libr. 10. de iuſto, diuerſus ab Ariſtotelico, qui diſſentire videtur. cùm Plato Atropon futura reſpicere dicat, Ariſtoteles autem præterita, pari diſſenſu in Lacheſi ſubnotato, conſentientibus tamen in media Clotho inquam tradenda. 1

Nam

Nam in vna quaque parcarum, & tria pariter tempora conſideramus, præſens, præteritum, & futurum: vt annotauit Marſil:us Ficinus[a], ex Proclo. Quia & in præterito tria conſiderantur. Nam & quod præteriiſſe dicitur, aliquando fuit præſens, & antequam præſens eſſet, erat futurum: in præſenti etiam cogitatur, & quòd fuit prius, quódque futurum: in futuro denique idem. Porro nos cum Platone Lacheſin primam, ſecundam Clothon, tertiam Atropon, Deo volente, exequemur.

a *indictum Dialogum decimum de repub. Platonis.*

2 Lacheſis igitur prima ſortis cuiuſque diſtributio dicitur Platoni[b], & notum eſt,

b *lib. 10. de republi.*

3 λάχεσι ἀ λαγχάνειν dici, id eſt à ſortiendo, & vitæ præeſſendo: Ideo, dictam, quòd cuique rei propria, & particularis indita eſt natura atque proprietas, munere & diſtributione ſummi patrisfamilias Dei optimi maximi, idque vel immediatè, vel mediatè. Nam quod lapis habeat eſſentiam, quodque non ſit planta, nec planta animal brutum, nec illud, homo: Quod ſtella ab ſtella differat, quod orbes ſeparati ſint cœlorum, & contigui, iique ſine confuſione, id à ſolo Deo definitum eſt, & ex ſola Dei prouidentia pendet ſapientiſſima. nam nec omnia æquali ſorte viuunt. Quia ſecundum Porphy-

a lib. de occaſionibus. num. xi.

rium[a]. τῶν πρὸς τὰ νοητὰ ἀφορμῶν οὐ μόνον ἐν τοῖς σώμασι τὸ ὁμώνυμον, ἀλλὰ καὶ ἡ ζωὴ τῶν πολλαχῶς ἄλλη γὰρ ζωὴ φυτοῦ, καὶ ἄλλη ἐμψύχου ἄλλη νοερᾶ: ἄλλη φύσεως τοῦ ἐπέκεινα: δηλὴ ἀψυχῆς δηλὴ νοεραῖ: ζῆ γὰρ κἀκεῖνα. εἰ καὶ μηδὲν τῶν παρ' αὐτοῦ παραπλησίαν αὐτῷ ζωὴν κέκτηται id eſt. Non ſolum in corporibus æquiuoca denominatio eſt ſed ipſa etiam vita multipliciter nominatur: alia enim vita plantæ eſt, animalis alia tandem naturæ ſuperioris, alia animæ. alia intellectualis. Viuunt enim & illa, etſi nullum eorum quæ ab ipſis exiſtũt vitam eis ſimilem ſortiatur. Et in his Dei opificis admiranda potentia, qui prçſtantiſſimis donis, creaturas prout libuit, idque cum artificio incomprehenſibili,
b Iacobi. 1. ornauit. Cùm omne bonum optimum,
c vt ſcriptũ & bonum perfectum, deſcendat ab eo
eſt Geneſ. 1. patre luminum [b], qui creator omnium
& 2. Ma- extitit [c]. Quo circa verè principium om
chab. cor. li. nis creaturæ, à Diuo Iohanne dictus[d].
2. c. 1. pſal. Bona bonis creans [e], atque ideo omnis
148. Ieſ 45. creatura, in natura quam ſortita eſt à
Amos 4. Deo, bona iuſtè dicitur[f]. Quia quæ Deus 4
d Apocal. fecit, erant valde bona: benedictione, &
c. 3. creatione, eius qui ſumme bonus, & à
e Eccleſ. 39. quo omnis bonitas[g]. Et hæc facilia cogni
f 1. epiſt. ad tu Chriſtianis eſſe ſat ſcio. qui rerum om
Timot. 4. c. nium veram & certam tenent à Deo fuiſ-
g vt ſcribit gen. 1.

ſe,

ſe, eámque diſtinctam geneſim, in qua plerique, imo ferè omnes ethnicorum
5 ſapientes, velut in planè incognito, lapſi miſerè ſunt: ſemen in omnibus requirentes primæuum, atque exordiale, quóſque latuit prima planta, & primum animal:
6 in numero quorum & fuit Ariſtoteles totus, libro. 1. Phyſicor. c. 7. Quemque ea ratione reprehendit iurè Iuſtinus Martyr.[a]. Et ſubſcripſit Macrobius[b], dum problema agitat, prior ne fuerit gallina ouo. Quo loci reſoluit in primo rerum ortu, omnes res fuiſſe opifice natura perfectas. Fallitur tamen & is, in eo quod perfectionem, naturæ, non Deo adiudicat: niſi pro natura Deum intelligas qui natura naturans ab aliquibus dicitur. At apertius & Chriſtianè Plato[c], ſic ait. Hoſpes, effectrices igitur facultates duæ primum ſunt: The, Quę? Hoſp. Diuina & humana, The. Nondum intelligo, Hoſp. Si modo quæ ſupra dicta ſunt recordamur. Efficientem dicimus vnam quandam, quæ cauſa eſt vt ſint poſtea, quæ antè non fuerunt. Theſ. Recordamur. Hoſp. Animalia cuncta mortalia, plantáſque quæcumque terræ ex ſeminibus radicibúſue naſcuntur, & quæcumque inanimata in terra conſiſtunt, ſiue liquefieri poſſunt, ſiue nõ

a *lib. euerſi falſorum dogmatum Ariſtote.*

b *lib. 7. Saturnaliorũ. c. 16.*

c *lib. 15 in Sophiſta vel de Ente.*

poſſunt, nunquid alio opifice fabricata quàm Deo? vel facta eſſe, cum prius non fuiſſent, dicimus? Et rurſùm, ponam verò ea quæ natura gigni dicuntur, arte diuina fieri, Quæ autem ex his, ab hominibus componuntur, humana: atque hac ratione duo effectricis genera, Diuinum & humanum. Sufficeret certè hic, omnium Ethnicorum ferè præſtantiſſimus Plato, ad conuincendos reliquos ignorantię, infeliciſſimos philoſophos, à 7
quo, tum etiam Chriſtianæ fidei compos Lactantius, qui libros Moſis & legerat, videtur hauſiſſe & explicaſſe præſtantiſſimam illam c. 13. diſputationem libri ſeptimi, de Diuino præmio. Ex quibus etiam, nugæ & fabulæ Ægyptiorum deteguntur, qui aniliter finxerant,
primum homines, & cætera omnis generis animantia, ex humore & terra ſolis calore effractis pelliculis, veluti pullos ex ouorum teſtis, enatos, atque cætera orta. vt ſcribit Diodorus Siculus[a]. Pelluntur & pariter reliquorum philoſophorum, de principiis phanaticæ & commentitiæ opiniones, Parmenidis, Melisſi, Democriti, Heracliti, Anaximandri Antiphontis, Empedoclis, Pythagoræ. Quas etiam improbatus in ſua ſententia 8

[a] *lib.* 1. *Biblio. c.* 1.

Ariſtoteles, improbat, & reiicit[a]. Nec minus improbanda Lucretij ſententia, qui adſtruere nititur[b]. Corpora omnia mundi, omniáque animalia, non à Deo facta aliquo, ſed enata fortuitò, ex corporum primorum (quæ ipſe finxit) concurſu. idque multis libro primo proſequitur, à verſu. 1306. qui incipit Nunc animum nobis, vſque ad finem libri, cùm & ipſe nec cũ fictione & cõmento ſuo, potuerit originem rerũ percipere, nec ſuorum corporum fictitiorum, niſi fateatur à Deo creata quod tamẽ ille ſacrilegus & impius, negare auſus ſuo cum damno æterno eſt. à quo etiam, alius illius ſeculi poeta, non minus doctus Vergilius, ſumma cum ratione nobiſcum, diſſentit. Dum ſcribit[c].

a in prim phyſi.

b lib. de re. rũ natura.

Principio cœlum, ac terras, campóſque liquentes,
Lucentémq; globũ Lunæ, Titaniáq. aſtra,
Spiritus int[9] alit, totámq. infuſa per artus
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.
(volantum,
Inde hominũ pecudúmq. genus, vitæque
Et quæ marmoreo fert monſtra ſub æquora pontus.
Igneus eſt illis vigor, & cæleſtis origo
Seminibus.

c lib. 6. Aeneid. verſ. 724.

Item Ouidius libro primo Metamorphoſeon, ſtatim ab initio vſque ad verſum,

Aurea prima ſata eſt ætas. eadem tractat, niſi quod aberret circa Chaos, nec dicat illud creatum ex nihilo fuiſſe. Et pariter in fabula Promethei atque Deucalionis. Quanquam ſciam, de diuina prouidentia illud fuiſſe dictum quoſdam exiſtimaſſe, ſicut & poteſt à notatione nominis Promethei, colligi, & ex eius idolo. Quæ omnia mutuatus eſt Ouidius ab Heſiodo Aſcræo, qui de Chao[a].

*a in Theogonia. verſ. 116.*

ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετ᾽ αὐτὰρ ἔπειτα, id eſt, ſic ait, Primum quidem chaos fuit, poſtea cætera. Sed ante illos Sibylla Erythręa[b]. de Deo loquens ita cecinit ὃς μόνος 11 ἐστὶ θεὸς κτίστης, ἀκεράτητος ὑπάρχων, αὐτὸς στήριξεν μερόπων μορφήν τε τύπον τε αὐγάς μῖξε. φύσιν πάντων, γενετῆς βιότοιο, id eſt, Solus Deus creator, qui non fuit compoſitus, ipſe ordinauit hominum formam & Typum, Radios miſcuit & naturam omnium, generationis vitę. Et rurſum eadem[c].

*b vt legimus lib. 1 oraculorum ſibyllinorū. verſ. 91.*

*c eod. lib. ver. 100.*

Ὕψιστον βασιλῆα, ὃς ἔκτισε κόσμον ἅπαντα
Εἴπας γενέσθω, καὶ γίνατο. ἥδρασε γὰρ γῆν,
Ταρτάρῳ ἀμφίκλον, καὶ φῶς γλυκὺ αὐτὸς ἔδωκε,
οὐρανὸν ὕψωσε, γλαυκὴν δ᾽ ἥπλωσε θάλασσαν,
καὶ πόλον ἐστεφάνωσεν, ἅλις πυριλαμπέσιν ἄστροις.
καὶ γαῖαν κόσμησε φυτοῖς, ποταμοῖσι δὲ πόντον,
Χευάμενος ἐκέρασε, καὶ ἀέρι μῖξεν ἀΰτμας,
καὶ νέφεα δροσόεντα, τιθεὶς ἄρα καὶ γένος ἄλλο

Ἰχ-

ἰχθύας ἐν πελάγεσσι, καὶ ὄρνεα δῶκεν ἀήταις.
ὕλαις δ' αὖ θῆρας λασιαύχενας, ἠδὲ δράκοντας
Ἑρπυστὰς, καὶ πάνθ' ὅσα κυκλόσε νῦν καθορᾶται
Αὐτὸς ταῦτα ποίησε λόγῳ καὶ πάντ' ἐγενήθη
ὦκα καὶ ἀτρεκέως. id eſt,

O ſupremum regem, qui creauit mundũ omnem, Dixiſti fiat & factum eſt! Firmauit itaque terram, & circum infima, mare: & ipſe dulce lumen dedit, cœlum in altum ſubuexit, & cęruleum mare explicuit, cœlumque renidens aſtrorũ clara cinxit denſáque corona: & terram ornauit plantis, & pontum fluminibus, illi eos infundens: & miſcuit aëre ventos, & nubes roriferas faciẽs: vtique & aliud genus, Piſces in aquis: ventis commiſit volucres, & feras hirſutas ſyluis, draconẽſque & ſerpentes. Breuiter, quæ nunc vbique cernuntur, hæc fecit verbo, & ſunt protinus omnia facta, & verè. Nec ſolum generatim diſtributio ſortium facta à Deo eſt, verumetiam, quæcunque ſpecialiter ſiue hominibus, ſiue reliquis rebus, in ſortem & partem ceſſerũt, à Deo elar-
12 gita ſunt. hæc illa. Nec quicquã habemus eſſentiæ, quod non Deo acceperimus, vt ſcribit D. Paulus[a] ideo apud D. Matthęũ[b] dicitur, ſi noſtis bona data vobis, dare filiis veſtris, quanto magis dabit Deus pe-

a epiſt 1. ad Cor c. 4.
b 6. c.

tentibus, is enim dat affluenter, vt ait
Diuus Iacobus.[a] Hic quippè, terram lar-
gitus in ſortem filiis hominum, & eſcã
eſurientibus,[b] ab hoc, pars & ſors Sapiẽ- 13
tiæ.[c] Hinc poteſtas in ſpiritus, & in mor-
bos.[d] Et vnicuique quædam dedit Deus,
vt ſcribit Paulus.[e] Datur à Deo fidei do-
num acceptum, & ſors in domo Dei ac-
ceptiſsima,[f] & ſors iuſtorum, ab impiorũ
ſorte, alia, ſcilicet vt cõputentur inter fi-
lios Dei, alij nequaquã.[g] Et hæc ipſa ſors
Dei, qui nos dignos fecit in partẽ ſancto-
rum Dei, vt D. Paulus ait. Quamquã pau-
ci iſtius ſortis digni reddantur, deſeruiẽ-
tes potius animalibus & propriis affectio
nibus, quam volũtati Dei, qui omnes, ho-
mines vult ſaluos fieri, & ad agnitionem 14
venire veritatis. Hinc clericus dictus, ab
oblatæ ſortis receptione, quòd in ſortem
domini vocatus & receptus ſit.[h] Et vt v-
no verbo dixerim, hæ ſortes à Deo diſtri-
butæ vel probatæ non impropriè talenta
dicuntur[k] quorum, alij vnum, alij duo, a-
lij plura ſub fœnore reſtituenda recepe-
runt. Sed quia electionis materia & tra-
ctatio, limites excedit iuriſprudentiæ ci-
uilis, Theologorum propria, tandem de
illa finem facio, humili, qua par eſt ſub-
iectione ſegetem alienãm ſuis domi-
nis, qui ſacrarum literarum aſsiduæ tra-

a in epi. c. 1.
b pſal. 113.
c prouer. c. 2. & 3 lib. regum. c. 4. Daniel. 2.
d Marci. 3. & 6.
e epiſt. 2. ad Corint. c 3.
f Sapiẽt. c. 3
g Sapiẽ. 5. c
h ad Coloſ. c. 5.
i in canon. cleros 21. diſtinction. in prima parte decre. et in can. clericus 2. cauſa quæſt. 1. et can. duo ſunt 13. canon. quæſt. 1. in ſecũda parte decr.
k Matthæi c. 25.

ſtationi inuigilant, concedens: non potui tamen omnia prætermittere, præbita ipſius negotij occaſione, quæ ita expoſcere vt aliqua hac de re admoneremus, neceſſarium eſſe perſuadebat: Si cuiquam autem, vltra quòd dicunt crepidam, manum porrexiſſe videamur, cum hoc boni & æqui conſulere oro obteſtórque, & eo quo nos ſumus erga reipublicæ commodum, animo, eſſe velim, & ſi hoc illi adſcribi dignum non cenſeat, ſaltem non nocere mecum exiſtimet.

---

CAP. V.

*De diſtributione humanarum ſortium per media, & de diſtinctione perſonarũ ſecundum iuriſperitorum regulas.*

AD ſortes quę natura mediãte animalibus & rebus diſtribuũtur, trãſeo, dum
1 primũ perſuaſũ fuerit & cognitũ, naturã, omnẽ vim & facultatẽ, velut legẽ à Dèo immediatè habuiſſe. Et ita principiũ eſt natura, ſic.n. definit naturã Rabi Iehudah Bẽ Leui, in li. Alcozer. אשר בחינוחוי נוע חוצא כי בעצם במקרה התחלה וסבה הדבר אשר, id eſt, Natura eſt inquit, principium & cauſa, qua mouetur res, in qua eſt per ſe, non per accidens. Et
2 Diuus Auguſtinus.[a] Naturam dicit, id quod intelligitur in ſuo genere aliquid eſſe. Etſi Ariſtoteles duplicem naturã col- [a] *de moribus Manichaeorum.*

ligat: aliam vt materiam, aliam vt formam.[a] Cæterùm, circa horum explicationem duæ nobis ſe offerunt tractationis viæ: vna quidem, qua à rebus, vtpotè in mundo prius creatis, initium facere liceat: altera qua à perſonis, vt nobiliori- 3
bus. Placet tamen à perſonis initium trahere, ſequuti iuriſconſultorum methodum, cum iura perſonarum potiſsimum cauſa lata ſint, vt ſcribit Iuſtinian.[b] & Hermoge.[c] Digniora etiam præponi debere, docet idem Iuſtinian.[d] & Ariſtoteles.[e] Nobilitas autem hominis vel ex eo oſtenditur, quòd dicatur dignitatem ſuper omnia conſeruare, neque aliqua acceſsione aliis inhæreat vt, annotauit Pau- 4
lus Iuriſconſult.[f] cùm natura cuncta illius produxerit grãtia, vt ſcribit Caius.[g] & Iuſtinianus.[h] Et Criſpus Saluſtius[i] falsò inquit, queritur de natura ſua genus humanum, quod imbecilla atque æui breuis, ſorte potius quàm virtute regatur: nam contra reputando, neque maius aliud, neque præſtabilius inuenias, addit plura T. Carus Lucretius,[i] atque de nobilitate hominis multa in Aſclepio Mercurij Triſmegiſti,[k] & abundè Plato in Ti-

*a li. 2. phyſicorũ c. 8. b in §. fina de iur. nat. gent. & ci. lib. 1. inſtit. iur ci. ti. 2. c in l. 2. de ſtatu hom. lib. P. tit. 5. d in §. aliã vero de bonor. poſſeſſi. li. 3. inſti. iu. ciuil. ti. 10. e lib. de cõmu. animaliũ greſſu. f in l. iuſtiſſimè l. 44. de Ædilitio edicto, lib. 21. P. tit. 1. g in l. in pecudũ. l. 28. de vſur. li. 22. P. tit. 1. h §. in pecudum. de rerum diuiſio. li. 2. inſt. iur. ciuil. ti. 1. i in principio Hiſtoriæ de bello Iugurtino. k libr. 3. à verſ. 23. l c. 3.*

mæo,

mæo, & alibi Ariſtoteles & alij. Itaque hominum nō parua in ſortibus & diſtinctionibus naturalibus, differentia: ſunt enim ferè omnes diſsimiles inter ſe, ſingulique ad ſingula prompti opera, natura producti, vt ſcribit Plato,[a] docet & Propertius.[b]

Omnia (inquit) non pariter rerum ſunt omnibus apta,
Fama nec ex æquo ducitur vlla iugo.
Gloria Lyſippo eſt animoſa effingere ſigna,
Exactis calami, ſe mihi iactat equis:
In veneris tabula, ſummam ſibi ponit Apelles:
Pyreïcus parua, vindicat arte locum.
Argumenta magis ſunt Mentoris, addita formę,
At Myos exiguū flectit Achantus iter.
Phidiacus ſigno ſe Iupiter ornat eburno,
Prax itelem Parius vindicat arte lapis.
Sunt quibus Elęæ concurrit palma quadrigæ,
Sūt quibus in celeres, gloria nata pedes.
Hic ſatus ad pacem, hic caſtrenſibus vtilis armis,
Naturæ ſequitur ſemina quiſque ſuæ.

Et Claudianus.[c]

Singula quemque

*a lib. 2. de rep. ſiue de iuſto Dialogo. 2.*

*b lib. 3. carmin. Elegi. 8. ad Mecœnatē ſcribēs. ver. 7.*

*c in laudib. Still. cons. Panegyri. 1. ver. 30.*

Nobilitant,hunc forma decens, hunc robur in armis,
Hunc rigor, hunc pietas, illum ſolertia iuris,
Hunc ſoboles,caſtique thori.

Húc pertinet tota ode prima, libri primi carminum Horatij, & aliorum multorum anacephalęoſes. Ariſtoteles etiam [a] 6
obiter concludit,naturam cuique tribuere ſolere,rem qua vti poſsit: Illæ autem res, plures ſunt ſortes,quarum nos quaſdam ſtudioſorum cauſa, quæ ad iuris facere poſsint cognitionem,percurremus. Et primũ homines generali nota & ſorte,natura diſtinguuntur, vt alij mares alij fœminæ, alij Hermaphroditi dicantur. 7
Nam hominis appellatio ad vtrumq; porrigitur ſexum, authore Caio, [b] ſic verbũ ἄνθρωπος Gręcis, Adam Hebręis, vnico nomine repreſentat ſexum vtrumque:adſtipulatur Ficinus, [c] & textus geneſis, mundi, [d] vbi Deus creauit hominem, maſculum & fœminam creauit illos. Neque id in iure,annotaſſe ſuperfluum,cum in pleriſque iuris negotiis,deterioris conditionis ſint fœminæ viris,Papiniano teſte.[e] & Iuſtiniano.[f] Ab initio autem,hanc ſortẽ naturâ cuique contingere incommutabiliter exiſtimant Iuriſconſulti,ab eo tẽ- 8
pore,

a *lib. 4. de partibus animal. c. 10*
b *in l. hominis appellatio. l. 152. de verbor. ſignificat. lib. 50. P. tit. 16.*
c *in 7. Dialog. Platon. de legi.*
d *in l. in multis l. 9. de ſtat. hominum lib. 1. P. tit. 9. vbi plures annotãtur caſus à gloſſa.*
e *in l. final. de receptis arbitris, li. 2. C. tit. 56.*

pore, quo partus ab vtero in lucem erũpunt & eduntur, ſi ad nullã monſtri turpẽ & extra humanam non declinẽt formã, vt ſcribit idem Iuſtinianus Cæſar.[a] Conſiderántque leges fortes potiſsimũ hominum vt natorum: Et ſi quid de non natis ſtatuãt, id ea ratione quod naſcituri ſunt, faciunt, & prout non ſexum ſed vitã con-
9 ſiderant: atque ſicut medici & alij, ab alio tempore homines conſiderant, partũ humanum ante eius natiuitatem, perpendentes, poſtquam ex ſemine Embryo, & ex Embryone corpus ſuis organis in vtero compactum eſt, & ab animato partu: eáque de re vidẽdus Hippocrates.[b] Galenus etiã,[c] ſcribit cum Hippocrate, infantem in vtero dici fœtum animatũ, & non fœtum ſimpliciter amplius, partibus ſuis eo abſoluto. Tractántque eius cauſa Iuriſconſulti de partu cuſtodiendo, & ſuſpendunt ob id rerum & negotiorũm iudicium, cautione interim adhibita. Quẽadmodum in hypotheſi qua mulier diuertens, ſe prægnantem negabat aſſerente marito, quo caſu demãdatur inſpectio obſtetricibus, & cuſtodia ventri adiungitur, per reſponſum Vlpiani.[d] Et pariter in muliere prægnãte conſideratur partus & fœtus, non tanquã natus, ſed ea ſpe quod

a *in l. quod certa:ũ eſt l. 3. de poſthumis hered. inſtituen. lib. 6. C. tit. 29. et in l. cum inter veteres l. 14. de fidei commiſſar. liberta. li. 7. C. ti. 4.*

b *li. de pueri fœtúsve nat. & lib. de ſeptimeſtri partu.*

c *li. de ſemine.*

d *in l. 1. de ventre inſpiciendo, li. 25. D. ti 4.*

viuus naſciturus ſit. Datúrque ventri, non puero naſcituro, curator. Et venter dicitur tantum mitti in poſſeſsionem, vt cõſtat ex toto titulo de ventre in poſſeſsionem, mittendo.[a] Huc pertinet tractatus poſthumorum. De quorum ſorte, in titulis de poſthumis hæredibus inſtituen.[b] Extat & titulus de liberis & poſthumis.[c] Et omnium ferè difficultatum quæ circa horum commoda accidere poſſunt, reſolutio adfertur à Paulo Iuriſconſult.[d] vt 10
qui in vtero eſt perinde ac ſi in rebus humanis eſſet, cuſtodiatur, quoties de commodo ipſius partus quæritur: quamquam alij antequã naſcantur nequaquam proſit. Et rurſum in vtroque iure tam diuino quàm humano, in procurati abortus crimine, & in pœna eius imponenda, perpenditur num partus eſſet animatus & 11
perfectus, vt tunc homicidij reus ſit: An verò nondum perfectus, vt leuius pro modo culpæ vindicetur admiſſum, vt legitur in Exodo,[e] & apud Diuum Auguſtinum in quæſtionibus in Exodum. Cuius ſententiam retulit Gratianus in corpus iuris canonici,[f] tradit & Sthephanus 5. ſumm. pontif.[g] & iure ciuili parricidarum lex & homicidij, nota eſt in eos eáſve qui viuos ſuffocant partus: in eas autẽ

qui

a lib. 37 P. tit 8.

b lib. 6. C. tit. 19.

c lib. 28. P. tit. 2.

d in l. qui in vtero eſt l. 7. de ſtatu hominũ. li. 1. P. ti. 5.

e Exo. c. 21.

f in can. quod vero, & ea c. Moyſes 32. q. 2. in 2. parte decr. Gratiani.

g in c. conſuluiſti 2 q. 5 in 2. parte decret.

qui medicamentis partus antequam animati eſſent abegerint, exilium conſtituitur à Martiano.[a] Vlpian[b], & Triphonio[c]. Ex conſilio tamen Guarmacenſi, reus homicidij indiſtinctè eſt, qui eo animo propinauit pharmaca ſterilitatis, vt vel expleret libidinem, vel ne ſoboles in futurum naſceretur[d]. Diximus autem, a-
12 lios nec maſculos, nec fœminas ſeorſum propriè dici, & hos Hermaphroditos vocari, qui cum vtrumque ſexum habeant, eius ordinis cenſentur, in quo ſexu præualent. vt ſcribit Vlpianus[e]. Nam quibus geminus ſexus ineſt, & gemina genitalia, maris & fœminæ, alterum ratum, alterum irritum redditur, cum per alimentum ſubinde deliteſcat, quia præter naturam eſt, vt ſcribit Ariſtoteles[f], qui de eius generatione tradit, ſicut &
13 Hippocrates[g]. Cur autem Androginos dicatur Hermaphroditus, ſatis conſtat ex fabula Ouidij, quæ ſcribitur libro 4. Metamorphoſeôn.[h] quia narratur, filium Mercurij (qui Græcis Hermes dicitur) & Veneris (quæ iiſdem dicitur Aphroditis) in Salmacidem fontem Cariæ profectum, adamatúmque à Salmacide nimpha fuiſſe, quæ vna Naiadum erat. Atque vtrumque per complexum,

*a in l. Diu. Seuer. l. 4. de extraor. crim. li. 47 P. tit. xi.*
*b l. ſi mulierè l. 8. ad leg. Corn. de ſicar. li. 48 P. tit. 8.*
*c l. Cicero. l. 39. de pœ nis lib. 48. P. tit. 20*
*d c. ſi quis c. 5. de homici. li 5. decre. ti. 12.*
*e in l. quæritur. l. 10. de ſtatu hominũ lib. 1. P. tit. 5.*
*f lib. 4 de gener anim al. c. 4*
*g lib. de vi ctuſratione*
*h incipiens verſ. 281. ibi Mercurio puerum diua Cythereis de natũ etq; ſequuntur.*

in vnum coaluiſſe, Rogaſſeque Iouem filium illum, tunc Hermaphroditum factum & vtriúſque ſexus compotem, ne ſolus illa ignominia notaretur, vt cæteri qui eo fonte lauarentur, ſuo more molleſcerent: indéque dictos vtróque ſexu præditos, Hermaphroditos: quod ad ſimilitudinẽ Hermaphroditi androgynes ſint. Sed & Plinius [a]. Gignuntur inquit vtriúſque ſexus, quos Hermaphroditos vocamus, olim Androgynes vocati & in prodigiis habiti, nunc verò in deliciis. Et rurſum [b]: contra,mulierũ paucis prodigioſa aſſimulatio, ſicut Hermaphroditis vtriúſque ſexus. Idem etiam alibi [c], meminit, populum Androgynum eſſe 14 in Africa vtráque ſpecie coeuntem, dextra mamma hominis, ſiniſtra mulieris: quia autem dubitatur interdum, ex quo ſexu nomen accipiant, ita dictos ſcribit, D. Auguſtinus [d]. Verũ & Plato in Conuiuio,ſiue de amore, fabulatur tales omnes homines ab initio fuiſſe, eoſque quatuor 15 manus,& totidẽ pedes habuiſſe;atq; hinc robuſtos homines euaſiſſe,hoſq; in Deos robori fidentes,bella mouiſſe: Demũ ob iniuſtitiam diſſectos per mediũ: hincque trahit rationem, cur mulierẽ vir appetat, eoquod,inquit, media eius cẽſeatur pars, & natu-

a *lib.7. naturalis hiſtoriæ.c.3.*

b *in lib.11. c.49.*

c *lib.7.c. 2.& 3.*

d *lib 16.de ciuit. Dei.*

& naturaliter ad mediã reliquã ſui partẽ, coniungi deſideret: cõmentũ amatoribus
6 quidẽ & mœchis non iniucundũ, reuera tamen falſiſſimũ, quãquam id retuliſſe incongruũ nõ videatur, vt intelligamus pro monſtro Hermaphroditũ non haberi, & hunc idcirco, ſucceſſionum, & reliquorum actuũ cõmunium hominibus, capacem cenſeri. Eo obſeruato, vt cogatur qui huiuſmodi eſt eligere ſexum alterum, in quo magis præualere poſſit.
7 Tunc enim priuilegiis vel maris vel fœminę, prout elegerit fruitur.

---

## CAP. VI.

*De hominum ſecunda diuiſione ratione ſeruitutis & libertatis, vnde aliæ ſortes hum. næ.*

1 Secundo aliæ ſortes hominum ſunt, nõ omnino naturæ vel ab ortu naturali, ſed naturæ additę iure aliquo gentium. Cum enim hominũ ab initio vnũ eſſet à natura genus, tria poſteà hominũ genera ex ſeruitute & manumiſſione eſſe cœperunt: & alij dicti liberi, alij in contrarium ſerui, alij libertini vel liberti, qui deſierunt eſſe ſerui [a]. Et liberi quidem naſcuntur, iiq; dicti ingenui Iuſtinian. [b]

*[a] teſt's Vlpian. in l. manmiſſiones l. 4. De iuſtitia & iur. li. 1. P. tit. 1. & Iuſtinian. in §. 1. de libertinis li. 1. inſtitutiõ. iur ciui. ti. 5*

*[b] in §. de ingenuis, li. 1. inſtitut. tit. 4.*

poſſunt, nunquid alio opifice fabricata
quàm Deo? vel facta eſſe, cum prius non
fuiſſent, dicimus? Et rurſùm, ponam ve-
rò ea quæ natura gigni dicuntur, arte
diuina fieri, Quæ autem ex his, ab homi-
nibus componuntur, humana: atque hac
ratione duo effectricis genera, Diuinum
& humanum. Sufficeret certè hic, o-
mnium Ethnicorum ferè præſtantiſſi-
mus Plato, ad conuincendos reliquos i-
gnorantię, infeliciſſimos philoſophos, à 7
quo, tum etiam Chriſtianæ fidei com-
pos Lactantius, qui libros Moſis & lege-
rát, videtur hauſiſſe & explicaſſe præ-
ſtantiſſimam illam c. 15. diſputationem
libri ſeptimi, de Diuino præmio. Ex qui-
bus etiam, nugæ & fabulæ Ægyptio-
rum deteguntur, qui aniliter finxerant,
primum homines, & cætera omnis ge- 8
neris animantia, ex humore & terra ſo-
lis calore effractis pelliculis, veluti pul-
los ex ouorum teſtis, enatos, atque cæ-
tera orta. vt ſcribit Diodorus Siculus[a].
Pelluntur & pariter reliquorum philo-
ſophorum, de principiis phanaticæ &
commentitiæ opiniones, Parmenidis, Me-
liſsi, Democriti, Heracliti, Anaximandri
Antiphontis, Empedoclis, Pythagoræ.
Quas etiam improbatus in ſua ſententia
Ariſto-

a *lib. 1. Biblio. c. 1.*

Ariſtoteles, improbat, & reiicit[a]. Nec minus improbanda Lucretij ſententia, qui adſtruere nititur[b]. Corpora omnia mundi, omniáque animalia, non à Deo facta aliquo, ſed enata fortuitò, ex corporum primorum (quæ ipſe finxit) concurſu. ídque multis libro primo proſequitur, à verſu. 1306. qui incipit Nunc animum nobis, vſque ad finem libri, cùm & ipſe nec cũ fictione & cõmento ſuo, potuerit originem rerũ percipere, nec ſuorum corporum fictitiorum, niſi fateatur à Deo creata quod tamẽ ille ſacrilegus & impius, negare auſus ſuo cum damno æterno eſt. à quo etiam, alius illius ſeculi poeta, non minus doctus Vergilius, ſumma cum ratione nobiſcum, diſſentit. Dum ſcribit[c].

a in prim phyſi.

b lib. de re- rũ natura.

Principio cœlum, ac terras, campóſque liquentes,
Lucentémq; globũ Lunæ, Titaniáq. aſtra,
Spiritus int⁹ alit, totámq. infuſa per artus
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.
Inde hominũ pecudúmq. genus, vitaq́ue volantum,
Et quæ marmoreo fert monſtra ſub æquora pontus.
Igneus eſt illis vigor, & cæleſtis origo
Seminibus.

c lib. 6. Aeneid. verſ. 724.

Item Ouidius libro primo Metamorphoſeos, [illegible] ab initio vſque ad verſum,

Aurea prima ſata eſt ætas. eadem tractat, niſi quod aberret circa Chaos, nec dicat illud creatum ex nihilo fuiſſe. Et pariter in fabula Promethei atque Deucalionis. Quanquam ſciam, de diuina prouidentia illud fuiſſe dictum quoſdam exiſtimaſſe, ſicut & poteſt à notatione nominis Promethei, colligi, & ex eius eidolo. Quæ omnia mutuatus eſt Ouidius ab Heſiodo Aſcræo, qui de Chao[a]. ἤ τοι μὲν πρώτιστα χάος γένετ᾽ αὐτὰρ ἔπειτα, id eſt, ſic ait, Primum quidem chaos fuit, poſtea cætera. Sed ante illos Sibylla Erythręa[b]. de Deo loquens ita cecinit ὅς μόνος 11
ἐστὶ θεὸς κτίστης, ἀκράτητος ὑπάρχων, αὐτὸς στήριξεν μερόπων μορφὴν τε τύπον τε Αὐγὰς μῖξε, φύσιν πάντων, γενετῆς βιότοιο, id eſt, Solus Deus creator, qui non fuit compoſitus, ipſe ordinauit hominum formam & Typum, Radios miſcuit & naturam omnium, generationis vitę. Et rurſum eadem[c].

Ὕψιστον βασιλῆα, ὅς ἔκτισε κόσμον ἅπαντα
Εἴπας γενάσθω, καὶ γίνατο. ἥδρασε γὰρ γῆν,
Ταρτάρῳ ἀμφίκλον, καὶ φῶς γλυκὺ αὐτὸς ἔδωκε,
οὐρανὸν ὕψωσε, γλαυκὴν δ᾽ ἥπλωσε θάλασσαν,
καὶ πόλον ἐστεφάνωσεν, ἅλις πυριλαμπέσιν ἄστροις.
καὶ γαῖαν κόσμησε φυτοῖς, ποταμοῖσι δὲ πόντον,
Χευάμενος ἐκέρασε, καὶ ἀέρι μῖξεν ἀΰτμας,
καὶ νέφεα δροσόεντα, τιθεὶς ἄερα καὶ γένος ἄλλο

Ἰχ-

a in Theogonia. verſ. 116.

b vt legimus lib. 1 oraculorum ſibyllinorū. verſ. 91.

c eod. lib. ver. 100.

ἰχθύας ἐν πελάγεσσι, καὶ ὄρνεα δῶκεν ἀήταις.
ὕλαις δ' αὖ θῆρας λασιαύχενας, ἠδὲ δράκοντας
Ἑρπυστὰς, καὶ παίθ' ὅσα κυκλόσε νῦν καθορᾶται
Αὐτος ταῦτα ποίησε λόγῳ καὶ πάντ' ἐγινήθη
ὦκα καὶ ἀτρεκέως. id eſt,

O ſupremum regem, qui creauit mundũ omnem, Dixiſti fiat & factum eſt! Firmauit itaque terram, & circum infima, mare: & ipſe dulce lumen dedit, cœlum in altum ſubuexit, & cęruleum mare explicuit, cœlumque renidens aſtrorũ clara cinxit denſáque corona: & terram ornauit plantis, & pontum fluminibus, illi eos infundens: & miſcuit aëre ventos, & nubes roriferas faciẽs: vtique & aliud genus, Piſces in aquis: ventis commiſit volucres, & feras hirſutas ſyluis, draconéſque & ſerpentes. Breuiter, quæ nunc vbique cernuntur, hæc fecit verbo, & ſunt protinus omnia facta, & verè. Nec ſolum generatim diſtributio ſortium facta à Deo eſt, verumetiam, quæcunque ſpecialiter ſiue hominibus, ſiue reliquis rebus, in ſortem & partem ceſſerũt, à Deo elar-
12 gita ſunt. hæc illa. Nec quicquã habemus eſſentiæ, quod non Deo acceperimus, vt ſcribit D. Paulus[a] ideo apud D. Matthęũ[b] dicitur, ſi noſtis bona data vobis, dare filiis veſtris, quanto magis dabit Deus pe-

a epiſt 1. ad Cor c. 4.
b 6. c.

tentibus, is enim dat affluenter, vt ait Diuus Iacobus.[a] Hic quippè,terram largitus in ſortem filiis hominum, & eſcã eſurientibus,[b] ab hoc, pars & ſors Sapiē- 13
tiæ.[c] Hinc poteſtas in ſpiritus,& in morbos.[d] Et vnicuique quædam dedit Deus, vt ſcribit Paulus.[e] Datur à Deo fidei donum acceptum, & ſors in domo Dei acceptiſsima,[f] & ſors iuſtorum,ab impiorũ ſorte,alia, ſcilicet vt cõputentur inter filios Dei,alij nequaquã.[g] Et hæc ipſa ſors Dei,qui nos dignos fecit in partē ſanctorum Dei,vt D.Paulus ait. Quamquã pauci iſtius ſortis digni reddantur,deſeruiētes potius animalibus & propriis affectionibus,quam volũtati Dei,qui omnes,homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionem 14
venire veritatis. Hinc clericus dictus, ab oblatæ ſortis receptione,quòd in ſortem domini vocatus & receptus ſit.[h] Et vt vno verbo dixerim,hæ ſortes à Deo diſtributæ vel probatæ non impropriè talenta dicuntur[k] quorum,alij vnum,alij duo,alij plura ſub fœnore reſtituenda receperunt. Sed quia electionis materia & tractatio,limites excedit iuriſprudentiæ ciuilis, Theologorum propria, tandem de illa finem facio,humili, qua par eſt ſubiectione ſegetem alienãm ſuis dominis,qui ſacrarum literarum aſsiduæ tra-

a in epi.c.1.
b pſal. 113.
c prouer.c. 2.& 3 lib. regum.c.4. Daniel.2.
d Marci.3. & 6.
e epiſt.2.ad Corint.c 3.
f Sapiēt.c.3
g Sapiē.5.c
h ad Coloſ. c.5.
i in canon. cleros 21.diſtinction.in prima parte decre. et in can.clericus 2. cauſa quæſt.1. et can. duo ſunt 13.canon. quæſt. 1.in ſecũda parte decr.
k Matthæi c.25.

ctationi inuigilant, concedens: non potui tamen omnia prætermittere, præbita ipſius negotij occaſione, quæ ita expoſcere vt aliqua hac de re admoneremus, neceſſarium eſſe perſuadebat: Sicuiquam autem, vltra quòd dicunt crepidam, manum porrexiſſe videamur, eum hoc boni & æqui conſulere oro obteſtórque, & eo quo nos ſumus erga reipublicæ commodum, animo, eſſe velim, & ſi hoc illi adſcribi dignum non cenſeat, ſaltem non nocere mecum exiſtimet.

## Cap. v.

*De diſtributione humanarum ſortium per media, & de diſtinctione perſonarũ ſecundum iuriſperitorum regulas.*

1 AD ſortes quę natura mediãte animalibus & rebus diſtribuũtur, trãſeo, dum primũ perſuaſũ fuerit & cognitũ, naturã, omnẽ vim & facultatẽ, velut legẽ à Deo immediatè habuiſſe. Et ita principiũ eſt natura, ſic. n. definit naturã Rabi Iehudah Bẽ Leui, in li. Alcozer. אשר בחינוחוי נוע חוצא בי בעצם במקרה התחלה וסבח הדבר אשר, id eſt, Natura eſt inquit, principium & cauſa, qua mouetur res, in qua eſt per ſe, non per accidens. Et

2 Diuus Auguſtinus.[a] Naturam dicit, id quod intelligitur in ſuo genere aliquid eſſe. Etſi Ariſtoteles duplicem naturã col-

[a] de moribus Manichaeorum.

ligat: aliam vt materiam, aliam vt formam.[a] Cæterùm, circa horum explicationem duæ nobis ſe offerunt tractationis viæ: vna quidem, qua à rebus, vtpotè in mundo prius creatis, initium facere liceat: altera qua à perſonis, vt nobiliori- 3
bus. Placet tamen à perſonis initium trahere, ſequuti iuriſconſultorum methodum, cum iura perſonarum potiſsimum cauſa lata ſint, vt ſcribit Iuſtinian.[b] & Hermoge.[c] Digniora etiam præponi debere, docet idem Iuſtinian.[d] & Ariſtoteles.[e] Nobilitas autem hominis vel ex eo oſtenditur, quòd dicatur dignitatem ſuper omnia conſeruare, neque aliqua acceſsione aliis inhæreat vt, annotauit Pau- 4
lus Iuriſconſult.[f] cùm natura cuncta illius produxerit gratia, vt ſcribit Caius.[g] & Iuſtinianus.[h] Et Criſpus Saluſtius[i] falsò inquit, queritur de natura ſua genus humanum, quod imbecilla atque æui breuis, forte potius quàm virtute regatur: nam contra reputando, neque maius aliud, neque præſtabilius inuenias, addit plura T. Carus Lucretius,[l] atque de nobilitate hominis multa in Aſclepio Mercurij Triſmegiſti,[k] & abundè Plato in Ti-

a li. 2. phyſicorū c. 8.
b in §. fina. de iur. nat. gent. & ci. lib. 1. inſtit. iur. ci. ti. 2.
c in l. 2. de ſtatu hom. lib. P. tit. 5.
d in §. aliā vero de bonor. poſſeſsi. li. 3. inſti. iu. ciuil. ti. 10.
e lib. de cōmu. animaliū greſſu.
f in l. iuſtiſsimè l. 44. de Ædilitio edicto, lib. 21. P. tit. 1.
g in l. in pecudū. l. 28. de vſur. li. 22. P. tit. 1.
h §. in pecudum. de rerum diuiſio. li. 2. inſt. iur. ciuil. ti. 1.
i in principio Hiſtoriæ de bello Iugurtino.
x libr. 3. à verſ. 23.
l c. 3.

mæo,

mæo,& alibi Ariſtoteles & alij. Itaque hominum nō parua in ſortibus & diſtinctionibus naturalibus, differentia: ſunt enim ferè omnes diſsimiles inter ſe, ſingulíque ad ſingula prompti opera, natura producti, vt ſcribit Plato,[a] docet & Propertius.[b]

Omnia (inquit) non pariter rerum ſunt omnibus apta,
Fama nec ex æquo ducitur vlla iugo.
Gloria Lyſippo eſt animoſa effingere ſigna,
Exactis calami, ſe mihi iactat equis:
In veneris tabula, ſummam ſibi ponit Apelles:
Pyreïcus parua, vindicat arte locum.
Argumenta magis ſunt Mentoris, addita formę,
At Myos exiguū flectit Achantus iter.
Phidiacus ſigno ſe Iupiter ornat eburno,
Prax itelem Parius vindicat arte lapis.
Sunt quibus Elęæ concurrit palma quadrigæ,
Sūt quibus in celeres, gloria nata pedes.
Hic ſatus ad pacem, hic caſtrenſibus vtilis armis,
Naturæ ſequitur ſemina quiſque ſuæ.

Et Claudianus.[c]

Singula quemque

a lib.12. de rep ſiue de iuſto Dialogo.2.

b lib.3.carmin. Elegi. 8. ad Mecœnatē ſcribēs. ver.7.

c in laudib. Still. cons Panegyri. 1.ver.30.

Nobilitant,hunc forma decens, hunc robur in armis,
Hunc rigor, hunc pietas, illum ſolertia iuris,
Hunc ſoboles,caſtique thori.

Hûc pertinet tota ode prima, libri primi
carminum Horatij, & aliorum multo-
rum anacephalæoſes. Ariſtoteles etiam [a] 6
obiter concludit,naturam cuique tribue-
re ſolere,rem qua vti poſsit: Illæ autem
res, plures ſunt ſortes,quarum nos quaſ-
dam ſtudioſorum cauſa, quæ ad iuris fa-
cere poſsint cognitionem,percurremus.
Et primũ homines generali nota & ſor-
te,natura diſtinguuntur, vt alij mares alij 7
fœminæ, alij Hermaphroditi dicantur.
Nam hominis appellatio ad vtrumq; por-
rigitur ſexum, authore Caio, [b] ſic verbũ
ἄνθρωπος Grecis, Adam Hebręis, vnico no-
mine repreſentat ſexum vtrumque:adſti-
pulatur Ficinus, [c] & textus geneſis, mun-
di, [d] vbi Deus creauit hominem, maſcu-
lum & fœminam creauit illos. Neque id
in iure, annotaſſe ſuperfluum, cum in ple-
riſque iuris negotiis, deterioris conditio-
nis ſint fœminæ viris, Papiniano teſte. [e] &
Iuſtiniano. [f] Ab initio autem, hanc ſortẽ
naturâ cuique contingere incommuta-
biliter exiſtimant Iuriſconſulti, ab eo tẽ- 8
pore,

a *lib. 4. de partibus animal. c. 10*

b *in l. hominis appellatio. l. 152. de verbor. ſignificat. lib. 50. P. tit. 16.*

c *in 7. Dialog. Platon. de legi.*

d *in l. in multis l. 9. de ſtat. hominum lib. 1. P. tit. 9. vbi plures annotãtur caſus à gloſſa.*

e *in l. final. de receptis arbitris, li. 2. C. tit. 56.*

pore,quo partus ab vtero in lucem erū-
punt & eduntur,ſi ad nullā monſtri turpē
& extra humanam non declinēt formā,
vt ſcribit idem Iuſtinianus Cæſar.[a] Con-
ſiderántque leges ſortes potiſsimū homi
num vt natorum: Et ſi quid de non natis
ſtatuāt, id ea ratione quod naſcituri ſunt,
faciunt,& prout non ſexum ſed vitā con-
9 ſiderant:atque ſicut medici & alij, ab alio
tempore homines conſiderant,partū hu-
manum ante eius natiuitatem perpen-
dentes,poſtquam ex ſemine Embryo, &
ex Embryone corpus ſuis organis in vte-
ro compactum eſt, & ab animato partu:
eáque de re vidēdus Hippocrates.[b] Gale-
nus etiā,[c] ſcribit cum Hippocrate,infan
tem in vtero dici fœtum animatū,& non
fœtum ſimpliciter amplius, partibus ſuis
eo abſoluto. Tractántque eius cauſa Iu-
riſconſulti de partu cuſtodiendo, & ſuſ-
pendunt ob id rerum & negotiorum iu-
dicium,cautione interim adhibita. Quē-
admodum in hypotheſi qua mulier di-
uertens,ſe prægnantem negabat aſſeren-
te marito,quo caſu demandatur inſpectio
obſtetricibus,& cuſtodia ventri adiungi-
tur,per reſponſum Vlpiani.[d] Et pariter in
muliere prægnātē conſideratur partus &
fœtus,non tanquā natus,ſed ea ſpe quod

a *in l. quod certa: ū eſt l. 3. de poſthumis heredib. inſtituen. lib. 6. C. tit. 29. et in l. cum inter veteres l. 14. de fidei commiſſar libertat. li. 7. C. ti. 4.*

b *li. de pueri fœtúsve nat. & lib. de ſeptimeſtri partu.*

c *li. de ſemine.*

d *in l. 1. de ventre inſpiciendo, li. 25. D. ti 4*

viuus naſciturus ſit. Datúrque ventri, non
puero naſcituro, curator. Et venter dici-
tur tantum mitti in poſſeſsionem, vt cõ-
ſtat ex toto titulo de ventre in poſſeſsio-
nem, mittendo.[a] Huc pertinet tractatus
poſthumorum. De quorum ſorte, in titu-
lis de poſthumis hæredibus inſtituen.[b]
Extat & titulus de liberis & poſthumis.[c]
Et omnium ferè difficultatum quæ circa
horum commoda accidere poſſunt, re-
ſolutio adfertur à Paulo Iuriſconſult.[d] vt 10
qui in vtero eſt perinde ac ſi in rebus hu-
manis eſſet, cuſtodiatur, quoties de com-
modo ipſius partus quæritur: quamquam
alij antequã naſcantur nequaquam pro-
ſit. Et rurſum in vtroque iure tam diui-
no quàm humano, in procurati abortus
crimine, & in pœna eius imponenda, per- 11
penditur num partus eſſet animatus &
perfectus, vt tunc homicidij reus ſit: An
verò nondum perfectus, vt leuius pro mo
do culpæ vindicetur admiſſum, vt legi-
tur in Exodo,[e] & apud Diuum Auguſti-
num in quæſtionibus in Exodum. Cuius
ſententiam retulit Gratianus in corpus
iuris canonici,[f] tradit & Sthephanus 5.
ſumm. pontif.[g] & iure ciuili parricida-
rum lex & homicidij, nota eſt in eos eáſ-
vc qui viuos ſuffocant partus: in eas autẽ
qui

a *lib. 37 P. tit 8.*
b *lib. 6. C. tit. 9.*
c *lib. 28. P. tit. 2.*
d *in l. qui in vtero eſt l. 7. de ſtatu hominũ. li. 1. P. ti. 5.*
e *Exo. c. 21.*
f *in can. quod vero, & ea c. Moyſes 32. q. 2. in 2. parte decr. Gratiani.*
g *in c. conſuluiſti 2 q. 5 in 2. parte decret.*

qui medicamentis partus antequam animati eſſent abegerint, exilium conſtituitur à Martiano.[a] Vlpian[b],& Triphonio[c]. Ex conſilio tamen Guarmacenſi, reus homicidij indiſtinctè eſt,qui eo animo propinauit pharmaca ſterilitatis, vt vel expleret libidinem, vel ne ſoboles in futurum naſceretur[d]. Diximus autem, alios nec maſculos, nec fœminas ſeorſum
2 propriè dici, & hos Hermaphroditos vocari, qui cum vtrumque ſexum habeant, eius ordinis cenſentur, in quo ſexu præualent. vt ſcribit Vlpianus[e]. Nam quibus geminus ſexus ineſt, & gemina genitalia, maris & fœminæ, alterum ratum, alterum irritum redditur, cum per alimentum ſubinde deliteſcat, quia præter naturam eſt, vt ſcribit Ariſtoteles[f], qui de eius generatione tradit, ſicut &
13 Hippocrates[g]. Cur autem Androginos dicatur Hermaphroditus, ſatis conſtat ex fabula Ouidij, quæ ſcribitur libro. 4. Metamorphoſeôn.[h] quia narratur, ſi lium Mercurij (qui Græcis Hermes dicitur) & Veneris (quæ iiſdem dicitur Aphroditis) in Salmacidem fontem Cariæ profectum, adamatúmque à Salmacide nimpha fuiſſe, quæ vna Naiadum erat. Atque vtrumque per complexum,

a in l. Diu. Seuer. l. 4. de extraor. crim. li. 47 P. tit. xi.
b l. ſi mulierē l. 8. ad leg. Corn. de ſicar. li. 48 P. tit. 8.
c l. Cicero. l. 39. de pœnis lib. 48. P. tit. 20
d c. ſi quis c. 5. de homici. li 5. decre. ti. 12.
e in l. quæritur. l. 10. de ſtatu hominū lib. 1. P. tit. 5.
f lib. 4 de gener animal. c. 4
g lib. de vitiatione
h incipiens verſ. 281. ibi Mercurio puerum diua Cythereide natū etq. ſequuntur.

in vnum coaluiſſe, Rogaſſeque Iouem filium illum, tunc Hermaphroditum factum & vtriúſque ſexus compotem, ne ſolus illa ignominia notaretur, vt cæteri qui eo fonte lauarentur, ſuo more mollescerent: indéque dictos vtróque ſexu præditos, Hermaphroditos: quod ad ſimilitudinẽ Hermaphroditi androgynes

*a lib.7. naturalis hiſtoriæ.c.3.* ſint. Sed & Plinius [a]. Gignuntur inquit vtriúſque ſexus, quos Hermaphroditos vocamus, olim Androgynes vocati & in prodigiis habiti, nunc verò in deliciis.

*b in lib.11. c.49.* Et rurſum [b]: contra, mulierũ paucis prodigioſa aſſimulatio, ſicut Hermaphroditis vtriúſque ſexus.

*c lib. 7.c. 2.& 3.* Idem etiam alibi [c], meminit, populum Androgynum eſſe 14 in Africa vtráque ſpecie coeuntem, dextra mamma hominis, ſiniſtra mulieris: quia autem dubitatur interdum, ex quo ſexu nomen accipiant, ita dictos ſcribit,

*d lib 16.de ciuit. Dei.* D.Auguſtinus [d]. Verũ & Plato in Conuiuio, ſiue de amore, fabulatur tales omnes homines ab initio fuiſſe, eoſque quatuor 15 manus, & totidẽ pedes habuiſſe, atq; hinc robuſtos homines euaſiſſe, hoſq; in Deos robori fidentes, bella mouiſſe: Demũ ob iniuſtitiam diſſectos per mediũ hincque trahit rationem, cur mulierẽ vir appetat, eo quod, inquit, media eius cẽſeatur pars, & natu-

& naturaliter ad mediã reliquã ſui partẽ, coniungi deſideret: cõmentũ amatoribus
6 quidẽ & mœchis non iniucundũ, reuera tamen falſiſſimũ, quãquam id retuliſſe incongruũ nõ videatur, vt intelligamus pro monſtro Hermaphroditũ non haberi, & hunc idcirco, ſucceſſionum, & reliquorum actuũ cõmunium hominibus, capacem cenſeri. Eo obſeruato, vt cogatur qui huiuſmodi eſt eligere ſexum alterum, in quo magis præualere poſſit.
7 Tunc enim priuilegiis vel maris vel fœminę, prout elegerit fruitur.

---

## CAP. VI.

*De hominum ſecunda diuiſione ratione ſeruitutis & libertatis, vnde aliæ ſortes hominũ.*

Secundo aliæ ſortes hominum ſunt, nõ
1 omnino naturæ vel ab ortu naturali, ſed naturæ additę iure aliquo gentium. Cum enim hominũ ab initio vnũ eſſet à natura genus, tria poſtea hominũ genera ex ſeruitute & manumiſſione eſſe cœperunt: & alij dicti liberi, alij in contrarium ſerui, alij libertini vel liberti, qui deſierunt eſſe ſerui [a]. Et liberi quidem naſcuntur, iiq; dicti ingenui Iuſtinian. [b]

*a teſt. s Vlpian. in l. manumiſſiones l. 4. De iuſtitia & iur. li. 1. P. tit. 1. & Iuſtinian. in ſ. 1. de libertinis li. 1. inſtitutiõ. iur ciui. ti. 5*

*b in ſ. de ingenuis, li. 1. inſtitut. tit. 4.*

ſerui etiam & naſcuntur & fiunt.[a] Naſ-
cuntur autē, ratione ſtatus matris, cuius
conditionem partus ſequitur, & vt nos
loquimur, partus ſequitur ventrem, vt
ait Gordianus[b]. Sicque ex eadem matre 2
nunc libera & alio tempore ſerua, duo, di-
uerſæ conditionis partus, & ingenuæ &
ſeruilis, edi poſſunt, vt in Hypotheſi Tri-
phonij iuriſconſulti[c]. Liberti autem
ſunt, qui ex iuſta ſeruitute manumiſſi
ſunt, & à dominorum poteſtate & manu 3
liberati. De quibus, & de definitione li-
bertatis, & ſeruitutis, conſulatur Caius
Iuriſconſul. Florentinus & Martianus d.
Horum autem, & Lacheſin diuerſam
certè & pugnantem eſſe, nemo eſt qui
non diiudicet. Atque meliorem eſſe ſer-
uitute libertatem, vel ex vtriuſque fini-
tionis collatione primum conſtat. Li-
bertas quippe eſt, naturalis facultas eius
quod cuique facere libet, niſi ſi quid vi 4
aut iure prohibetur, vt ſcribit Florenti-
nus[e], & Iuſtinianus.[f] Et Ariſtoteles[g],
vnicum eſſe hoc libertatis ait, viuere v-
numquemque prout vult, contrariū au-
tem ſeruitutis. Hæc ineſtimabilis à Pau-
lo Iuriſc. & Vlpiano dicitur[h], & à Iuſti-
niano[i], & Paulus iterum, gratius nihil

a §. ſerui autem de iur. perſon. lib. 1. inſtit. tit. 3.
b in l. partū l. 7. de rei vendicat. lib. 3. C. tit. 32.
c in l. Arethuſa. l. 25. de ſtatu homi. li. 1. P.
d in l. 3. et 6. Flor. l. 4. Mart. l. 5. de ſtat. homin. lib. 1. P. tit 1.
e in dicta l. 4. de ſtatu hominū
f li. 2. Polit.
g Pau. in l. libertas l. 107 & Vlpia in l. nō eſt ſingulis l 137 §. infinita. de regu. iur. li. 50. P. titu. 17
h in §. pen. quib. ex cauſ manum. nō licet li. 1. inſtit. iur. ciu. ti. 6

hac, ſeruis eſſe dixit [a], & non tantum ſeruis huius adeptio grata, ſed bonis omnibus huius conſeruatio curæ eſt, malis pariter & ignauis & ſtrenuis, optabilis, vt ſcribitur in vltimo fragmento Criſpi Saluſtij, Epiſtola ad Cæſarem de republica ordinanda. Et Iſocrates in Archidamo [b], ita ſcribit, πρότερον μὲν γὰρ ὑπὲρ τοῦ τῶν ἄλλων ἄρχειν ἠγωνιζόμεθα, νυνὶ δὲ ὑπὲρ τοῦ μὴ ποιεῖν αὐτοὶ τὸ προσταττόμενον, ὃ σημεῖον ἐλευθερίας ἐστὶν ὑπὲρ ἧς οὐδὲν ὅτι τῶν δεινῶν οὐχ ὑπομενητέον, οὐ μόνον ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς μηδὲ ἀνάνδρως διακειμένοις, ἀλλὰ καὶ κατὰ μικρὸν ἀρετῆς ἀντιποιουμένοις, id eſt, Prius vt aliis imperaremus certabamus, nunc autem, ne faciamus ipſi quod nobis iniungitur, quod ſignum eſt libertatis, pro qua non ſolum nihil nobis aſperi non ſuſtinendum, ſed aliis quoque effœminatâ non imbutis mente, ſed virtutem vel ex modica parte ſibi vendicantibus. Ita Cicero de lege agraria agens contra Publium Seruilium Rullium [c], libertatem ab omnibus non tantum hominibus, ſed etiam à beſtiis experi, & rebus omnibus anteponi ſcribit. Docentque id animalia, vt aues caueis incluſæ, quæ vel moriuntur, vel cantus ſuauitatem præ libertatis amiſſæ mœrore amittunt. Et idcirco merito

a *l. Paulus l. 39. de fideicõmiſſar. libertatib. lib. 40. P. titul. 5.*

b *oratione 14.*

c *oratione 16.*

Dionyſius Halicarnaſſęus [a], vocat liberta
tem, maximum inter homines benefi-
cium: & Paulus antè non natura, ſed for-
tuna ſeruos à liberis differre ſcribit. Et
Lorarius in captiuis apud Plautum [b].
Omnes, inquit, profectò liberi lubentius
Sumus, quam ſeruimus.
Et Titus Stroſa, libertatem cunctis bonis
anteferendam prædicat. Student itaque
omnes homines libertati, vt Cæſar ſcri- 5
bit. [c] atque vt Cicero notat, [d] libertatis
ſpe propoſita, conditionem ſuam, alio-
quin miſeram, ſuſtinent & ferunt. Li-
bertatis autem ſeruis ſignum antiquitus
erat, Pileus, vt eſt author, Apianus Ale-
xandrinus, [e] addit autem Liuius [f]: cum
illo aliud Symbolùm. Nempe cum Pi-
leo & Lanam albam. Sic ſeruum ad pi-
leum vocari dictum, ideſt ad libertatem,
vt apud Suetonium legitur [g], erat autem
Pileus, tegumentum capitis, quod ſerui
libertate adepta, capite raſo accipiebant. 6
Idcirco vendebantur aliqui ſerui Pileati,
quorum nomine venditor nihil præſta-
bat, quod huiuſmodi conditionis man-
cipia inſignia eſſe deberent, vt author
Gellius [h]: ex Cœlio Sabino Iuriſconſulto.
Non alia, vt exiſtimo, ratione, quā quòd
hi libertatem mererentur. Cæterum, 7
cùm

a *lib.4. antiquitatum Romanar.*
b *act.1. ſcena.2.*
c *lib.4. cōmentarior. bellor. ciuilium.*
d *pro Caio Rabirio, oratione 18.*
e *li.2. bellorum ciuiliū*
f *lib. 4. decadis. 3.*
g *in Tyberio Cæſare.*
h *lib.7. Noctium Attic. 4.*

cùm homo, conſtet anima & corpore, ita duas eſſe ſeruitutis ſpecies, & corporis & animæ conſtat, totidem & libertatis, vera autem illa eſt libertas, quæ prauis animi affectibus, nullomodo ſeruit nec regitur, ſed illis, vt Dominus imperat, & cum quis vitiorum contagionibus & mollibus delinimentis, non patitur ſe irretiri: quando veluti animoſa quędam fera, laqueos omnes & paſſionum & affectionum diſrumpit & diſſipat. Et cùm anima maior nobiliórque ſit corpore, vt potè quæ data eſt ad corpus regendum, ſitque immortalis & diuinior, libertas etiam illius, prętantior cenſetur, & ſeruitus grauior: vt teſtis etiam Galenus a. Etenim, inquit, turpè eſt libertatem eam quæ humanis legibus accepta refertur, maximi facere: eam autem quæ & verè & natura ipſa eſt libertas, non omni ſtudio petere: ſed inhoneſtis ac impuris: & tyrannicis dominis ſeruire: lucris videlicet, & minutiſſimis quibuſq; pecuniariis rationibus cupiditatibus, cũ principat⁹, tũ glorię, tũ honoris. Hoc etiã b Cicero b: probat in paradoxo, ὅτι μόνος ὁ σοφὸς ἐλεύθερος, καὶ πάντες οἱ μωροὶ δοῦλοι, i, quod omnes ſapientes ſint liberi, & ſtulti Serui. Cuius ſententiæ fertur author Zeno,

a *lib. 1. de cognoſcendis curandiſq; animi morbis.*

b *in paradoxis.*

vt ſcribit Diogenes Laertius. a Extat
quoque hac de re eruditiſſimus Philonis 8
Iudęi libellus, quod liber ſit quiſquis
virtuti ſtudet. Atque Plutarchus, b vult
rationes, libertatem temperandam eſſe
omnem citra quam nemo liber dici po-
teſt, nec ij, qui cum alterius dominio li-
beri ſunt, tamen voluntariè, aut pecuniæ
aut fortunæ ſeruiunt, vt ſcribit Ariſtote-
les. c Et idem author d. Duas ſpecies li-
bertatis ponit, totidemque ſeruorum: v-
nam naturalem, cum naturaliter inferio- 9
res parent ſuperioribus, vt in domo ſub-
diti, dominis. Aliam barbarorum, &
mancipiorum: videtur etiam, quædam
ſeruitia eſſe naturaliter, dixiſſe: vt coqui-
nariam artem, & reliqua quæ enumerat.
Quæ tamen potius obſequia quam ſer-
uitutes dici merentur. Quemadmodum
Plato e, obedientiam à filio libero pæ-
dagogo etiam ſeruo pręſtitam, virtutis &
diſciplinę cauſa, ſeruitutem dixit, verũ
impropriè, at perquam propriè in mẽte
dicitur ſeruitus & libertas. Vt apud Sene
cã. f Quid ſit libertas, inquit, quæris? nulli 10
neceſsitati, nullis caſibus ſuccũbere, fortu
nam in ęquũ reducere. Cęterũ D. Bernar-
dus g, tres ſpecies poſuit, videlicet liber-
tatem à peccato, à miſeria, à neceſſitate.

*a lib.7. de vit. philoſo. in Zeno.*
*b lib. de diſcretione adulatoris & amici.*
*c lib.2. Rhetoricor. ad Theodect. c.21.*
*d lib.1. polytic. c. 4.*
*e in Lyſide*
*f epiſto. 47.*
*g de libero arbit.*

Et hanc

Et hanc vltimam à natura proficiſci putas, cum neceſſitate, primam etiam dicit naturæ, ſecundam gratiæ, tertiam gloriæ: & primam habere multum honoris, ſecundam plurimum virtutis, tertiam, mul
11 tum iucunditatis. Diuus etiam Augustinus[a], veram ait libertatem Christianam, cùm quis ſe à peccato, & rerum mutabilium imperio ſeparat, vt ſoli Deo ſubiiciatur. De qua loquitur & Diuus Paulus ſæpè[b], Diuus Iacobus[c], Diuúſque Petrus[d]. Ita eo modo libertas eſt, ſeruire Deo, il-
12 láque præmium hominis & tandem merces: cùm ſeruire Deo ſit regnare. Quamobrem ſeruitus hæc, nihil aliud eſt quam honos, & cultus diuinus Deo exhibitus, ſeruitus inquam, multis ac præclaris Prophetarum & patrum oraculis iniuncta, vt in Deuteronomio[e], illi ſoli ſeruies, in lib. Ioſue[f], in primo Regum[g], in ſecundo Paralipomenon[h], in hiſtoria Iudith[i], in pſalmis[k] in Daniele[l]. Apud DD. Matthæum[m] Lucam[n], & Paulum[o], de qua non vltra ſermonem prorogabo, cùm potius ad Theologos pertineat eius tractatio, tantum de ſeruitute corporis, ciúſque dura & difficili conditione, quę perſonarum dicitur,
13 pauca placet annotare. Huius itaque miſeram conditionem facilè colliges, ſi me-

a *Lib. de vera religione.*
b *ad Rom.* 8 c. & *prima ad Corinth* c. 10. *ad Galat.* 2. & 4 c.
c *epiſt.* c. 1. & 2. [illegible]
d 1. c. 2. [illegible]
e c. 6.
f 24. c.
g 7. & 12. cc.
h c. 30.
i c. 16.
k *pſalm.* 2. 99 118.
l c. 7.
m c. 4.
n 4. c.
o *ad Coloſ.* 3. *cap.*

mineris, illam à pacto in patrem commiſ-
ſo, primum natam tradi in geneſis mun-
di lib.[a] vbi Noachus, maledictione illa in
Chami progeniem vſus: Et erit ſeruus fra
trũ ſuorum, dum quàm grauis, conſtat ex
eo quòd pro eluẽda in patrem offenſa in-
uenta fuerit, cuius quidem per eam ætatẽ
qua lege populus eſt vſus, pœna mortis 14
vltio fuit. Scriptum quippe, qui maledi-
xerit patri vel matri, morte moriatur[c]. vn
de non mirum videri debet, quãdo in his
ſeruitus cum morte cenſuræ eiuſdem ſit,
& pro vltione eiuſdem criminis, ſi apud
Iuriſcõſultos, ſeruitus morti comparetur.
vt apud Vlpianum[d], & Iuſtinian.[e] cùm
certè, ſeruire aliorum volũtatibus & ple-
runque Tyrãnicis & turpibus dominorũ,
ſit ingenuo animo deteſtabile: vt nõ du-
bitauerit proferre Cicero[f], potius moriẽ
dum eſſe, quam ſeruitutem obire, nihil-
que illa eſſe fœdius. & iterum[g] poſtremũ
malorum omnium exiſtimat, non modo
ferro, ſed morte repellẽdum. Et rurſum[h],
parum illi viſum eſt dixiſſe, ſeruorum
miſeram eſſe conditionem, niſi adderet,
mortem potius quam illam eligendam.
Quocirca laudati admodum & admira- 15

*a c.9. b cano. ſexta dit. §. in princip. 35. diſtinction. in 1. parte decreti. c Exod. ca. 21. & c. nõ ſatis. §. caterum 86. diſtincti. in 1. parte decreti. d in l. cum hic ſtatus. l. 33. §. ſi donator. de donatio. inter virum & vxor. lib. 24. P. tit. 1. & in l. ſeruitutẽ mortis l. 209. de regul. iur. le. 50. P. ti 17. e in § ſi vero, dec. etũ. de nupt. in authentic. coll 4. tit. 1. cũ ſim. li. ibi notat.* f *ſub finem Philippicæ. 3.* g *in Philippica 2.* h *idem in primo officiorum.*

tione

tione digni bis Spartiatarum legati, Spartius Aueriſti, & Bulis Nicolai filius, à Xerxe: Qui ne libertatis ius offenderent, néue in Xerxis ſeruitutẽm deuenirent, elegerũt potius mori: propter quam poſtea egregiam mentẽm, in propria remiſſi, & ob magnanimitatem eorum, Spartiatis cædes legatorum Xerxis, indulta. vt teſtatur Herodotus Halicarnaſſæus[a]. Et
16 alius, apud Chios, nomine Primmachus, cum Dux ſeruorum fugitiuorum fuiſſet, ipſæque ſeruus, caput ſuum iuſſum detruncari à ſe, vni ſeruorum potius conceſſit liberè, quàm traheretur in domini obſequium vt ſcribit Athenæus[b].
17 Ægyptius etiam ille, ſeruus Amalecitæ, nihil vlterà pro præmio rogauit Dauidem perſequentem eos qui ſuccenderant ciuitatem Siceleg, quàm ne occideret, nec traderet eum in manus domini ſui[c]. Iugum nâmque hoc perpetuum in vita eſt, à quo cito mors vnica expe-
18 dit. Et nunc Chriſtiani, qui ſeruiunt apud Barbaros Agarenos vel Iſmaelitas, miſeriam illam experti, malunt, fugam capeſcentes per loca incognita montana, potius à lupis aliiſque feris deuorari, quam ad antiquos dominos retrahi, vt ſcribit Bartholomæus

a lib.8.in Polihymnia.

b lib.2.dipnoſophiſtõn cap.7.

c 1.reg.c. 20.

Georgeuitz peregrinus, idipſum expertus[a]. Forſitan apud Chriſtianos, vbi ſeruiunt aliqui, mitius agitur, ſicubi ſint ſerui, Nam in Gallia nulli ſunt, quod ſciam 19
tales, ſed omnes liberi, ſicut olim in Taprobane inſula, authore Plinio[b]. vt etiam apud Locros, & antea apud Phocenſes, quibus ſeruos habere vetitum erat lege, vt legitur apud Athenæū[c]. Deterior autē 20
ſeruitus, quo quis ſeruus magis iniquum nactus eſt dominū. Nam vt ait Plautus[d].

Nunc ſeruitus ſi euenit, ei vos morigerari bonum eſt,
Eámque herili imperio, ingeniis veſtris leuem reddere,
Indigna digna habenda ſunt, herus quæ facit.

Quo fit, vt ſerui nec planè integri exiſtimari poſſint homines, cum ex dominis pendeant & habeant veluti animam in corpore alieno, vt innuit Homerus dum ait, Dimidium rapit virtutis Iupiter alicui mortali, cui ſeruilem deſtinat eſſe. Et rurſum, Seruis dimidium mentis, Iouem ademiſſe, cui ſubſcripſit poſtea Plato[e] & Athenæus[f] conſentit & Poſſidonius[g]. Indéque etiam, vel vilis & abiecti ingenij videtur mercenarium ſeruitium dicere. Multi inquit, ob animi imbecillitatem,

a *lib de afflictione captiuorum.*
b *lib.6.c.22.*
c *lib.6.c.7*
d *in captiuis, act.2. ſcena verſ.*
e *6.dialogo de legibus.*
f *lib.6.c.7*
g *lib.11. Hiſtoriarū.*

tatem, cum ſui ipſorum Domini eſſe non poſſint, ſe in prudentiorum dominorum ſeruitium exhibent, vt ab illis ſtudium conſequantur, ad parādas res neceſſarias.
21 Quemadmodum Mariandini ſeſe Heracleotis ſubiecerunt, promittẽtes ſe ſemper pro mercede ſeruituros. Quamobrē huiuſmodi voluntarij & deditij ſerui ob miniſteria, appellati erant, non ſerui, cum eſſent liberi, ſed apud Athenienſes Thetæ, apud Theſſalos Peneſtæ, Romæ Clientes, & qui eis imperabant & clientelam eorum ſuſceperant, patroni, ex lege Romuli, vt ſcribit Dionyſius Halicarnaſſæus[a], Peneſthas Athenæus[b] ex lib. 2. Rerum Theſſalicarum Philocratis. Et ex libro ſecundo Euboicarum Archemachi, dixit fuiſſe ex Bœotis, qui Arnæam coluerunt, qui non receſſerunt in Boeotiam propter amorem regionis, ſe ipſosque Theſſalis in ſeruitutem dediſſe ea ſtipulatione, quod neque extra regionem ſe reciperent, neque occiderentur, ipſique regionem illis colentes, tributa perſoluerent. Iſtiuſmodi vel ferè ſimilis ge-
22 neris fuit colonorum genus, quod adſcriptitiorum nomine notatur, glebę diuitum inſeruiens, & ſolum vertens: qui nō Serui omnino, ſed penè ſeruis comparati:

a lib. 2. antiquitatum Romanar.
b in prædicto lib.

vt ſcribit Iuſtinianus[a]. Omnes tamen miſeri, quod libertatem prout vellent, agendi, ſibi adimant, quamquam nomine vt videtur mitiori, appellentur: ex malo enim nihil bonum eſt, ſed minus malum dici propriè poteſt. Omnes itaque ſerui & ſeruæ, miſeria ſeruitutis, à 23
dulcedine libertatis exules, planè miſeri: ſiue Mariandinos, ſiue Peneſtas, nomines ſiue Chryſonetos vt Cretenſes, vel ex ſorte Clarotas: ſiue ex genere ſeruitij publici & communis, quem dicunt Mneam, vel priuati, quem nominant Phamiotam, Auolas miniſtros: ſiue Helotes: ſiue Amerias famulos in agris: ſiue nobiles dictos Mnotas, ſiue Azos, ſiue Apophraſen ac Balizam ſeruam: ſiue Syndronem, ſiue Amphipolum, ancillam circa dominam: vel Propolum, ante dominam verſantem: ſiue ancillas, vel Calcidas Lacedæmonias: ſiue familiares, ſiue Aphetas, ſiue Adeſpotas, ſiue Eryćteras, ſiue Deſpoſianactas, in claſſes à Lacedæmoniis electos: ſiue Neodamodes: ſiue pediſequos: vel alio quouis nomine libuerit appellare. Ideo, non iniuria Euripides, abſolutè malum dixit ſeruitutem in Hecaba[b]. Chor. αἶ αἶ τὸ δοῦλον ὡς κακὸν πεφυκέναι, id eſt, Hæ hæ, quantum malum ſortita eſt ſeruitus. Et in Ione morti

a l. ne diuturnus, l. 20. de agricolis & cenſitis libr. xi. C. titul. 47.

b act. 2. ver. 114.

morti æquiparat infami[a]. ἐπίτιμον ὁ φόνος, καὶ τὸ δοῦλον ἀσθενές. Infamis eſt inquit cædes, & durum quid ſeruitium. Et in Oreſte[b] verbo vno, ſeruitutis iugum deſcribit, dicens, οὐδὲν inquit τὸ δοῦλον, πρὸς τὸ μὴ δοῦλον γεγώς, Nihil eſt ſeruile genus, ratione non ſeruientis. Et ita pro nihilo ſerui computantur vt etiam annotauit Vlpianus Iuriſconſul[c]. Neque illos obligari pati
34 ius ciuile, tanquam pro nullo habitos ſcribit, quamquam naturaliter obligari poſſe, & ex crimine puniri placuerit eidem Vlpian[d]. Eadémque ratione illis teſtimonium in teſtamento ademit[e]. item ar-
5 bitrium[f]. Pleráque & alia illis inhibita, quæ prætermitto, ſatis enim conſtat iure ciuili huiuſmodi perſonas, nec in numerum hominum ferè, viſum fuiſſe dignas referri, veluti in execrationem ſeruitutis, quam & pro pœna mortis ſubrogarũt, dum in ſeruitutem metalli rei mortis adiudicabantur vt apud Cæſarem Gordianum[g], apud Iuſtinianum[h] & Marcellum[i]. Itaq; liberis nihil ſeruitute viſum moleſtius, apud antiquos vt ſcribit Maximus

*a actu. 3. ver. 257.*
*b actu. 4. ver. 98.*
*c in l. quod attinet. l. 33. de regul. iur. lib. 50. P. tit. 17.*
*d in l. Seruil. 13. & l. seruus. l. 19. de action. lib. 44. P. tit. 7. & in l. in perſonam. l. 33. de reg. iur. lib. 50. P. tit. 17.*
*e in l. qui teſtam. heres, l. 20. §. ſeruus de teſtamentis lib. 28. P. tit. 1.*
*f in l. illa verba, l. 68 de verbor. ſignif. lib. 50. P. tit. 16.*
*g in l. 4. de bonis proſcriptorum, lib. 9. C. tit. 49.*
*h in §. pœna ſeruus effectus, & ibi optima gloſſa, quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur. lib. 1. inſtitution. iuris ciuil. tit. 12.*
*i in l. qui pœnæ. l. 8. de manumiſſionib. lib. 40. P. tit. 1.*

Tyrius[a]. Sed & ipſis ſeruis idem perſuaſum. Siquidem vt ait Ariſtophanes[b]. Μετέχειν ἀνάγκη τὸν θεράποντα τῶν κακῶν, τοῦ σώματος γὰρ οὐκ ἐᾷ τὸν κύριον κρατεῖν ὁ δαίμων, ἀλλὰ τὸν ἐωνημένον, id eſt;

Neceſſitas incumbit ſeruo participare
mala:
Non enim permittit fortuna, illum Dominum eſſe ſui corporis ſed emptorem.

26 Hinc clades illæ antiquæ pernicioſæ à ſeruis fabricatæ, dum iugum à ceruice excutere aggreſſi ſunt. Illæ potiſſimum inſignes quæ Herodonio Sabino duce, illatæ ſunt: de quibus Liuius meminit[c], dúmq; capta fuerunt caſtra Manilij Lentuli Piſonis, ſeruorum tumultu & acie. vt narrat Florus[d], Plutarchus[e], Oroſius[f], Eutropius[g] Solinus[h], Euſebius[i], Diuus Auguſtinus[k].

27 Hincque alia ſeruorum rebellio, duce Athemone paſtore ſeruo, in dominos, qua exercitus Seruilij & Luculli trucidatus, vt ſuperiores authores narrant. Extat etiam memoria, alterius rebellionis ſeruorum,

28 duce Sparthaco in liberos, qua Campania tota, & ferè omnis Italia direpta eſt, vt docet Florus[l]. Oroſius[m], Eutropius[n], Apianus[o] & Claudianus[p]. Tantum enim audere iuſſit, libertatis aſſequendæ ſpes: Nam vt ait Seneca[q], fortem facit vicina libertas,

*a ſermone. 33.*
*b in Pluto verſu 5.*
*c in 4.*
*d lib. 96.*
*e in Craſſo.*
*f li.5.c.8.*
*g lib.4.c.3.*
*h c.2.*
*i lib. de tempori.*
*k lib.3. de ciuitate c. 26.*
*l lib.95. abbreuiatione.*
*m li.5.c.25*
*n lib.6.c.2*
*o lib 1.bellorum ciui.*
*p in bello Getico.ver. 155. ibi vilis cũ Sparthacus olim &c.*
*q in Hippolyto tragœdia. 4. ſcena, 2.verſ. 55.*

libertas, ſenem. Quod domini præui-
29 dentes, in poſterum, duriores & ſæuio-
res in ſeruos extiterunt. Atque in Ec-
cleſiaſtico [a] ſcriptum eſt. Cibaria & vir- a c 33.
ga & onus, aſino: Panis & diſciplina
& opus, ſeruo. Operatur in diſciplina,
& quærit requieſcere: Laxa manus illi,
& quærit libertatem, & iugum & lorum
incuruant collum durum: Et ſeruum
inclinant operationes aſſiduæ. Seruo ma-
leuolo tortura, compedes. Mitte illum
in operationem ne vacet, & cætera. Hinc,
viliſſimus etiam ortus contemptus ſer-
uorum interdum, & ſæpè crudelis. Qua-
30 ſis Pollionis, qui ſeruis ſuis iugulatis,
& in piſcinam demerſis, eos in cibum
piſcibus dabat vt author P. Crinitus [b]. b *lib. 6 de honeſta diſciplina c. 10.*
31 Exoſum magis tamen genus illud ſer-
uorum eorum, qui cum liberi eſſent,
ad pretium participandum, ſe volun-
tariè venundari paſſi ſunt: Quòd tan-
tum beneficium libertatis contemnen-
tes, voluntariè miſeri, ad tam infœlicem
vitam tranſierint: idcirco ingenuitatis
obtinendæ facultas, etiam conſentien-
te eorum domino, denegata & meritò
eſt vt placuit Hermogeniano iuriſcon-
ſul. & Modeſtino, & legitur clarius apud
Gordianum Cæſarem. Cæterum non

omnino ſeruorum ideo cura, in iure neglecta eſt. Nam & ſorti illorum, aliqua illius parte proſpectum iniectúmque frænum dominorum ſæuitiæ, & ne vltra modum in ſeruos animaduerterent, vetitum. Cùm & dominorum 32
viſum ſit maximè intereſſe, ſi auxilium contra ſæuitiam illorum, vel famem indictam, vel intolerabilem iniuriam, ſeruis denegetur, ſi iuſtè illud deprecantur.
Diuúſque Adrianus fertur Vmbraciam 33
quandam matronam, in quinquennium relegaſſe, quòd ex leuiſſimis cauſis, ancillas atrociſſimè tractaſſet vt Vlpianus docet[a], & Iuſtinianus[b]. Plato etiam[c], nullam contumeliam ſeruis inferendam eſſe, admonet, caſtigandóſque ſine contumelia.
Et Athenienſes, ſeruorum ſorti quodam- 34
modo lenimen attulerunt, legéque ſtatuerunt vt ſeruorum quoque iniuriæ audirentur, pariter & accuſationes. Et idcirco Hyperides Rhetor[d], iniuriarum, verberúmque actionem, inquit, leges non ſolum liberis, verumetiam & ſeruis cõceſſerunt: ſiquis eorum corpora iniuria afficiat. Quibus ſimilia ſcripſit Lycurgus[e], & Demoſthenes[f], vt notat Athenæus[g], qui etiam narrat Chios, à Mithridate Cappadoce factos captiuos, ſuis ſeruis

a *in l.2. de iis qui ſunt ſui vel alieni iur. lib. 1. P. tit. 6.*
b *in § fin. eodem tit. de iis qui ſunt ſui vel alieni iur. lib. 1. inſtit. iur. ciuil. tit 8.*
c *lib. 6. de legib.*
d *in oratio. cõtra Manthitheum,*
e *oratio. cõtra Lycophrontem.*
f *contra Lydiam.*
g *lib. 6. dipnoſophiſton. 7.*

uis cunctos ſuppoſitos, datos fuiſſe, numenque illis ſuccenſuiſſe, quod ſeruorum ſuorum honorem peſſundaſſent, authore Theopompo. Proditæ etiam ſunt actiones iure ciuili Romano. in iniuria afficientes ſeruos apud Vlpianum[a]. Atque Philo Iudæus[b]. Non decet, inquit, dominos abuti ſua poteſtate contra famulos: ſed cauere ab inſolentia, contemptu & ſæuitia. Legémque vult diuinam eſſe in eos diſtrictam, qui ſeruos immeritò affligunt, & occidunt. Vltrix enim eis reſiſtit iuſtitia, propugnatrix iniuriam facientiũ, repoſcens rationem necis, quam illi ſeruis intulerunt. Nec ſatis eſt dicere, inflictas plagas caſtigandi, non occidendi animo, non enim ſtatim illud demittitur impunè: ſed ita agentes, ad iudices ducti diligenter examinabuntur, num vera dicant, an ne volentes vel nolentes occciderint. Si dolus malus, & nefarium propoſitum in his compertum fuerit, morientur, nec proderit illis, quòd ſint domini. Si ſeruus meruit, ducatur ad iudices, & crimen eius iudicetur, vt legibus pœnas luat, non ſuo domino. hactenus Philo, de ſeruis.

*a in l. 1. §. labeo de iniuriis lib. 47. P. ti. 10 cum ſimi.*

*b lib. de ſpecialibus legibus.*

## CAP. VII.

### *De ſorte & ſtatu filiorum in poteſtate parentum exiſtentium & de parentum in filios iure & affectione.*

1 NEc ſolum contigit ſeruis aliis ſorte ſua ſubiici, ſed & cum his, in poteſtate parentum dicuntur filij, ex iuſtis nuptiis procreati. Hæc autem poteſtas, magna erat iure Romanorum, & tanta, vt filium pater pro iure ſuo vendere occiderēue poſſet[a]. Item Dionyſius Halicarnaſſeus lib. 2. Antiquitat. Romana. omne ius & vitæ, & necis legiſlatores antiquos 2
parentibus conceſſiſſe in liberos ſcribit, ſiue ij fuiſſent in magiſtratu, ſiue ſine magiſtratu. Quod & aliis quibuſdam populis 3
commune eſſe annotaui. Sic apud Ægyptios, nulla pœna patribus filios occidentibus conſtituta erat alia, quàm quod tribus diebus, totidémque noctibus, circa cadauer interempti aſſiſterent: nec iuſtum putabant ob interfectum filium vita priuari eum, qui eius vitæ author fuiſſet, ſed dolore & pœnitentia facti affligendum. vt ſcribit Diodorus Siculus[c], eámque ſufficientem pœnam putabant. Nam vt ait Euripides, in ſupplicibus[d],

τί γὰρ ἂν μεῖζον, τοῦ δ᾽ ἐπὶ θνατοῖς πάθος ἐξεύροις,



a lib de ſpecialibus legibus.

b videndus §. 1. & 2. de patria poteſtat. lib. 1 inſtitution. iur. ciuil. tit. 9. potiſſimum gloſ. in §. ius autem poteſtatis, eiuſdem tit. in verbo ius aut. vbi enumerantur quæ paterna eſſent iura. Conſtanti. in l. ſi quis propter nimiā paupertatē l. 2 de patrib. qui filios diſtrax lib. 4. c t. 43

c lib 2. Bibliothe.

d actu. 5. verſ. 128.

ἢ τέκνα θανόντ' ἐσιδέσθαι id eſt, Quod crucia-
bilius malum aliud, inueneris, quàm fi-
lium mortuum conſpicere. Sic legimus
Cardianos vt ſupplicio acerrimo affice-
rent Miltontem Thracem, amicum A-
thenienſium, proditum Caudemo cum
filio, primum filium antè patris oculos
in naui iugulaſſe, & è naui in pelagus pro
ieciſſe, vt ſcribit Demoſthenes[a]. Fertur a *contra*
etiam, Strateſicleam Spartiatam mulie- *Ariſtocra-*
rem, cum filio captam, tortores rogaſſe, *tem.*
vt prior filio necaretur, ſed vt crudelius
vexaretur non obtinuiſſe, Plutarcho te-
ſte. Et apud Vergilium Priamus increpat
Neoptolemum, nõ de cæde filij, ſed quod
ante patris occidiſſet oculos, vt animad-
5 uertit Sextus Victor[b]. Deinde etiam, ea- b *lib. 1 va-*
dem facultas priſcis Iſraelitis conceſſa vi- *riar. lectio.*
detur atque aliis adiacentibus nationibus: *c. 8.*
& Abraham ſacrificaſſet proculdubio fi-
lium ſuum Iſaacum, niſi diuinitus prohi-
bitus fuiſſet[c]. In quo, quamquam proba-
tus in fide à Deo fuerit, & quamuis my- c *Geneſ. ca. 22.*
ſterium ſit ibi immolati veri agni filij
Dei, nihilominus tamen, nec auſum tam
liberè fuiſſe filium deuouere morti dice-
res, niſi alioquin, aliquo modo tunc per-
miſſa in filios omnimoda parentibus po-
6 teſtate. vt, pari forſan ſignificatione, audi-

mus Iephte, à bello redeuntem, filiam primùm oblatam, poſtquam cum a virginibus defleuiſſet virginitatem, victimam obtuliſſe[a]. Sic legimus Rege Moabitarum victum à Regibus Edom Iſraelis, & Iudę, filium ſuum qui proxim in regno ſucceſſurus eſſet, ſuper mur ciuitatis immolaſſe[b]. Item compertu eſt, alios filios ſuos & filias dæmonijs m ctaſſe: idque inter homines, impunè, ſicu conqueritur Dauid[c]. Idem mos etiam apud Gallos olim, eadémque crudelis in vitam filiorum poteſtas, vt notauit Iul. Cæſar[d]. Viri inquit, de Gallorum agens moribus, in vxores ſicut in liberos, vitæ necíſque poteſtatem habent. Quibus verbis improba & à vero aliena docetur eorum opinio, qui illud ius necis & poteſtatis, proprium ducunt Romanorum, forſan à Iuſtiniano perſuaſi. g Atque ideo corrigenda gloſſa in §. Ius autem Romanorum. De patria poteſtat.[e], dum francigenas, ſi intelligas de Gallis, non habere filios in poteſtate, dixit. Siquidem pugnat hoc cum teſtimonio Cæſaris, niſi ad noſtrum ſeculum transferas, in quo, ſicuti apud Romanos, ius illud mitius eſt, ſublata vitæ poteſtate[f], quæ potius Tyrannis quàm legitima poteſtas viſa

eſt-

*a Iudicū 11.*
*b Regum. 4. c. 3.*
*c pſal. 195. ſcriptum etiam Sapiētia, c. 14. & Hieremi. 19. Ezechiel. c. 16.*
*d lib. 6. cōmentarior. de bello Gallico.*
*e lib. 1. inſtitution. iur. ciuil. tit. 9. in verbo Romanorum.*
*f Impera. Cōſtā. l. fin. de patria poteſtate. lib. 8. C. tit. 7. & l 1. De patrib. qui filios diſtraxer. lib. 4. C. tit. 43. Diocl. & Maxi. CC. l. qui filios. l. 6. quæ res pig obligar. poſſ lib. 8. c. tit. 17.*

eſt. Sicuti Ariſtoteles [a] Imperium Perſarum paternum, quo vtebantur in filios ac in ſeruos, Tyrannidem nominauit. Cui modus adhibitus tandem eſt, quem tamen plerique prętergreſſi ſunt. Sed &, vt adimeretur ſæuiendi in filios omnis poſtea occaſio, cautum fuit, vt pro filio iniquo, rebelli & contumace caſtigando, adiretur iudex: in Deuteronomio[b]. Atque iure ciuili Romanorum aliquando cautum, ne pater filium inauditum, ſiue impium, occidere poſſet, ex reſponſo Vlpian.[c]. Et lata per legem in parricidas pœna grauior cæteris, qua parricida virgis ſagmineis verberatus, culeo inſutus cum gallo gallinaceo, vipera & ſimia, in mare profundum deiiciebatur: vel ſi mare abeſſet longius, beſtiis ſubiiciebatur: vt ſcribit Modeſtinus[d]. & Imperator Conſtantinus[e]. Cicero[f]. Cælius Rhodiginus[g], meminit & Suetonius[h]. Hancque pœnam expertus dicitur, paulo poſt bellum Cimbricum, & Caij Marij quintum conſulatum, Malleolus, Teſte Liuio[i]. Pœna autem conſtituta, non ſolum in eos qui ſæuirent in iam natos, ſed & alia, animaduerſum in immiſericordes in nondum liberos editos. Sicque mulier quę partum ſcilicet

a *li. Ethic. c.10.*
b *21. c.*
c *in l. inauditum l. 2. ad leg. Cor. de Sicariis lib. 48. P. tit. 8.*
d *in l. pœna parricidij. l. 9. ad legem Pompeiam de parrici. li. 48. P. t. 9.*
e *in l. 1. de his qui parentes vel liberos occid. lib. 9. C. tit. 17.*
f *pro Roſcio Amerino.*
g *lib. 6. lection. antiquar 43.*
h *in Octauio Augusto c. 33.*
i *lib. 48.*

animatum abegerat, rei capitalis pœn.
damnabatur, vt ſcribit Triphonius iuriſ-
conſultus ex Ciceronis authoritate, pro
Aulo Cluentio[a], ſi autem abortum paraſ-
ſet vimque viſceribus ſuis intuliſſet, in
exilium mittebatur, vt reſpondit Vlpia-
nus[b], & Martianus[c]. Plato etiam[d], legem
poſuit hanc, Si pater inquit, aut mater
(accidit quamuis rarò) per iram verbe-
ribus, vel alio modo filium vel filiam
interficiat, perinde ac cæteri homicidæ
purgetur, & triennium exulet, ac poſt i-
pſam reſtitutionem, maritus ab vxore, v-
xórque à marito, ſeparentur: nec ſimul
amplius liberis procreandis óperam dent
neuterque horum ſimul cum illo habitet
cuius filium vel fratrem occidit, nec vnà
cum eo ſacris communicet. Et ita ætas
prudentior, in parente, carnificis deteſta-
ta eſt officium. Atque certè ferina, & vl-
trà ferarum humanitatem illa erat licen-
tia. Cùm nemo ſuam carnem odio ha-
beat, ſi mentis ſit compos; & naturali a-
more parentes in filiorum injuriis, ma 14
gis quam in propriis torqueantur vt no-
tat Paulus iuriſconſul.[e] & Iuſtinian.[f], ex-
plicat & Vergilius.[g], dum Euandrum, ita
loquentem inducit pro filio. ad Deos
ſuos.

a in l. Cicero. 39. de pœnis. lib. 48. tit. 19.
b in l. ſi mulier l. 8. ad leg. Corneliam. de ſicar. lib. 48. P. tit. 8.
c in l. diuus Seuerus. l. 4 de extraordinar. crimini. lib. 47 P. tit. xi.
d lib. 34. dialog. 9. de legib.
e in l. iſti quidem, l. 8. quod metus cauſa. li. 4. P. t. 2.
f in §. fin. de noxalib. action. lib. 4. inſtitution. iur. ciuil. tit. 8.
g lib. 8. Aeneid. verſ. 577.

Et

Et patrias audite preces ſi numina veſtræ
Incolumẽ Pallanta mihi, ſi fata reſeruãt,
Si viſurus eum viuo, & vẽturus in vnum,
Vitã oro: patiar quemuis durare laborẽ:
Sin aliter infandũ caſum fortuna minaris
Nunc, ô nunc liceat, crudelem abrumpere vitam,
Dum curę ambiguæ, dum ſpes incerta futuri:
Dum te chare puer, mea ſola & ſera voluptas
Complexu teneo, grauior ne nuncius aures,
Vulneret.

Maximus Tyrius etiam [a] cùm diſputaret, cur Homerus Iouem Deorum hominúmque patrem dixiſſet, adiecit, hoc factum quod nomen patris, omnium antiquiſsimum eſt, ex his quæ amicitiam deſignant. Et Ariſtoteles [b] parentum amorem, primum erga filium gradum amicitiæ obtinere ait, tanquam actionem & finem ſui: neque fieri poſſe filium ei in amore reſpondere, in eo eximia prærogatiua data parentibus, in nunquam compenſanda à filiis gratitudine: neque enim natùs poteſt genitorẽ ſuum viciſsim gignere. Dedit & parentũ naturę hoc Deus, vt eſſet partim mortalis, & partim im-

a Serm. 36.

b li. 2. Magnorũ mortaliũ c. 12.

mortalis: mortalis propter corpus corruptibile: immortalis, quod referat Deū creatorem omnium, vt doctè annotat Philo Iudæus,[a] & Rabinus Aben Eſra, in peruſch gnaſret debarim, id eſt, in explicatione præceptorum, in principio. Et
quia Deus nihil odit eorum quę facit, pa- 17
ter imitatus patrem omnium, non poteſt, niſi præter naturam, filium odiſſe. ſic enim patres, vt Dei vicarios honorandos iuſsit Plato.[b] Non igitur impunita debet eſſe parentum pręter naturam crudelitas, cùm nullus affectus reperiri poſsit,
qui vincat paternum, vt ait Iuſtinianus.[c] 18
Quod natura, propter ſui conſeruationē, ad ferociſsima vſque animalia extendit. Sic teſte poëta Papiano.[d]

Aſpera Tygris 19
Fœtibus abreptis Scytico deſerta ſub antro,
Accubat & tepidi lambit veſtigia ſaxi.
Et Læa, quam ſæuo fœtum preſſere cubili
Venantes Numidæ, natos erecta ſuperſtat,
Mente ſub incerta toruum ac miſerabile frendens.
Illa quidem turbare globos & frangere morſu

Telá

a. de decalog.

b 4. dialo. de legibus.

c in l. cū furioſi, l. 7. ver. quis enim de curatore furioſi. li. C. ti. 7

d in x.

Tela quærit: ſed partus amor, crudelia vincit
Pectora, & in media catulos circumſpicit ira.

20 Et mirum certè quod refert Orus Apollo.[a] Chenalopecem, quam anſerum ſpeciebus annumerat Ariſtoteles,[b] aucupibus ſe offerre capiendam, præ nimio pullorum amore, vt interim his euadēdi det tempus. Aliáque ferè animalia, cùm fœtus alunt, ferociores horum cauſa eſſe, nemo eſt qui neſciat, & fortius homines etiam, pro his ira facilè excandeſcunt. Nā vt ſcribit Apollonius Rhodius:[c]

λίην γὰρ δύζηλοι ἑοῖς ἐπὶ παισὶ τοκῆες, id eſt,
Valdè enim acerbi ſunt propter ſuos liberos parentes.

Addunt aliqui, & benè, ámorem in filios & poſteros maximè augeri, quod in his ſit parentum ſucceſsionis vnica ſpes. Interroga, inquit, Maximus Tyrius,[d] patrē cur filium alat, & reſpondebit, ob ſucceſ-
21 ſionis amorem, propter quem tam accuratè illum cōſeruat. Quando & ex illa procreatione, videatur genus humanum renouari, & immortale permanere, artificioſo quodāmodo, qui tantò præſtat quā tò magis legitimus eſt. Quòd & ſcriptū reliquit Iuſtinianus.[e] Sic in omnibus

*a de literis hieroglyphicis*

*b l. 1. de hiſtor. animal. c. xi.*

*c li. 4. Argonauticôn verſ. 1050.*

*d ſermo. 20.*

*e in §. 1. de nuptiis, in nouellis collat. 4. tit. 1.*

& plantis & animalibus, ineſt quædam conſeruatio ſpeciei, naturali quodam amore arctè conſtricta: præſtantius tamē in homine, quòd nobiliori materia & forma conſtet; ideo & pars patris propter nexum celebriorem, filius dictus, potiſsimum quandiu cum patre habitat, apud Ariſtotelem.[a] Et Iuſtinianus eandē perſonam patris & filij dixit,[b] & alibi, fi- 22
lium vocem patris, veluti idem eſſent corpus.[c] Et iuriſconſulti, tam arctam cōiunctionem & amoris vim, inter has patris & filiorum conſiderantes perſonas, erga oblatum à patre crimnoſum filiū, mucronem & acerbitatem pœnarum mitigarunt, & interdum ſuſtulerunt, ne pa- 23
ter carnifex videretur, filiūad ſupplicium offerrens. Sic Ionatas ſententia patris Saulis condemnatus à populo, pœna immunis fuit,[d] & ita faciendum reſpondit Marcianus iuriſc. ex D. Pij ſententia.[e] Neque pigebit, exemplū Rhacoſis audire. Hic enim Marodus patria cum haberet filiū 24
quēdam infandum delictis, nomine Cartonem, comprehenſum: manibus in tergareuinctis, iudicibus puniendum obtulit: At illi rei nouitate conſternati, vtrúmque ad regem Perſarum Artaxerxem adduxerunt, qui cognita conſtantia patris perſe-

a lib. 5. Ethicor. ſiue de morib. c. 6. & primo magnorum moralium c. 44.
b in l. fina. § final. de impuber. et aliis ſubſtitution. lib. 6. C. ti. 26.
c in §. ei vero, de inutilib. ſtipulat. li. 3. inſtitut. in ci. tit. 20.
d Regum 1. c. 14.
e in l. milites agrum li. 3. de re militari li. 49. P. ti. 16.

perſeuerantis in filij peccati vindictam, filium liberauit, & Rhaconem in ſuorum iudicum coaptauit numerum, vt refert Ælianus.[a] Et non ſolum iudices & reges, amoris & vinculi huius præſtantiam conſiderant, ſed etiam & Deus & natura, in patres & genitores atrocius excandeſcũt; vt narrat de Echeto Apollonius Rhodius.[b] νέον γε μὲν οὐδ' ἀποτηλοῦ. ὑβριστὴς Ἔχετος γλήναις ἐπὶ χάλκεα κέντρα πῆξε θυγατέρος ἧς. στονόεντι δὲ κάρφεται οἴτῳ ὀρφναίῃ ἐνὶ χαλκὸν ἀλετρεύουσα καλιῇ, id eſt, Recens inquit, quidem
25 neque procul, ſceleratus Echetus, pupillis oculorum ferreos ſtimulos infixit filiæ, miſerabiliſque torquetur cruciatu, caliginoſa æs molens in caſa. Nec indamnatum naturâ hoc ſcelus, etiam inter animalia, ſiue ſæuiat filius in genitorem, ſiue contrà: æqua enim pœna eſt.
26 Sic vipera naſcendo vterum matris rumpit, maſculus gignendo à fœmina vipera capite detruncatur, rurſum illa pariendo moritur, vt ſcribit Plinius:[c] Phalangius & Aranæus, patrem conſumunt & deuorant, ij poſtea talionem à ſuis experiuntur.[d] Scorpiones fœtus deuorant vno dempto, qui latens necem effugit, quíque in vltionem vtróſque conficit
27 parentes.[e] Atque ex his omnibus, iam

a *li. 1. de varia historia*

b *li. 4. Argonautico. verſ. 1053.*

c *lib. 10. c. 62.*

d *Plin. lib. xi. c. 24.*

e *idem Plinius eod. li. xi. c. 25.*

ſatis ſupérque parentum & liberorum *μεῖεx* examinata relinquitur. Sunt & aliæ
hominum huiuſmodi ſortes ex Lacheſi. 27
Alij quippe legitimi & naturales, de quibus ſuprà, alij legitimi tantum, alij naturales tantū, alij vulgo concepti, alij manzeres dicti: patritij, coloni, adſcriptitij, nobiles, plebęi, agricolę. Et pluribus ſortibus alij diſtincti. Sed hos & ſimiles perſonarum gradus, tranſeo, vt portum, quem velut vmbram non procul aſpicio, appellam.

---

## CAP. VIII.

### *De Lacheſi, in rerum ſortibus & diſtinctionibus.*

1 ADmonere etiam par eſt antequam Lacheſim abſoluam, eam in rebus, etiam initij ratione, conſiderari. Harum enim, quædam ſunt viſibiles, aliæ intellectuales, vt ſcribit Plato.[a] Mercurius Triſmegiſtus.[b] Et Cicero,[c] alias res eſſe, alias
2 eſſe intelligi, dixit. Iuriſconſulti, corporales & incorporales dicūt vt Paulus,[d] & Iuſtinian.[e] Corporales ſunt, quę ſui natura, ideſt, potētia, tangi poſſunt: eáque quę videri poſſunt: vt fundus, homo, veſtis, & ſimilia.

*a li.31.dialog.6.de republ. & l. 29. in Pihædone, vel de anima.*
*b in Pimādro.*
*c in Topicis*
*d in l.1.§. quædā de rerū diuiſi. li.1.P.ti.8.*
*e in §.1.de rebus corpor.li 2.inſtitut. iur. ciuil.tit.2.*

milia. Probat etiam Ariſtoteles [a] corpus
omne eſſe tangibile, eoquòd habeat o-
3 mni ex parte dimenſionem extenſiuam,
& alibi idem repetit.[b] Incorporales ex
oppoſitione ſatis conſtant, quæ nec tan
gi nec videri ſui natura poſſunt. Quæ di-
uiſio maximam in iure lucem adfert. Ex-
emplū do aliquod. Quia corporalia per
4 ſe, vſucapiuntur; incorporalia, non ſepa-
ratim, ſed ratione corporis cui hærere in-
telliguntur. vt Caij Iuriſc.[c] reſponſum ex
illo intelligendū eſt. Item & aliud Pauli.[d]
Aliud exemplum, ex materia diuidui &
indiuidui, colligi magna cū vtilitate pōt.
Hinc ſeruitutes incorporales, veluti indi
uiduas pro parte ab vno ex ſociis cedi ſe-
paratim vtiliter nō poſſe, facilè intelligi-
mus, cum Vlpian.[e] & Celſo.[f] Iaboleno.[g]
& cum Papiano.[h] pariter cognoſcimus,
eaſdem ſine corporibus quibus maritatę
ſunt, conſiſtere non poſſe, & cum his ex-
tingui, vt ait Iuſtinian.[i] Vlpianus.[k] Iabo
lenus,[l] Celſus,[m] Hinc etiam obligatio-
nes veluti incorporales liquent facilè: cū
obligatio ſit iuris vinculum [n] ex quo

*a lib. 3. de anim. c. 12. b item li. 1. phyſico c. 5. c in l. firmo, l. 44. §. incorporales de acquirē. rerū domin. lib. 41. tit. 1. d l. ſequitur l. 4. §. ſi viam. de vſucapion. eod. li. 41. P. tit. 2. e in l. 2. de ſeruitutib. li. 8. P. ti. 1. f in l per fundū l. xi. de ſeruit ruſtic. prędior li. 8 P. ti. 3. g in l. certo generi. l. 13. §. 1. eod. ti. h in l. vnus ex ſociis l. 34. eod tit. de ſeruituti. Ruſticor. prædior. i in §. ideo. de ſeruitutib. li. 2. inſtit. ti. c. & in §. penult de vſufruct. eod. li. 2. inſtit. ti 4. k in l. 1. cōmunia prædior. li. 8. P. ti. 6. l in l ſi locū per quē via l. 14: quemadmodū ſeruitutes amittun li. 8. P. ti 6. m in l. 2. de vſufruct li. 6. P. ti. 1. cun ſ mil ib. n Iuſtinian. in §. 1. de oblig. at. lib. 3. inſtit. iur. ciuil. tit. 14.*

variæ ſortes pactionibus diſtibuuntur, ſiue re, ſiue verbis, ſiue literis, ſiue conſenſu contrahantur: ſiue ex delicto, vel quaſi, ſiue naturalem, ſiue ciuilem habeāt cauſam. Siue contractus ſint nominati, vel innominati, bonæ fidei, vel iuris ſtricti; vnde actionum variæ naſcuntur naturæ, origine diuerſa, & ita difficili vt in his maxima iuris pars verſetur. Porro de re- 6
rum corporalium diuerſa ſorte, non eſt quod admoneam in iure eſſe tractatum, quia paſsim ſe offert earum mentio, & diſtinctio: vel ratione generis, vel propriis, vel differētiæ, & accidentiū: de quibus ſi vellem de ſpecie philoſophari, tela nobis in immenſum texeretur. Tritum etiam eſt, quomodo illa examinentur, per diſtinctiones, inter ſubſtantiam, & ſubſtantiā, materiā, & materiam, háncq; primā & ſecundā, inter accidens, & accidēs, accidens & ſubſtantiā. Quamobrem illis omiſsis, operæpretium exiſtimo, iuuentutem docere vt plerúmque & in vniuerſum, res apud iuriſconſultos diſtribui corporales, in eas quas dicunt immobiles, quas mobiles, quáſue ſemouentes. 7
Súntque itaque tres ſortes, & naturæ generales rerum corporalium. Immobiles ſunt, vt fundus, domus, & ſimilia his. Mobi-

Mobiles, quæ per ſe non mouentur, niſi ab alio moueantur: liber, tignum, lapis, & ſimilia. Semouentes, ſunt animalia, vt boues, oues, & reliqua. Vlpianus duo tantum membra fecit, dixitque vel eſſe
7 ſoli, vel mobiles: ſub vltimo membro ſe mouentia complexus [a]. Superior tamen diſtinctio, in ordine executionis ſententiæ ſeruata, cũ eius gratia, diſtrahenda bona ſunt. Primo enim à mobilibus incipiendũ, poſtea à ſe mouentibus, quæ mouentium etiam nomine continentur. Apud Celſum [b]. Si ea non ſufficiant, peruenitur ad immobilia. Quibus etiam deficientibus, ad nomina debitorum peruenitur. hoc eſt, debitores debitoris diſcutiuntur, & debita exiguntur. ita docet Vlpianus [c]. idem & in alienatione rerum eccleſiæ ordo [d]. Fuit etiam quondam, ex his diuerſitas, inter pignus & hypothecam: quod illud rei mobilis, iſta ſoli eſſet, vt ſcribit Vlpian. [e] Quæ tamen differentia deinde confuſa, promiſcuéque verbum vtrumque exauditur. Alio etiã capite vſucapionibus prodeſt hęc diſtinctio, ratione tẽporis. Longius enim tempus in rebus ſoli, quam in mobilibus requiritur, apud Iuſtinian. [f] Addendum etiam eſt apud Iuriſconſultos, aliarum

a *l. quam tuberonis l. 7. de peculio lib. 15. P. tit. 1.*

b *in l. mouentium, l. 93. de verb. & verũ ſignificat. li. 50. tit. 16.*

c *in l. à diuo Pio. l. 15. §. in venditione, cũ ſequẽtibus, §§. de re iudicat. li. 42. P. tit. 1.*

d *in authẽ. hoc ius porrectum poſt l. 14. de ſacroſanct. eccle. li. 1. C. tit. 5.*

e *in l. ſi rẽ l. 9. §. nõ tã tũ de pignorati. actiõ. li. 13. P. tit. 7.*

f *in l. vnica de vſuc. trãſformã. li. 7. C. tit. 31.*

1 EXaminanda nunc altera parcarum
Clotho. Certo itaque certius eſt, re-
bus ortis, natis & conſtitutis, conſeruatio-
nem, & incrementum quoddam acce-
dere, in quibus variatio, vt plerumque
quædam accidit. Idcirco antiqui ſortem
illam, vel partem quę poſt initium con-
2 tingit non impropriè Clothon dixerunt,
Quia & κλώθω, filum circumuoluo &
glomero ſignificat. Et quia mirum in
modum circumuoluuntur hominum &
rerum exiſtentium progreſſus & actio-
nes: vel à Deo vel à natura, vel hominum
3 voluntate, vel ſathanæ dolis, vel caſu, vel
fortuitò quamquã de vltimis certa non
detur lex: quia fortuitò & caſu contin-
gentia, aliter accidere poſſe putantur &
diuerſo modo, vt placuit Ariſtoteli [a], &
Ciceroni [b], atque noſtro Vlpiano, qui di-
xit fortiuta extrinſecus contingere, hoc
eſt extra deſtinationem, & citra hominis
prçuiſionem, inopinatè [c]. Porro res o-
4 mnes in eſſentiæ vi, Dei ordinatione
perſeuerant vt diximus, & ſcribit etiam
Solomon in Eccleſiaſtico [d]. Sic ordina-
tione ſua perſeuerat dies, quoniam om-
nia ſeruiunt illi [e]. Atque in operibus Dei
illud obſeruatum eſt: vt eorum medium
à principio, & finis à medio coniuga

*a lib. 2. phyſi. c. 5.*
*b lib. 1. & 2. De diuination.*
*c l. fluminũ l. 24 §. hæc ſtipulatio. de damno infecto lib. 39. P. tit. 2.*
*d c. 3.*
*e pſalm. 118.*

ta ſerie, perpetuo pendeant: Et rurſum à finę principiũ, non ſecus quam ſi circulo quodã eſſent implicitæ. Quod forſan adegit Pythagorã, maximo tamen cũ errore, vt crederet Metẽpſycoſim. Ferunt 5
enim illũ iſtius dogmatis authorẽ, illámque de ſe primũ aſſeruiſſe, & ſi credamus dixiſſe, ſe ex corpore Ephorbi Troiani, qui filius erat Panthei fratris Hecubæ, poſt necẽ à Menelao illatã teſte Homero [a]: tranſpoſitũ & transfuſum in Pythagorã: demum in Aſpaſiam Melitenſem, meretricem Periclis formoſiſſimam. De qua meminit Philarchus in Pericle, & Athenæus. [b] Poſtea fuiſſe Cratem Cynicum, deinde Regem, pauperẽ, Strapã, equum, graculum, ranam, & alia innumerabilia vt ſcribit & irridet Lucianus, [c] in 6
gallo. Philoſtratus[d], Diogenes Laertius [e], & Ouidius [f]. Quem ſecutum eſſe Empedoclem narrant ſuperiores authores: Ambo tamen ab Ægyptiis pendentes: Qui quidem cùm immortalem animam agnoſcerent, nec tamen poſt corporis ſolutionem locum eius cognitum haberent, eam à corpore in corpus migrare, auſi ſunt docere. Authore Herodoto. [g] 7
& Iamblico. [h] Plato etiam [i], plura & à fide catholica aliena, his adiecit. Quem ſecu-

a Iliad. 17.
b li. 13. c. 9.
c in Sõnio.
d de vita Apollonij lib. 1. c. 1.
e in Pythagora lib. 8. de vitis philoſophor.
f lib. 15 Metamorphoſ. verſ. 753. dũ incipit. ô genus attonitũ. gelidæ formidine mortis.
g in 2.
h de Myſteriis Ægyptiorum.
i in Phædro.

ſecutus eſt impius Manichæus vel Manes, vt admonet D. Auguſtinus [a]. Hi autem omnes, à Pherecide animarum ſubſtantiã vtcumq; deguſtantes, teſte Cicerone, [b] circulationes illas, vt alij, trium millium annorum rotationes, & transformationes cõmenti ſunt, errantes omnino. Non ignoro tamen, aliquos Pythagoræ metẽpſycoſim excuſare voluiſſe, ad reſurre-
9 ctionem & alia quædam, ſymbolum referentes. Quantum autem alieni à veritate fuerint, ſatis perſuaſum puto, quia neq; circulatio Pythagoreorum vel Platonis id ſignare poteſt, cum reſurrectio & anaſtaſis facienda ſit in proprio corpore, illi autem corporibus animas extraneas commiſcent. Placet tamen admittere circulationem animæ in ſe ipſam: pergit enim, vt ſcribitur in Eccleſiaſtico [c], ſpiritus, & in circulos ſuos reuertitur. Ex quo aliqui adducti videntur, animam dicere quandam ἐντελέχειαν, quaſi quandam continuatam motionem, vt Cicero ait [d]: ſed & generalem rerum rotationem, Marſilius Ficinus [e], enarrat, & ait, circulum vnum à Deo in Mundum, & à mundo in Deum continuum: à Deo incipientem, per mundum tranſeuntem, deinde in Deo de-

a *lib. de hæreſibus ad Quod vult deum.*

b *1. Tuſculanar.*

c *c. 1.*

d *lib. 1. Tuſculanarũ.*

e *in cõmentario libri Platonis de amore oratione 2. & 3.*

ſinentem,quaſi circulo vnde cœpit,reuertentem. Hic circulus: tribus nominibus nuncupatur: nam prout à Deo incipit & allicit, pulchritudo dicitur: prout in mundum tranſiens ipſum rapit, amor: Prout autem in authorem ſuum remeās ipſum ſuum opus coniungit,voluptas. Adſtipulatur D.Dionyſius Areopagita, amor inquit,eſt circulus bonus,à bono in bonum perpetuo reuolutus. Item centrū vnicum eſt Deus,circuli quatuor circa illud reuoluti aſſiduè: Mens,Anima,Natura,Materia,Mentis ſtabilis,Circulus. Animæ per ſe mobilis. Naturæ, mobilis in alio non ab alio. Materiæ, mobilis in alio & ab alio. Et diſputa Ariſtoteles circulares & res humanas eſſe.[a] Continuantur namque res omnes quadam conuenientia,etſi differant aliqua diſtinctione. In quo admiror ſæpiſſimè ſapientiam Dei optimi maximíque, totius architectricem: dedit enim benè & attentè philoſophantibus in intrinſeca & extrinſeca conſideratione gradus, per quos, manuducimur ad omnium coniuctionem, & differentiam circularem. Liceat exemplo probare: lapis & arbor differunt, conueniunt tamen & coniunguntur in corpore exiſtente, ſiue in eo quod ambo ſint. Leo & arbor

*a lib. problēmatum ſectione, 17. quæſt. 3.*

& arbor differunt, ligantur tamē & conueniunt in anima, quæ vtrique vegetabilis. Leo & homo diſtinguntur, conueniunt tamen in anima ſenſitiua. Homo ab Angelo differt, concordant in anima rationali: Angelus & Deus diſtinctione varia ſeparantur, at vterque eſſentiam, quamuis ſeparatam & diuerſam habet. Deſcendo, cùm Deo ipſo ſupremū non detur: Ens cum infinitate concordat in Deo extrinſeca concordantia, item ens & infinitas in ſubſtantia, Subſtantia & ſpiritualitas in Angelo, vel anima. Subſtantia & corporeitas, liceat mihi vti ad ſenſum clarius exprimendū hoc verbo, cōcordāt in primo corpore naturæ Corpus & decē formæ cœlorū, & quatuor elementorum in vegetabili. Sed & formæ ſenſuum quæ differunt atque imaginabile, conueniunt in eo quod eſt conſtituere omnes ſpecies corporales, ſecundum prædictas formas immediatè ſub primo corpore naturæ. Quatuor elementa ſimplicia, concordant in eo quod producunt elementa. Elementata & vegetatiua, concordant in corpore animato: ſenſitiua & corpus animatum in animali orbato: animal orbatum & imaginatiua, in animali perfecto imaginatiuo. Hoc,

huius mundi, quodammodo apparent, & incomprehẽſibilia ex admirandis viſibilibus creduntur, circulóque colliguntur: nam & reuolutio hæc circularis, ferè in omnibus, finíſque ab origine pendet, & ad propria redeunt. Sic terra humida euadit per pluuiam, vapor oritur neceſſario, illo orto, nubem fieri neceſſe eſt, atque ex illa poſtea aquam produci, rurſum in terram redire. vt docet Ariſtoteles[a]. Et Anacreon, latius illam aquæ circulationem. ita in Idylliis perſequitur. ἡ γῆ μέλαινα πίνει, πίνει δὲ δένδρε' αὐτὴν, πίνει θάλασσα δ' αὔρας, ὁ δ' ἥλιος θάλασσαν, τὸν δ' ἥλιον σελήνη. id eſt, Terra fœcunda potat, arbores deſiccãt ipſam, bibit mare auras, Phœbus potat æquor, & ipſum ſolem luna. Nouimus etiam cœlum circulariter moueri: etſi enim aliqui diſſentiant, nos tamen cum omnium ferè aſtrologorum & philoſophorum ſentẽtia aſſerimus: ſic enim ſentiunt Plato[b], Ptolomæus[c], Alphraganus[d], Plinius[e], Cicero[f], Strabo[g]. Fatentur & reliqui geographi & aſtrologi, cùm recentiores tùm antiqui. Nemo præterea ignorat, ſolem quamuis obliquè per mũdi polos, tamen per ſuum orbem per ſignorum ſucceſſionem rotari. Quod & colligere licet, in cæteris planetis in pro-

a *lib. 2. priorum c. 5. & lib. reſolutionũ poſteriorum 2. cap. 13.*
b *lib. 32. in Timæo.*
c lib. 1. *Mathematicæ conſtructionis. cap. 2. & 3.*
d *in rudimẽtis aſtronomicis, differentia 2. & 3.*
e *lib. 2. naturalis hiſtoriæ. c. 2. 3. 4.*
f *de vniuerſitate.*
g *lib. 1. geograph.*

priis orbibus. Satíſque, conſtat ex Almagæſto Ptolomæi, ex Albategnio, de Aliaco, Miſaele, Purbachio, Schonnero, Orontio, Mizaldo, & aliis. In qualitatibus etiam planetarum, reuolutio illa comperitur, atque continuo filo, Clotho eos reuoluit. Sol in Ariete, Tauro, Gemini, calidus & humidus, vnde ver: in Cācro, Leone & Virgine, calidus & ſicus, vnde æſtas: quæ veri, per calidū, veluti filo nectitur. In Libra Scorpione & Sagittario, frigidus & ſiccus, vnde autumnus, qui æſtati iungitur per ſiccum. In Capricorno, Aquario, & Piſcibus, frigidus & humidus, vnde hyems, quæ autumno iūgitur per frigidū: recedit rurſum in Arietē Sol, poſtea ver, hyemi, præteritæ, humido, iugatur. Sic in Lunæ qualitatibus, ea deinde, ſed breuior reuolutio, & à quadrato in quadratū, primo aſpectu fit calida & humida: à quadrato vſque ad oppoſitionem ſolis, ſiue vſque ad plenilunium, addit caliditatem & ſiccitatem: à plenilunio vſque ad ſecūdúquadratū, frigiditatē & ſiccitatē: Deinde vſque ad coniunctionem ſolis, ſiue neomeniam frigidum & humidū: Demū ad cætera relabitur. Adde recurſum reliquis planetis, orientali, & occidentali, partis. Poſtea conſidera ex elementis,

corpora

corpora primum compoſita, poſtea viuere, tertio interire, & poſtea in ſua elementa redire. Anima rationalis momento quo corpus diſpoſitum eſt, à Deo creatur, & immittitur: morte ſoluitur, poſtea circulo neceſſario, oportet in proprium corpus redire reſurrectionis die. Ad locum vnde flumina exeunt, redeunt vt iterum fluant[a]. Nihil ſub ſole nouum, omnia conuoluuntur & redeunt: ita perfecta Dei opera, aliáque aliis alligata. Ita inter formas, duæ præſtantes ſunt: ex ſolidis globus: ex planis, circulus: quibus duabus ſolum contingit, vt omni ex parte ſint ſimillimæ, & à medio, tantum abſit extremum, quantum idem à ſummo, quo nihil fieri poteſt aptius, vt ſcribit Cicero[b]. Et hanc circularem perfectam formam eſſe, demonſtrauit Ariſtot.[c] Atque veluti per hanc ſemper res actæ formam, deſinendo incipere, & incipiendo progredi & deſinere videntur. Hæc etiam forma, & contextus in mente perceptiuis, præſtat, quando medius terminus & extremũ termini, ſe mutuo cõſequuntur & remeant: ex quo fit quædã circularis, & obãbulatoria, vt ait Hermolaus Barbarus, argumentatio. Medium autem, ea propoſitio eſt, quæ vnius comes conſequénſque

a *Eccleſiaſtæ. 1. c.*

b *lib. 2. de natura Deorum.*

c *lib. 2. de cælo c. 4.*

eſt, & alterius Dux & antecedens: vt annotauit Bœotius[a]. Circulus etiam hic, & Clotho in continuatione adminiſtrationis, rerum publicarum & variatione earũ iuſto appendice, addi poteſt: ex bello námque ſumitur victoriæ initium, ex victoria triumphus: ex triumpho pax, ex pace monarchia, ex monarchia Tyrannis: ex tyrannide ſeditio, ex ſeditione, rurſum bellum, Vel aliter, ex diuitiis, ſuperbia, ex ſuperbia, bellum: ex bello, paupertas: ex paupertate, humilitas: ex humilitate, pax: ex pace, diuitiæ rurſum. Et Plutarchus[b] addit aliud exemplum, ſicut ex eodem inq', luto, poteſt quiſpiã animalia fingẽs cõfundere, & rurſus fingere ac cõfundere, atq; hoc viciſſim inceſſanter facere: ſic & natura, ex eadẽ materia iãdiu quidẽ noſtros didit auos, & continuo poſt eos genuit parẽtes, mox nos, deinde alios ad alios circulari quodãmodo pducet: Et hic naſcẽdi fluuius, perpetuo fluẽs, nunquã quieſcit. Poſſem his adiicere, circulum dierũ decretoriorum, & criſium medicorum. De quibus Galenus & Hippocrates integros libros ſacrarunt poſteritati, in quibus vterque horum, de his tractat: potiſſimum, lib. 1, Aphoriſmor. c. 12. Sed alia mihi eſſet deponenda negotiorum ſarcina, ſi

a *ad caput decimum tertium, li. 2. poſteriorũ Ariſtot.*

b *oratio. cõſolatoria ad Apollonium.*

na, ſi vellem ad ſingula diſputanda, otium redimere, & ex feriis illud corradere.

## Cap. x.

### *De variis hominum in vita progreſſu ſortibus.*

1 Dicendum nunc de ſorte quæ hominibus poſt ortum accidit, quæ eſt illorum Clotho. Scire quippe expedit, diuerſa mortalium eſſe vitæ exercitia, non ſecus atque ſub vno capite, mēbra diuerſi
2 officij ſunt. Caput autem omnium Deus, vt ſcribit D. Paulus[a]. & in qualibet repu- *a 1. epiſt.*
3 blica & regno, rex caput & prīceps, popu- *ad Corint.*
lus vt corpus: vt ſcribit Maxim. Tyrius[b]. *cap. 12.*
Sicut & pro capite ciuitatibus & prouin- *b ſermo. 41*
4 ciis, etiam magiſtratus præcipui. Item in eccleſiaſticis, Pontifex maximus, & reliqui epiſcopi, & eccleſiarum paſtores. Sub hoc etiam capite poſſunt contineri Du-
5 ces, & qui aliis preſunt. De huius capitis ſorte & gubernatione, tractant noſtri iuriſprudentes, item de illorum priuilegiis, in primo libro, C. de Epiſcopis & cleric. & de epiſcopali audientia[c], & de reliquis, *c tit. 6. &*
ſequentes tituli eiuſdem libri à 29. ad 51. *7.*
vſque. Et in lib. 2. P. à titu. x. vſque in finē.

Item in 1. C.titul.17.18.19. & tit.de mandatis principum, in collation.3.authent. tit.4.& collation.5:tit.5.& lib.1.Decretal. 6
tit.2.& 3. Magiſtratus etiam principibus, loco aurium & oculorum ſunt.vnde apud regem Babylonis,erant viri prępoſiti,qui regis oculi & aures dicebantur. vt ſcribit Philoſtratus[a]. De eorum & ſimiliũ cura, 7
tractatur in titul. penult.& final.lib.4.inſtitution.iuris ciuilis. Et de pedaneis iudicibus,lib.3.C.& titul.1.2.3.4.5.& ſequẽtibus, & in 12.C.de dignitatibus titul.1. & ſequentibus & alibi. Pro lingua po- 8
puli, non impropriè ponuntur Aduocati, ſiue cauſarum patroni, qui glorioſæ vocis confiſi munimine,laborantium ſpem, vitam & poſteros, defendunt. vt ſcribunt Leo & Antoninus Cæſares[b]. Et de his 9
tractatur in dicto libro 2.C.titul.6.7.8.9. 10.11.12.13. & aliquid in, 4.libro, titulo. de ſuffragio titul.3. & lib.12.C.de lucris aduocator.titul. 62. & de poſtulando lib. 3.P.titul.1. Sub appellatione etiam linguæ populi, poſſunt contineri profeſſores, & doctores, aliiſue docentes, & alij eccleſiaſtici declamatores. & de his etiam ius tractat, titulo de profeſſor. & medicis, lib.10.C.titul.52.& lib.11. De 10
ſtudiis liberalibus vrbis Romæ titul.18.

Manus

a *lib.1.de vita Apollony.c.15. & 19.*

b *in l.aduocati,l.14. de aduocatis diuerſor. iudicio. lib.2.C.tit.7.*

11 Manus corporis vniuerſi, ſunt milites ruſtici, agricolæ, artifices. Quorũ & cura in iure habetur: & de ſortibus illorũ tractatur, déque priuilegiis eorum & oneribus lib.6 C.de teſtamento militar.titul.21.& lib.10.tit.54. De his qui non impletis ſtipendiis, &c.& ſequentib.& tit.64.de excuſation.artificũ. Et lib.11.de piſtoribus, 15.& de aliis tit.46.47.& ſequentib.duodecim, ì 21.ad, 53.vſque. Et in authentic. tractatur etiam de armis collat. 6. titulo

12 13.Addendus titulus 9.collat.8. Pro vtero reipublicæ & neruis, habentur æraria, tributa, fiſcus, & hi qui curam horum habent vt diſtribuatur ex his pro neceſſitatibus cuiuſque publici emergentis negotij. Neque tam exigua eſt vniuerſitas, ciuitáſque, quæ non vel ærarium,

13 vel arculam habeat in communi. De his tractatur in titulis de vectigalibus & com miſſis, lib.4 C.titul.61. Et titul.62.vectigalia inconſulto principe inſtitui non poſſe. & lib.11. de ſuſceptoribus & arcariis titul. 70. & titul.73.de his quæ ex publica collatione illicita ſunt, non vſurpandis. & titul. 73. De argenti pretio quod theſauris infertur, & tit.76. Item lib.11.C.De iure reipublicæ tit.29.cum ſi

14 milibus. Pedes reipublicæ dici poſſunt

grauibus tonis & vocibus,quędam oritur perfecta harmonia. Cæterum cùm inter corpus hoc ciuile & naturale, per omnia ferè ſit ſimilitudo,fieri etiam non potuit quin ſicut in phyſico, ita in hac republica & corpore,fęces non inueniantur.purgamenta velut quædam hominum & quiſquiliæ,homines inquam inutiles,ventres, nihil niſi pondus iners terræ, membrorum partes marcidæ, putridæ & emortuę, criminum patratores, pacis & publicæ & priuatæ perturbatores. Circa quorum pœ
19 nam & vltionem, alia pars iuris eſt, tractans de criminibus, delatoribus, accuſatoribus,& pœnis. vt totus extat hac de re liber 9. Codicis, Iuſtiniani. & totus 47. lib. P. & 48. & lib.5. ferè totus Decreta-
20 lium, & Sexti. Sunt & aliæ ſortes generaliter hominibus poſt ortum impoſitæ, libertinitatis.Nam cum antiquitus, nondum libertate imminuta, vnum tantum eſſet genus liberorum, ſecuta ſeruitute vel per captiuitatem, vel alio modo,beneficium etiam manumiſſionis,veluti remedium morbo additum eſt, & tria hominum genera eſſe cœperunt: nempe liberi & his contrarium ſerui. Et tertio ge-
21 nere libertini, vt ait, Vlpianus[a], & Iuſtinianus[b], alij etiam in ſortem peculiarem

a *in l.manumiſſiones.l. 4.de iuſti. & iur. lib. 1.P.tit.1.*

b *in §.1.de libertinis. lib.1.inſtit. iur.ciuil. tit.5.*

domini Dei optimi maximi tranſlati. Et ideo dicti clerici[a]. Multæ etiam fuēt aliæ 22 particulares ſortium diſtributiones: in ea autem vocatione, qua quis vocatus eſt in ea ambulet, vt iubet D. Paulus[b]. Quod admonetur, non vt aliquis à melioris vitæ ratione vel gradu deterreatur, ſed vt mentium leuitas caſtigetur, & vt inſatiabilis hominum ambitioſa circuncidatur cupiditas, qua incōſiderata præſumptione, vel altiora, impariáq. viribus expetunt, vel ad 23 inferiora, pari leuitate detrahūtur & facilè, cùm homines omnes ſimus & mutationibus obnoxij, pleni erroribus vt probat Horatius, tota Satyra.1.lib.1. quæ incipit.

24 Qui fit mecœnas, vt nemo quam ſibi ſortem
Seu ratio dederit, ſeu ſors obuenerit, illa
Contentus viuat, laudent diuerſa ſequentes, & cætera.

Vbi ſors, vitæ ſtatus dicitur, vt apud Conſtantinum Cæſarem[c], & apud Iohannem 22. huius nominis, Pontificem[d]. Sic D. Ambroſius[e], neceſſaria dixit eſſe paupertatem, ignobilitatem, ægritudinem, & mortem, nec in malorum ſortem annumerari, quod à Bonifacio relatum[f]. Tādem etiam facilè docetur, officiorum, ſacerdotiorū, adminiſtrationū diuerſarum 25 plura-

*a can. cleros. 21. diſtin. in prima parte decreti. Gratiani canon. clericus cauſa 2. quæſ. 1. in 2. parte decret.*

*b 1. epiſto. ad Corinth. c. 7. & ad Epheſ. c. 4.*

*c in l. milites. l. 15. de teſtament. milit. lib. 6. C. tit. 21.*

*d in prologo Clementinar. c. 1. §. & licet eas collatas.*

*e lib. exameron, tractatu pri. dici.*

*f canon. illa cauſa. 15 quæſt. 1. in decreti Bonifacij. 2. parte.*

pluralitatem ab vna perſona amouēdam, & quemque ſua ſorte contentum eſſe debere: nec aliornm inhiare bonis & honoribus: membra enim, non eundem officium omnia habent[a], ídque optimo iure ex conſilio Lateranenſi, in beneficiis diuerſis ſtatutum[b]. Iure ciuili ſimiliter, in reliquis adminiſtrationibus conſtitutum vt ſcribunt Imperatores Valentinianus & Valens[c], & Iuſtinianus[d].

*a cano. ſingular. 89. diſtinctio in 1. parte d. creti.*
*b vt ſcribitur c. de multa, c. 28 de præbendis lib. 3. decretalium, tit. 5. & c. quia nonnulli. c. 3. De clericis non reſidentib. eodem lib. tit. 4. Alexander tertius in c. 1. 2 3. de officio vicarij, li. 1. Decretal. tit. 28 Bonifacius, 8. in c. cum ſingula. c. 32. de præbendis, lib. 3 ſexti Decretal. tit. 4. Clemens. 5 in c ſi plures. c 2 de præbendis in Clementin. lib. 2. tit. 2.* c *in l. quiſquis. l. 6. de poſtulādo lib. 2 C. tit 6.* d *in l. his quidē, l. 5. Qui militare poſſunt lib. 12. C. ti. 31 cū aliis ibi ſimil notatis.* e *in tit. 1 lib. 2. inſtitut. iur. ciuil. tit. 22.* f *l. 1. de rerum diuiſione lib. 1. P. tit. 8.*

## Cap. XI.

*De ſortium mutatione per accidens, in rebus.*

1 CLotho etiā in rebus obſeruanda eſt, quando à naturali ſorte in aliam deflectuntur, & diuerſi iuris fiūt vel humani vel diuini. Quędā enim fiunt & dicuntur
2 ſacræ, aliæ religioſæ, aliæ publicæ, alię priuatæ, nullius, cōmunes, & occupātium. De quibus tractatur titulo de rerū diuiſione[e] & à Paulo[f]. Ex publico autem priuatum, ex profano ſacrum, ex his quæ nul-
3 lius, alicuius res fieri poſſunt, & contrà,

excepto ne ex ſacro profanum. Quod e- 3
nim ſemel Deo dicatum eſt, ad profanos vſus conuerti non poteſt, paucis demptis caſibus. Vt ait Boniface[a]. Iuſtinianus[b], Vlpian.[c] Cuius ratio redditur à Cæſaribus Leone & Antonino[d]. vt, ſicut ipſa eccleſia, religionis & fidei mater perpetua eſt, ita eius patrimonium iugiter ſeruetur illæſum. Extat etiam iuris antiqui inter- 4
dictum, ne quid in loco ſacro[e]. Inhibentur etiam iure pontificio rerum eccleſiaſticarum alienationes. Vt conſtat ex titulo de rebus eccleſiæ non alienandis[f], & a- 5
libi. niſi diuerſum vrgens ſuadeat neceſſitas, tunc enim ex conſilio epiſcopi, & habito maturo de alienatione tractatu, & in primis facta diſquiſitiõe per iudicẽ de vtilitate & cõmoditate vel incõmoditate permittitur alienatio. Vt ſcribit Innocẽti⁹ quartus ei⁹ nominis põtifex[g]. Solennitate obſeruata circa diſtractionẽ, quæ ſimilis ſit diſtractioni rerũ minorũ, de qua notabilis extat lex apud Vlp.[h] Quãuis olim lon.

a in c. ſemel Dedicatũ c.51. de reg. iur. in ſexto lib.5. ti. vlti. cum ſimilibus ibidẽ notandis.

b §. nullus & § ſacræ de rerum diuiſion. lib. 2. inſtitut. tit.1.

c in l. inter ſtipulantẽ. l.83. §. ſacram; de verbor. oblig. lib.45. P. tit. §. itẽ iuris eſt. De inutilibus ſtipulation. lib.3. inſtit. iur. Ciuil. tit.20.

d in l. iubemus nulli poſt hanc, circa finem. verſic. ſcientes de ſacroſanct. eccleſ lib.1. C. tit.5.

e lib.43. P. tit.6.

f lib.3. decretal. tit.13. & in ſexto lib.3. titul.9. & in Clementinis. libr.3. titul.4. & in decreto Gratiani.12. quæſt.2.

g in c.1. de rebus eccleſiæ non alienan. lib.3. ſexti titul.9 & ibi gloſ. in verbo defenſore. notabilis.

h in l. magis puto, l.5. §. non paſſim, de rebus eorum qui ſub tutela. lib.27. P. tit.9.

gè maior requireretur, in eccleſiaſticis
diſtrahendis ſolennitas, vt ſcribitur in l.
iubemus, de ſacroſanctis eccleſiis. Quæ
6 tamē reducta eſt ad tria ſuperiora, vt ſcri-
bitur in vna deciſione Rotæ[a]. Res etiam
diuerſæ ſortis ſunt, ratione poſſeſſorum
& dominorum: ſi minorum, ſi maiorum,
ſi debitorum, ſi mulierem, ſi dotis &
huiuſmodi. Clotho etiam, in iudiciis
7 perſequendis obſeruata, vt lites ſuo mar-
te & ordine currant, & à principio per
media quædam, ad ſententiam peruenia-
tur: vt tradunt Seuerus & Antoninus[b].
8 Nec ſententia citra iuris ordinem, leuiſ-
ſimis cauſis demptis, rei iudicatæ vim
habet, Imperatore Alexādro teſte[c]. Is au-
tem ordo, huiuſmodi præfigitur, vt
vocatione facta, porrigatur libellus, pro-
ponatur recuſatio iudicis, ſi ſubſit cau-
ſa legitima[d]. Sequuntur dilationes, ex-
ceptiones, petitiones, reſponſiones, inter-
rogationes, confeſſiones, teſtium depo-
ſitiones, & probationes, inſtrumentorum
productiones, interlocutiones, renun-
ciationes probationum, concluſiones, ſen-
tentiæ, appellationes, & vltima & defini-
tiua ſupremáq; iudicia, vt notat Innocē-
tius.3. eius nominis pontifex, ex Conci-
lio generali[e]. Omnia etiam obſeruata, ali-

a 135. *in antiquis deciſionib.*

b *in l. ordo l.3. de executione rei iudicat. lib. 7. C. tit. 53.*

c *in l. prolatam, l.4. de ſententiis & interlocution. omnium iudicum, lib. 7. tit. 45.*

d *authentica, offeratur, de litigioſis lib.3. C. tit. 9.*

e *in c. quoniam cōtra c. xi. De probatione, lib. 2. decretal. tit. 19.*

ſummariè & de plano & ſine ſtrepitu iu-
dicij. Vt docet Clemens, 5. eius nominis
pontifex[a]. Et horum reſcripta, latè inter-
pretantur doctores, potiſſimum Lanfran- 10
cus de Oriano, in ſua practica, cuius ſolem
facula non illuſtrabo. Accidit etiam, vt in
contractibus obſeruetur Clotho, ſiquidẽ 11
neceſſario ex his conſequitur actio, ad
implenda ea quæ placuerint: niſi vtriſque
ex contrahentibus diſſentientibus, vt ſcri
bunt Diocletian. & Maximian[b], & Pau-
lus[c]. In his quippe contractibus, & ordo, 12
& tempus, & ſolennitates & minuta alia
quædam ſequenda ſunt, vt conſiſtere poſ-
ſint. Alia etiam in iure ad Clothon illam
referri poſſent, ſed de illa iam dixiſſe pau-
ca ſufficit.

*a cap. ſæpè de verborũ ſignifica in Clementi. lib. 5. ti. xi.*
*b. in l. ſicut l. 5. de actioni lib. 4. C. tit 10. & ibi gloſſa.*
*c in l. in commodato l. 17. §. ſicut, commodati lib. 13. P. tit 6. Diocletiã. & Maximi. in l. cum profitearis. l. 4. cum duabus ſequentibus, de renocandis donationib. lib. 8. C. tit. 59. cum ſimi.*
*d orat. de corona.*

---

## Cap. XII.

*De ſortium & rerũ vltima parte. De morte ſiue de parca quæ dicitur Athropos.*

POſtrema ſuccedit nunc percurrenda parcarum Athropos, quæ finem ſtamini imponere fertur, vnde propriè hæc fatalis dicitur, quòd nullo modo euitari poſſit. Et in primis, mors, vltima hominis in hoc ſeculo periodus vitę. Et ita ait[d]. Demoſthenes. πέρας μὲν ἅπασιν ἀνθρώ-

ποις

ποις ἐςὶ τοῦ βίου ὁ θάνατος, καὶ ἐν οἰκίσκῳ τὶς αὐτὸν καθείρξας τηρῇ, id eſt, Extremum vitæ inquit, omnibus hominibus eſt mors, etiã ſi quis ſe in domuncula occluſum ſeruet. Et Cicero[a], mortem, materiæ finem dicit. Galenus autem[b]. Naturæ proſtrationem. Horatius[c], vltimam lineam rerum.
3 Omniúmque hęc ſors communis. Statutum enim eſt hominibus omnibus, ſemel mori. vt ſcribit D. Paulus[d], & ſemel eſt via calcanda lęti. Citiúſque aut ocyus ſedem properamus ad vnam. Mors ſautem ob peccatum indicta[e]. Quia per mulierem initium peccati, & per illam omnes morimur[f]. Deus enim mortem non fecit[g], ſed homo ſibi eam accerſiuit, contra pręceptum Dei peccans, & in poſteros iure hęreditario transfudit. vt ſcribit Theophylactus Archiepiſcopus Bulga[h]. & D. Auguſtinus[i]. Mortem quippe horret, non opinio ſed natura, nec mors accidit niſi ex pœna à Deo impoſi-
5 ta. Ex quo & rectè dicitur, à Deo etiam mortem creatam: non quòd genuerit eam, ſed quod eam in vltionem peccati fecerit: Et fas ſit, delicta puniri. Sic & ignis, grando, fames, mors, hęc omnia in vindictam[k], & antè faciem eius ibi mors & tempeſtas valida[l], & malorum

a *in fine oration. pro Milone.*
b *3. de Criſibus.*
c *lib. 1. epiſtolar. epiſt. 9.*
d *ad Hebr. 9. c.*
e *gen 2. & diuus Paulus ad Roma 5. c. & prima epiſtol. ad Cor. c. xi.*
f *Eccleſ. c. 25.*
g *vt ſcribitur ſapientiæ. 1. c.*
h *in c. 6. epiſt. Pauli. ad Romanos.*
i *de verbis apoſtol. ſermo. 32.*
k *Eccleſiaſti. ca. 39.*
l *Abacuch 3. c.*

a *Sapient.* 15. amatores, digni ſunt morte habiti[a]. atque
b *Eccleſiaſ.* xi. bona & mala, vita & mors, paupertas &
honeſtas, à domino dicuntur[b]. Cæterum 6
quia nemo eſt, qui ignoret duplici vita,
nos victuros, hac fluxa breui & quaſi ephe
meri, & vita poſt hanc æterna, illa terre-
ſtri, hac cœleſti: ſic etiam, non eſt igno-
randum duplicem eſſe mortem: vnam,
qua diſſoluitur corpus ab anima, hâncque
temporalem: aliam, qua corpus & anima
impiorum, æternis ſuppliciis cruciabun-
tur ob ſcelera in hoc ſeculo patrata: mors 7
námque corporalis, quamuis ſit vltimum
in hoc ſeculo, nō tamen eſt pœnarum ex-
tremum, ſed malis potius ſempiternarum
pœnarum initium. vt ſcribit Philo Iu-
c *lib. de pœnis & præmiis.* dæus[c]. Quódque nouerunt Platonici,
& alij priſci philoſophi, qui quidem de
animarum purificatione admiranda di-
ſputarunt. Hæcque, mors ſecunda dici-
d *c. 21.* tur in Diui Ioannis Apocalypſi[d], de qua
tamen ſecunda non loquor amplius, ſed
Theologis relinquo. De corporis autem
ſolutione loquor, & de animæ ſeparatio-
ne: ex quibus mortem hāc dicimus conſta
e *lib. 34. in georg.* re cum Platone[e], & Philone Iudæo[f], & a- 8
liis. In hac tamen, anima non tunc diſſol-
f *lib. 1. legū allegoriarum.* uitur in ſe, quinimo tunc verè viuere in-
cipit corporis ſoluta vīculis, inde velut ex
carce-

carceribus euolans, vt ait Maximus Ty-
9 rius,[a] & Cicero, b Porphyrius[c], Plutarchus,[d] Aulus Gellius,[e] & Lactātius.[f] Ideo & iuriſconſulti noſtri, mortem dixerunt terminum tantum huius vitæ, vt Iuſtinianus.[g] Et Diocletianus & Maximianus, Naturæ dixerunt conceſsionem.[h] Sed vt appareat clarius, Atropon vltimam parcarum priorem ſequi, & filum neceſsitate rumpere, Et quamuis conſtet rerum euentu & vſu, tamē vltrà moneo fatalem illam mortem (ſic enim naturalem vocat interitum Gellius.[i]) ſecundum Philoſophos Phyſicos & medicos, eſſe caloris refrigerationem, quę propter longinquitatem temporis, & profectionem, inceſſit. atque ea quidem, in ſtirpibus ariditas, in animalibus, obitus dicitur, vt ſcribit Ariſtoteles,[k] Plutarchus,[l] Galenus,[m] qui & primo de temperamentis, mortuos ideo ἀλιβαντας dici ait, quaſi nihil humecti in ſe habentes, vtpote, tùm caloris abitione exhauſtos, tùm frigore rigentes. Adſtipulatur & Hippocrates.[n] Et ſi ſcire cupis, quomodo filium aliarum parcarum ſequitur Atropos, & quomodo vltima eſt conſidera, quòd iuuentus natiuitatem ſequitur, iuuentutem ſenectus, cum qua & mors vt ſcribit Seneca.[o] Nec aliquid

10 (at "carum priorem ſequi")

a ſerm. 25.
b in ſomnio Scipionis.
c lib. de occaſion.
d li. 2. Homer.
e li. 2. c. 8.
f lib. 2. diuinarum inſtit. c. 13.
g in §. his omnibus de hæredib. et falcidia in authēti. colla. 1. tit. 1.
h in l. 1. ad ſenatuſcon. Tertul. lib. 6. C. tit. 55.
i li. 13. c. 1.
k lib. de reſpirat.
l lib. 5. de placitis philoſoph. c. 24
m lib. 2. de tēperamēt.
n lib. 4. de morbis.
o 30. epiſt.

quod ſperet habet ſenectus, quę recta via ad mortem ducit. Sic naſcendo morimur, & finis ab origine pendet, vt ſcribit Manilius,[a] & vt ait Plutarchus,[b] prima cauſa quæ ſolis lucem nobis oſtendit, eadem & tenebricoſum ducit ad orcum. Huius 11 imago, qui circa nos verſatur aër, diem & noctem per vices faciens, vitæ ac mortis: ſomni ac vigiliæ. Hęc ineuitabilis parca 12 vt ait Cicero.[c] Et Iſocrates[d] ait, τὸ μὲν ἀπ-τελευτῆσαι πάντων ἡ πεπρωμένη κατέκρινε, τὸ δὲ καλῶς ἀποθανεῖν ἴδιον τοῖς σπουδαίοις ἡ φύσις ἀπένειμε, id eſt, mori omnibus fato deſtinatum eſſe: at benè mori, proprium bonis natura conſtitutum. Diuus etiam Auguſtinus in Pſalmum 122. reſiſtitur inquit, ignibus, vndis, ferro, reſiſtitur poteſtatibus & regibus: venit vna mors quis ei reſiſtat? Reſpondet Apollonius Rhodius.[e] οὐ γάρ τις, ἀποτροπίη θανάτοιο, id eſt, nec quiſquam effugere poteſt mortem. Addique commodè poterit ſi placet Horatius, lib. ſecundo odar.[f] & Ouidius.[g]

a *li. 4. Aſtronomicõ.*
b *oratione conſolato. ad Apollo.*
c *1. Tuſcul. & orat. 2. in Lælium Catilinam.*
d *1. orat. ad Demonicũ.*
e *li. 4. Argonauticõ. verſ. 10. 29.*
f *ode 3. in fine. & lib. 1. ode. 4.*
g *epiſto. ad Liuiã ver. 368.*

Vita data eſt vtenda, data eſt ſine fœnore nobis
Mutua, nec certa perſoluenda die.
Fortuna arbitriis tempus diſpenſat vbique,
Illa rapit iuuenes: ſuſtulit illa ſenes.

Quáque

Quaque ruit, furibunda ruit, totúmque
per orbem
Fulminat,& cæcis cæca triumphat e-
quis.
Sed rigidũ ius eſt,& inæuitabile mortis,
Stant rata non vlla fila tenenda manu.

Et id cantat Euripides.[a] γίγνωσκε δὲ ὡς πᾶσιν
ἡμῖν κατθανεῖν ὀφείλεται, id eſt, cognoſce,
quod omnib. nobis oportet mori. Et A-
nacreon ad ſeipſum, θανεῖν μὲ δεῖ καὶ μὴ θέ-
λω, id eſt, Oportet inquit me mori, etiam
ſi nolim. Quis namque eſt homo qui vi-
uet,& nõ videbit mortem? vt ait Dauid,[b]
atque cum illa ſit lex vniuerſi, vt natum
moriatur. Iuriſconſulti certam mortis du
cunt adiectam conditionem,[c] cámque
communem,[d] ideo fatalem ſortem, etiã
13 dixerunt,[e] vt Gordianus fati munus di-
xit,[f] & Imperator Alexander, fati diem
nominat.[g] Obſeruare autem admoneo
14 in iure, triplicem mortis conditionem:
nempe ciuilem,ſpiritualem, & naturalẽ.
15 Naturalis, ex infirmitate, ſenectute,vel
extrinſecus vi contingens, vt annota-
uit Guillelmus Benedicti.[h] Ciuilis

a *in Alceſte. act. 3. verſ. 174.*
b *pſal.* 88.
c *Vlpian. in l.1.de cõdition. & demonſtra. li.35.P.ti.1*
d *vt in canon. in eccleſiaſtico. cau. 13. quæſt. 2. in 2.part.decr.*
e *in l.1. de hæredibus decuriõ. li. 6.C.ti. 61*
f *in l.ea demũ. l. 6. de collat. lib.6 C.tit. 26. & in l. 1. Qui teſtament. facere poſſunt. eod. lib. tit. 22.*
g *in l.final. ſi reus vel accuſator mortuus fuerit li. 9. C. tit. 6.*
h *in c. Raynũtius in verbo 1. mortuo itaque teſtatore. num. 9. & ſequent. de teſtamentis.*

eſt,cùm deportatione,relegatione, vel ca-
ptiuitate, adimitur vitæ libera poteſtas,
& cùm quis ingreditur monaſticum or-
dinem.De prioribus,Vlpianus,[a] Paulus,[b]
Iuſtinian.[c] Tractat & de poſtremo alibi
Iuſtinianus.[d] Qua in re poſita eſt contro- 16
uerſia, num appellatione mortis conti-
neatur & ciuilis. Nam interdum porrigi
caſum mortis naturalis,ad ciuilem reſpō-
dit Sceuola,[e] idq; potiſsimum in his,quo-
rum poteſt in vtroque caſu eſſe par ratio.
Interdum tamen aliter ſpectanda mors
naturalis, vt in ſpecie quadam Papinia-
ni.[f] Notat autem & diſputat hanc quæ-
ſtionem Panormitanus.[g] Et hæ mortis
ſpecies in multis conſiderantur iuris ar-
ticulis, potiſsimum in teſtamentis, quæ
morte firmantur.[h] Item in donationibus 17
cauſa mortis.[i] Spiritualis porro mors, in
iure pontificio dicitur,ex cōmunicatio.[k]
& ita eſt mors ſola quę imponitur per iu- 18
dicem ſpiritualem,qui naturalem impo-
nere nequit:vt ſcribit idem Innocentius

*a in l.fina. de bonorū poſſeſſi cōtra tabul.li. 37.P.tit.4. b in l.actione,l.66.§. public. pro ſocio.lib.17 P.tit.2. c in §.publ. de ſocietate lib.3.inſtit. tit.26. d in l. Deo nobis l.42. & in authentic. ingreſſi de ſacroſan. eccleſiis,li.1. C.ti.5. e in l.Gallus Aquilius.l.29. de l.beris et poſthumis, li.28.P. tit.2.*

*f in l. ex ea parte l.151.§.in inſulam.de verbor.obligat.li.41.P. tit.1.& in l cū pater l.79.§.hæreditatē. De legat.2.li.31.P.ti.1. g in c.Cum ſis,de conuerſ.coniugator numero.5.& 6. h Paul. ad Hebr.9.c.& Vlpian.in l.1.de teſtament.lib.28.P.tit.1.cū ſimili.ibi notatis. i per totum tit.6.lib.30.P.de mortis cauſa donati. k Innocentius tertius nomin pontifex.in c. per venerabilem c.13.circa finem qui filii ſunt legitim. li. 4. decr.ti.17.*

tertius

tertius ex conſilio generali.a

a in c. ſentẽtiam c. 9. ne clerici vel monachi li. 3. decr. ti. 50 idẽ in cap. ex literis c. 10. de exceſſib. prælat. lib. 5. decr. tit. 3.

## CAP. XIII

*De morte ſiue interitu rerum omnium.*

RVrſum ſciendum, mortẽ accipi poſſe metaphorikè pro omni fine, vt voluit Ariſtoteles.b Qua ratione, mors
1 tùm apud Theologos, tùm philoſophos, pro adeptione & priuatione ſumitur. Ita & noſter Iuſtinianus dixiſſe intelligitur, mortem omnia ſoluere.c Sic rerum fines fata dicuntur. Et quemadmodũ mors fatum dicitur, ita damna dicta fatalia à Papiniano, quę per rei interitum accidunt.d Et dies pariter fatales hi dicuntur, qui cõceſſi ad appellandum: quòd his elapſis, appellandi facultas extinguatur. Theodoſ.
2 Et Valentinian. Cęſar. in l. 2. & alibi Iuſtinian.e Quod latè docet abbas Panormitanus.f Huc referantur, omnes exceptiones peremptoriæ, quæ negotium peri-
3 mũt, vel litem: cùm exceptio, ſit actionis excluſio, vt replicatio excluſio exceptionis, & triplicatio replicationis. Et ſic cõſequẽter de quadruplicatione, & aliis apud Vlpian. Caium, & Iuſtinianum & alios.g

b in li. 5. metaphyſic. c. 16.

c in § deinceps de nupt. tiis in authẽt. collat. 4. tit. 1.

d in l. 3 de fundo inſtructo inſtrumẽtóne legat. li. 33. P. tit. 7.

e in l. 2. in l. fina. de tẽporib. appellation. lib. 7. C. tit. 63.

f in c ex ratione num. 8. de appellat. in decr.

g in l. 2. & Caius. in l. 3. de exceptionib. lib. 44. P. ti. 1. § perẽptor. de exception. b. li. 4. inſti. cũ ti. ſequẽt. facit ti. 35 li. 6. C. et ti. 25. li. 2. decr. et ti. 12. in 6. li. 2. et ti. 10. li. 2. Clemẽt.

Pereunt etiam actiones temporibus cer-
tis à lege definitis, vſucapione: rebus, tem 4
pore & titulo, iuncta bona fide poſſeſsis.
Huc referuntur tituli de vſucapionibus
loquentes, à titulo vniuerſali, vſque ad 41.
libri 7. C. & in libro 41. P. à titulo 3. vſque
ad finem. Item litibus mors accidit & fi-
nis, Ciuilibus quidem poſt trium annorũ
intermiſsionem criminalibus autẽ, poſt 5
duorum annorum tempus, quod vocatur
heremodicium cauſæ, vt ſcribit Iuſtinia-
nus.[a] Terminantur etiam per ſententiã,
apud Modeſtinũ.[b] Et vt breuiter abſol-
uam, illud tenendum eſt, corpora omnia,
quæ ortum habuerunt cuiuſcunque fue- 6
rint qualitatis, finem & terminum habi-
tura. Mors namque, vt Quintianus Stoa
ait, colles, mœnia, ſaxa domat. & Statius,[c]

Omnia functa,
Aut moritura vides, obeunt noctéſque
diéſque,
Aſtráque, nec ſolidis prodeſt ſua machi-
na terris.
Nam populos, mortale genus, plebíſque
caducæ
Quis fleat interitus? hos bella, hos æquo-
ra paſcunt,
His amor exitio, furor his & ſæua cupido,
Vt ſileã morbos: hos ora rigentia brumæ,
*Illos*

*a in l. final. vt intra certũ tempus criminalis quæſtio terminetur, li 9. C. tit 44 et in l. properandum, l. xi. in principio, & in § cũ autẽ heremodictũ, de iudiciis, li. 3. C. ti 1.*

*b in l. 1 de re indicat. li. 42 P. ti. 1*

*c in 2. ſyluarum in Epicidio in Glauciam verſ. 209.*

Illos implacido lætalis Serius igni,
Illos manet imbrifero, pallens autumnus hiatu.
Quicquid habet ortus, finem timet. Ibimus omnes,
Ibimus, immenſis vrnam quatit Æacus vmbris.

Et Cœlum, & Terra tranſibunt.[a] Machináque mundi conflagratione alterabitur,
vt ſcribit Sibylla.[b] & D. Petrus.[c] Docétq;
nos id futurum, elementorũ concreta. Nã
ignis extinguitur, aqua ebibitur terra, ter
ra diſſoluitur & ſeneſcit. vnde totum eſſe
mortale, cuius partes mortales ſunt, cõiicere
poſſumus, cũ omne quod ſub viſum
oculorum venit, ſit mortale & ſolubile.
Mũdum etiam Epicurus ex Democrito,
ortũ aliquando periturum voluit. vt ſcri-
7 bit Lactantius,[d] vbi ipſe reprehenditur,
quia Platonem reprehenderit, neſcio ta-
men an rectè. Diſputauit cõtra æternitatẽ
8 mundi, Macrobius,[e] & D. Auguſtinus:[f]
Quãquam ſciã alios, incorruptibilem, cũ
Platone in Timæo aſſeruiſſe. Quamque
ſecutus eſt opinionem, atque doctè in v-
trãque diſputauit partem Philo Iudæus.[g]
De hoc & vidẽdus Ariſtoteles.[h] Cuius &
opinionis fuit etiam Plinius.[i] Cicero ta-
men ex Panætio conflagraturum pariter

a *Matth. 24. et Luc. 21. Marc. 13 Iſaiæ. 34. & 51. D. Petrus 2. epiſt. c 3.*
b *li. 8. oraculorum Sibyll. norũ in Acroſticho.*
c *vbi ſuprà*
d *lib. 7 de diuin. præmio c. 1.*
e *lib. 2. in ſomniũ Scipionis. c. 10.*
f *in quæſt. veteris & noui teſtamẽti quæſt. 28.*
g *lib. quod mundus ſit incorruptus*
h *lib. 3. de cœlo cap. 1. & ibi eius commentatores.*
i *lib. 2. nat. hiſtor. c. 1.*

a *lib. 2. de nat. Deor.* opinatur,[a] & ego credo, verùm, nũ ideo in totũ vel in qualitate, vel aliter, pereat, vel renouetur, mihi non datur otium diſputandi, nec in hoc campo licet ſpatiari. interim tamen, finem faciens (certo certius dico) omnia fluxa & caduca hoc in miſerabili ſeculo eſſe, omnia tranſire, nihilque à nobis ex his exportandum, reddendam tamen villicationis noſtræ eſſe rationem: aut, vt pro bene actis, remuneremur à Deo omnium iudice: aut, vt pro male actis & delictis acriter puniamur. Quod ſi quis conſideret, dabit operam, vt numum talentum ſi quod ſit conceſſum, cum iuſtitia, vtilitate & pace reipublicæ, & bono proximi, ad gloriam Dei exerceat, ſuo tempore & horis conuenientibus: vt poſtea, ex vita prima, & progreſſu, per mortem cum vſuris ad cœleſtem patriam fœlix, recipiatur, victurus in perpetuum beatus.

F I N I S.

*Soli Deo Gloria.*

Veritas Domini manet in æternum.

CEN-

*CENSVRA*
*De temerario hominum*
*Iudicio Valerij Maximi.*
*lib. 4. C. 7.*

NVLLA tam modeſta fœlicitas eſt, quæ malignitatis dẽtes vitare poſſit: & quo ſeceſſu quoſdam fugeris, aut quibus inſulis miſericordię permulſeris, non cohibebis, ne vt alienis malis perinde ac bonis ſuis lætentur ac geſtiant: diuites ſunt alienis iacturis, locupletes calamitatibus, immortales funeribus. Sed illi quatenus alienis incommodis, ſuorum adhuc expertes inſultent, optima vindex inſolentiæ, verietas humanæ conditionis viderit.

AD VNDECVMQVE POLITISSIMVM VIRVM P. Gregorium, Heliæ Bordani Petragoricenſis.

# ODE.

*DVM Reſponſa ſacer Gregorius, viris*
*Vt numen Nomium fauce refert graui,*
*Artes dum Cereris falcifera docet.*
*Iſtum quis reputet ſyrmate paruulo,*
*Ciuilem ſeriem ſculpere doctius*
*Quàm cunctos rigidis dogmatibus Sophos?*
*Quid miror? canitum* τρηγόειος: *Necis*
*Stertit, nec placidè præteriit diem.*
*Quid miror? cecinit fatiloquus Tages,*
*Auras dum rapidas Lucifer aufugit*
*Clara Gregorium viſcera Palladis.*

Spero & Aſpero

*INDEX*

*INDEX EORVM QVÆ IN his Præludiis opt. Iuriſconſulti ſparſim continentur. cuius prior numerus librum, ſecundus caput, tertius verò capitis numerum ſignificat.*

A


ABEL & Cain ſimul habitarunt 5.5.6
Abelis & Caini officiū & ſacrificium 2.37.7
Abimelech punitus ob detentionem vxoris Abrahami 2.17.2
Abolitio criminum quando fiat 4.8.2
Abraham iuſſus à Deo filium mactare 5.7.5
Abrahamus angelum adorauit 2.23.8
Acham iram Dei in populum concitauit 2.22.9
Actio vtilis quid 3.2.1
Actio pudicitiæ attentatę quę 2.15.12
Actiones pereunt tēporibus à lege dìfinitis 5.13.4
Actiones pro ſeruorum iniuriis 5.6.35
Adam omnium rerum dominus 2.28.1
Adami tempore domus conſtructæ 3.5.6
Adulatores è Republica & ſocietate hominum pellendi 2.9.2
Aduocati boni militare dicuntur 2.27.4
Aduocati boni & facundi ſunt veluti lingua populi 5.10.8


Adulteram

Adulteram vxorem maritus lege antique occidere poterat impunè: vxor verò maritum adulterum nec digito tangere audebat 2.17.14
Adulterij Paridis & Helenę vindicta quę & quanta fuerit 2.17.8
Adulteri quomodo iure Romano puniantur. 2.17.10
Adulteri hodie in Gallia relegantur cum infamia. 2.17.11
Adulteri cum hera ſua, ſuſpenduntur in Gallia, & quare 2.17.11
Adulterum occidere quibus perſonis liceat, & quare 2.17.13
Adulter iure diuino morte & infamia punitur. 2.17.1
Adulterium crimen graue ante oculos Dei, vt probatur exemplis 2.17.2
Et ab Ethnicis improbatum ac punitum 2.17.3
Adulterium cæteris criminibus maius & quare 2.17.13
Adulterium Leuitę quomodo apud Iudęos vindicatum 2.17.7
Aulterorum variæ & diuerſę pœnæ 2.17.1
Adulteri aſino quare Pariſiis imponantur 2.17.4
Adultera mulier iure canonico dote & paraphernalibus priuatur 2.17.5
Adulterarum pœna apud Germanos quæ 2.17.5
Ædilium Romanorum creatio 2.30.7, & ædiliũ duo genera 2.30.8

Ædili-

Ædilitiæ actiones quæ & quales ibid.
Ægyptij ſacerdotes abſtinente ſalibus & pane ſalito 1.10.2
Ægyptij diuidunt poſſeſſiones funiculo & quare 3.6.5
Ægyptij,Reges ſuos ex ſacerdotibus eligũt. 2 4.4
Ægyptij quare corporum trãſmigrationem probarunt 5.9.7
Ægyptiorum dies 4.2 2
Ægyptiorum de creatione rerum ſententia 5.4 8
Ægyptiorum ſacerdotum filij quare regibus aſſiderent 2.26.1
Ægyptiorum lex circa mortuorum ſepulturam 2.44 12
Ægyptiorum & Hebræorum planctus ſuper mortuos 2.45.9
Ægyptiorum ritus & ceremoniæ in ſepeliendis mortuis 2.45.7
Æquitatis tres ſpecies 1 3 2
Æraria & fiſcus ſunt nerui reipublicę 5 10.12
Ætatum diuiſio 4.2.21, propria & peculiaria ætatum 4.12.22
Æthiopes dant decimas cinnamomi. 2.25.2
Affectus nullus vincit paternum 5.7.18
Affinitas quid,& quæ dicatur 2.2.3
Ager ſpinis abundat ſine cultura 4.11.8
Agi ciuiliter & criminaliter quando coram eodem iudice poſſit 2 32.14
Aiacis Oilei naufragiam 2.22.6

Alexander Magnus milites ſuos magnificè ſepeliebat 2.44 8
Alexander Magnus Simonem Pontificẽ max. mũ Iudæorum adorauit 2 24.8
Alcmenæ fratrum occiſorum vindictu 2.22 11
Alterum ne lædas, præcepto, quid contineatur & prohibeatur 2 19 1.& 2 19.5
Amicitiam vocant Pythagorei complexum omnium virtutum 2.3.2
Amor filiorum in parentes multo minor eſt amore parentum in filios 5.7.15
Amor ad virtutem incitat homines 2.3.3. Quando creatus ſecundum Heſiodum ibid.
Amor à Platone annulus & funiculus quo omnia ligarentur appellatus ibidem. & amoris laudes. ibidem.
Amor ferarum in ſuos fœtus. 5.7.19
Amphyctionum conſilium 4.6 9
Anabaptiſtæ hæretici 3 4 10
Anacharſis honeſtatis cultor 2 12.3
Anaxagoræ feriæ 4 6 21
Anaxandrides ab Athenienſibus media confectus 2.38 9
Anci Martij Regis in Regno geſtu 2.29.7
Androdamus Rheginus Chalcidenſium legum inuentor 1.8 2
Androgyneus populus 5 5.14
Angeli à plerisq; autoribus Dęmones dicti 2 23.1
Angeli ligantur catena amoris 2 3 3

Angeli

Angeli ſunt Dei miniſtri, & hominum cuſtodes 2.23.2
Angelis quis honor debeatur 2.23.8
Angelus Paulo apoſtolo futura prædicens 2.23.9
Animalia bruta aliquando æquitate homines vincunt 1.14.3, & illis ſunt deteriores plerumque, & quare ibid.
Animæ primo, & linguæ ſecũdo erudiendę 1.16.2.
Antiſtites ſacrorum debent condire populũ verbo & exemplo 2.25.7
M. Antonini in pręceptores ſuos beneficentia 2.41.5
Appius Claudius tentauit violare filiam L. Virginij 2.30.11
In Apollonia iuſta pro mortuis fieri ſolita. 2.43.14
Apoſtoli analphabeti Spiritus ſancti virtute, in ſummos euaſerunt viros 1.16.5
Apoſtoli ſabbatho vellebant ſpicas 4.7.3
Aqua zelotypiæ 2.17.3
Arabes decimas thuris ſoluunt 2.25.2
Arbiter & moderator eſt vnuſquiſque ſuæ rei 2.14.6
Areopagitarum in iudicando conſuetudo 2.8.2, & cur Areopagi noctu iudicabant ibidem
Argumenta quędam contra iuſtitiæ obſeruationem 1.15.1
Ariſtides Iuſtus cur omnes ſodalitates fugiebat 2.8.3.
Ariſtotelis circa creationem orbis opinio 5.4.6

In artibus perdiſcendis fruſtra homines ſe torquẽt ſine diuini numinis ope 1.16.3
Aſa cõfiſus medicis & nõ Deo, mortuus eſt 2.20.11
Aſſyrij cur ægrotos in viis componunt 2.19.7
Aſtrologia iudiciaria vnde emanarit, & cur reprobanda: & eſt inuentum diaboli 4.4.3, prohibita lege Hebræorum 4.4.7
Aliter philoſophi, aliter iuriſconſulti aſtutias tollunt 2.14.5
Athemonis bellum. 5.6.27
Athenæi ſententia, de legibus Platonis 3.7.3
Athenienſes non admittunt ſcortatores ad Reipublicæ adminiſtrationem 2.15.9
Athenienſium magiſtratuum duo genera 2.31.5
Athenienſium cerimoniæ & ſacra pro mortuis 2.43.12
Athenienſium lege, ſerui iniuriarum actionem intentant 5.6.34
Atropos dicitur fatalis 5.12.1, ſequitúrque filium aliarum parcarum. & omniũ eſt vltima 5.12.10
Auaritia Chriſtianis prohibita 2.37.4
Auaritia iure vtroque punitur 2.37.9
Auaritiæ definitio 2.37.2
Eius epitheta ibidem. Quæ mala adferat 2.37.3
Auguriorum obſeruatores damnandi 4.4.5
Oct. Auguſtus Cæſar primus Romæ Imperator, eiúſque geſta 2.30.18
Authoris oratio ad Deum 1.1.2

Aues

Aues ver aut flatus indicantes 4.4.9
Aurum vnde ſic dictum 4.1.5

B.

Bella ob fines agrorum inter pleráſque nationes geſtu 3.7.1
Belli incómmoda 3.1.7
Bellum iuſtum quod 3.14.4
Bellū̃m excitatur propter peccata hominū 3.10.4
Biantis dictum, ſapientiam dilige 2.35.9
Bona omnia à Deo hominibus dantur 2.20.3
omnia erant ab initio Bona 5.4.4
Britannia dies inæquales habet 4.2.5
Bufones olim erant inſignia Regum Gallorum 1.11.3

C

Cabala, lex, & quis eam primò euulgarit 1.13.2
C. Cæſar Caligula vectigal ex capturis proſtitutarum capiebat 2.15.4
Cęſaris, Marci Philoſophi ſeculum philoſophis refertum 2.4.3
Caini & Abelis diſſidium vnde ortum 3.6.4
Caligulæ dies Iuuenalis 4.6.22
Caloris ignei ſunt quatuor gradus 3.7.8
Cambyſes Rex quomodo ſupplicium ſumpſerit de iudice pecunia corrupto 2.37.7
Cambyſes exercitum amiſit, ſéque interemit numinis contempti vindicta 2.22.5
Candaules cur ab vxore interfectus 2.12.4
Candidati cur apud Romanos albis veſtibus in-

duti 2.35.1
Canis animal,beneficiorum valde memor 2.3.2
Capaneus ob cõuitia in Deos dicta, fulmine ictus 2.22.6
Carthago ob quorundam ciuium rebellionem olim deletu 2.22.10
Caſus quidam ſunt,in quibus de ſubſtãtia ſcriptura eſt 1.13.3
Cenſus à quo inuentus,& quare 2.29.8.& vnde dictus 2.29.11
Cenſendi modus 2.29.9
Ceremon.æ eccleſiaſticæ obſeruandæ 2.22.13
Cecropidarum Dux cur partim draco, partim homo dicatur eſſe 2.35.14
Cham improbitas 3.6.15
Chamitarum ſucceſſio 3.5.7
Charidemi Athenienſis mors 2.38.10
Charitas bene ordinata incipit à ſeipſa 3.8.6
Charundas Thuriorum legiſlator 1.8.2
Chenalopecis in ſuos paruulos amor 5.7.20
Chilonis dictum γνῶθι σαυτὸν, quod in columna Delphica ſuſpendebatur, ſæpe memoria voluendum,& quare 2.19.3
Chlamys,venatorum olim veſtis 2.7.4
Chriſtus iniurias & opprobria lubens pertulit 4.8.15
Chriſtus iuris præcepta ad duo reduxit, ad dilectionem Dei & amorem proximi:& rurſum illa reducuntur ad vnicum dilectionis mandatum

datum 2.3.1
Chriſtus & martyres, veritatis aſſertores 2.38.13
Chriſtus propria authoritate miracula fecit: cæteri verò eius authoritate 5.2.9
Chriſtus à Ioſeph & Nicodemo ſepultus 2.44.6
Chriſtus qua ætate fuit baptizatus 4.12.16
Chriſtus quare Deus & Meſchiah dicatur 1.11.2
Chriſtianis naſcentis eccleſiæ omnia fuere communia 3.4.9
Chriſtianorum apud Agarenos ſeruorum miſeria 5.6.18
Chriſto naſcente quare vniuerſus orbis deſcriptus 2.29.10
Chriſto naſcente idola corruerunt 2.32.10
Cymmerij nullos habent dies, ſed perpetuam noctem 4.2.7
Circumuenire verbum, quid ſignificet 2.14.4
Ciues non minus pro legibus quàm pro mœnib. conſeruandis pugnare debent 1.14.7
Ciuilia iudicia quæ 2.32.11
Ciuilium iudicum ſpecies ibidem
Ciuis bonus debet omnia reipublica cauſa facere 3.8.4
Ciuitas tota ob vnius ciuis crimen ſæpe à Deo punitur 2.22.8
Ciuitates quæ nullos habeant ſeruos 5.6.16
Clericus vnde dictus 5.4.14
Clerici vnum beneficium ſeu officium tantùm debent habere 5.10.25

Clerici aduerſus epiſcopum ſuum cõtumacis pœna 2.24.11
Clerici cur beneficiorum cuſtodes dicti 2.42 8
Clericorum ſors 5.10.21
Clodoueus primus rex Gallorum Chriſtianus & vnctus 1.11.2
Clotho quid 5.9.1
κλώθω verbum quid ſignificet 5 9 2
Clotho in quibus rebus obſeruanda 5.11.1
Clotho in iudiciis obſeruatio 5.11.7
Clotho in contractibus obſeruanda neceſſariò 5.11.11
Cogitationis pœna apud Iuriſconſultos nulla 4.8.10
Coloni adſcriptitij qui & quales 5.6 22
Colloquia praua corrumpunt bonos mores 2.16.3
Comerus Gallus iuſtitiam ſubditos docuit 1.9.1
Comitia olim quomodo Romæ habita, & quare olim ſapientibus inuiſa 2 32.2
Communia omnia ab initio an fuerint 3.4.4
Communio natura permiſſa 3.5.1
Communio rerum ex quorundam ſententia, iuris naturalis eſt 3.4.1
Communio pacis cauſa neceſſaria 3.6.1.& eſt naturâ difficilis 3.6.3.
Communia negligi ſolent 3.6.2
Communio rerum parit diſcordiam, idque exemplis probatur 3.6.3
Condictio generalis 4.9.3.

Conſilia

Conſilia vbi multa ſunt, ibi & ſalus eſt 2.8.6
Conſilij rectitudo à Deo emanat 1.4.4
Conſilium à ſapiente petendum 2.35.10
Conſilium ſenum, pugna iuuenum 4.12.20
Conſilium ſapiens multas manus vincit 2.35.15
Conſtitutiones in hæreticos, in Gallia modo ſuſpenſæ 2.22.12
Conſuetudines nonnullæ cur in ſcripturam redigantur 1.13.3
Conſuetudines omnes probæ, ſunt leges, & non contra 1.13.1
Conſuetudo eſt lex priuata ibidem
Conſules Romæ quando, & qui primò creati 2.30.1
Conſultatio optima & vtilis in iudiciis, & quare 2.8.5
Contentionum genera 4.11.6
Contentio homines ad laborem excitat 4.11.7
Contractus vt valeant quæ ſint obſeruāda 5.11.12
Contractus omnes ab initio liberi ſunt, & ex poſtfacto neceſſarij 2.14.6
Contractus metu initi, vel vltra dimidium iuſti pretij reſcinduntur 2.14.7
Contractus quandoque claudicant 4.9.5
Corpora punitorum quæ & à quibus ſepelienda 2.44.18
Corporalia & incorporalia quomodo vſucapiantur 584
Corporalium rerum differentia 5.8.5. & earum

diuiſio triplex 5.8.6
Corporales res,& incorporales quæ 5.8.2.& 3
In ordine executionis ſententiæ quæ res corporales an incorporales primùm capiendæ ſint 5 8.7
Corporis ciuilis & naturalis per omnia ſimilitudo 5.10.18
Corpus quid 5 8.8
Crimina noctu commiſſa, cæteris ſunt grauiora 4.8 4
Crimina motu animi cõmiſſa, leuiora ſunt iis quę animo deliberato fiunt 4 8.7. & quæ ab iratis fiunt, puniuntur 4 8.14
Crimina caſu fortuito commiſſa, ſunt exempta à pœna 4 8.9
Crimina augentur, minuuntur, vel non puniuntur ratione temporis 4 6.5
nulla vnquã ętas aliquo diuino Cultu caruit 2.20.5
Cumæi quomodo adulteria puniant 2 17.4

D

DAgoberti Regis Galliarum anima ſuffragiis diuorũ à dæmonibus fuit liberata 2.43 9
Dauid panes propoſitionis comedit 4.7.3
ob populum à Dauide numeratum ſeptuaginta millia Iſraelitarum perierunt. 2.22.9
Decemuiri quando & qui primùm creati 2.30.9
Decemuiratus Romæ, & cur abrogatus 2.30.10
Decimæ ab Hercule ſolutæ 2 25.2
Decimæ & primitiæ quo iure Antiſtibus debeantur 2 25 I

Decipere alterum in contrahendo quomodo liceat 2.14.1
Dæmon quid ſignificet 2.23.1
Dæmonibus olim Dei cultus à paganis tributus 2.23 3. & homines dæmonib. immolati 2.23 6
Dæmonum ſcientia 2.23.7
Defenſio corporis ſui iure permiſſa 4.7 9
Delphici oraculi ſacerdotes qui erant olim, & qui poſtea electi 4.12.10
Democritus dicebat veritatem in puteo profundiſſimo demerſam 2.38.5
Denuntiatio quæ ſit nulla 4.6.31
Denuntiatio in alium diem reiecta ibidem
Deus omnia creauit 5.4.11. & eſt omnium bonorum largitor 5.4.12, Eſtque ſortium cuiuſque author 5 4 13
Deus eſt caput omnium rerum 5.10 2
Deus principium omnium rerum 5.1.4, & 5 omniáque perducit ad finem 5.1 4
Deus eſt prima & vnica cauſa omnium rerum 5.2.1, & 2
Deus dedit hominibus ſigna omnium rerum ſuo tempore faciendarum 4.1.1
Deus non eſt author, neque cauſa malorum 5 3.5
Deus ab omnibus colendus 2.22.1. & læto ac diligenti animo 2.22 2
Deus vnicuique rei naturam propriam conceſſit. 5 4 3
Deus omnis boni author 2 5.4

Deus iudex omnium iudicum 2.36.8
Dei ſolius eſt futura predicere 4.4.10
Dei ordinatione omnia in ſuo ſtatu pmanēt 5.9.4
Dei cognitio in domo Abrahæ remanſit 2.28.8
Dei optimi varia epitheta 2.3.2
Deo ſemel dicatum non poteſt in humanos vſus conuerti 5.11.3
Deuolutio collationis beneficiorum ab ordinariis ad alios 4.12.5
Dianæ hoſtiæ 2.23.4
Dictator quando Romæ creatus 2.30.2
Dies naturalis cur dicatur 4.2.10
Dies Romanorum 4.2.11. eius initium 4.2.18
Dies Babyloniorum 4.2.12
Dies Iudæorum – ibidem
Dies Arabū & Aſtrologorū quādo incipiāt 4.2.19
Dies vulgaris 4.2.20
Dies Gallicus 4.2.21
Dies & nox mortem & vitām ſignificant 5.12.11
Dies Athenienſium 4.2.17
Dies æquinoctiales 4.2.8
Dies æquales vbi & quando ſint & non 4.2.4
Dies certus interpellat pro homine 4.10.1
Dies ad accuſandum vtiles ſeu iuſti 3.2.1
Diei & noctis diuiſionis origo 4.2.1
Dierum apud Romanos diuiſio 4.2.3
Diebus feſtis populus olim cōueniebat vt inſtrueretur 4.6.12
Dilectio eſt compendiū totius diuini & humani iuris

iuris 2.3.1,& eſt res factu facilis,& quare ibid.
Dilectionis laus & vtilitas 2.3.5
Diogenes Cynicus Dydimum adulterum cenſuit teſticulis ſuſpendendum 2.17.6
Diſcipuli coram præceptore oſtentatio morte digna. 2.41.3
Diſtributio quid,& eius partes 2.20.1
Diuinum numen in initio & exordio operis inuocandum 1.1 1
Diuiſio,ab orbis initio,omnium rerum facta eſt à Deo 3 6.6. & eſt iure naturali recepta 3.7.9
Diuiſiq rerum neceſſaria 3 5.3
Diuites ſunt tantùm diſpenſatores bonorū 2.42.4
Dominiorum diſtinctio quæ mala pepeit 3.4 6
Dominorum in ſeruos ſæuitia 5 6.29. iure ciuili refrenata 5 6.32
res quæ alicuius Dominium fugit, ad ſuam priſtinam redit naturam 3.4.2
Donationes etiam à minoribus in præceptores collatæ non infirmantur. 2.41.8
Draco reliquorum facinorum immunitatem conceſſit,adulterium vindicanti 2.17 6
Druidę legiſlatores primi Gallorum 1.9.1
Druidarum munus 1.9.1. & eorum religio abolita à Claudio Cæſare ibidem

E

ECcleſiæ primitiuæ tempore quæ, & qualia & quomodo communia 3.7.5
Eccleſiaſticarum rerū alienatio iure vtroque pro-

hibetur 5.11.4. & quomodo, & quando & à quibus alienari poſſint 5.11.5
Echecreatis luxuria 4.12.11
Echeti pœna 5.7.25
Eleemoſyna quomodo facienda 2.42.5
Eleemoſynæ tractatio iudicibus non infrugifera 2.42.10
Eleemoſynam dantes, benedictiones quæ ſequantur 2.42.11
Elephanti pudor dum coire vult 2.12.1
Empedocles metempſycoſis aſſertor 5.9.6
Enceniorum feſtum 4.6.18
Enochus quando & vbi & quid ſcripſerit 2.28.2
Ephemerides perpetuæ Mizald. 4.5.7
Epicurus mundum periturum exiſtimauit 5.13.7
Epiſcopus qualis eſſe debeat 2.25.8
Epithota varia nationum 2.2.2
Eremodicium cauſæ 4.11.15
Error gloſ. in §. Ius autem Romanorum de patr. poteſta. 5.7.9
Ethnicorum opinio circa mortuos precibus & ſacrificiis iuuandos 2.43.10, & circa immortalitatem animæ 2.43.11
Ethnicorũ circa mũdi geneſim opinio falſa 5.4.5
Eunomia filia Themidis, & eius ſignificationes & partes 2.1.1
Exceptiones peremptoriæ 5.13.3
Excommunicati an ſepeliendi 2.44.13
Exempla varia populorum imitantium princi-

pum eorum virtutes; 2.4.3
Exomniandi modus 4.10.12
Ἐξόμνυσθαι, quid 4.10.11
Expenſæ à patre in filium cauſa ſtudij factæ, non veniunt in collatione 2.40 9
Explicatio §.Idem Pomponius.l.In capſæ. de minor.in pan. 2.14.1
Explicatio.§.Cōſtat.de iure natu.gēt.&ciuili 1.13.1

F

Fames & ſterilitas ob decimas nō ſolutas 2.25.5
Familiaritas nimia parit contemptum 2.8 3
Fannia lege ſumptibus modus impoſitus, quæ renouata poſtea fuit per legem Liciniam 2.18.3
Fatales dies cur ſic dicti 5.13 2
Fata à Deo mutentur & immutantur 5 2.8
Fata ex Deo pendent 5 2 5.
Fatorum omnium Deus eſt gubernator 5.2 10, & quid fatalitas ſit 5.2.11
Fato an omnia rogantur & ducantur 5 2 3
Fatum quin vnde dictum 5.2 3, & 4.
opinio dicentium omnia Fato fieri, explodenda probatur 5.3.1
Fatum omnibus rebus inditum à Deo 5 2.14
Latinorum opinio circa Fatum exploſa 5 2.7
Fatum referendum ad diuinum numen 5 2.7
Fæcialis Romani verba bellū denuntiantis 3.1.5
Feræ cum ſimilibus coeuntes antiqua lege comburebantur 2.16.2
Feriæ meſſium & vindemiarum 4 6.13

Feriæ repentinæ quæ,& quare celebratæ 4.6.14.
Feriæ diuorum 4.6.19
Eeriæ Romanę ob tempeſtates 4.6.23
Feriæ ruſticorum ibidem
Feſtorum tranſgreſſores 4.6.24
Feſti dies cur inſtituti apud Chriſtianos. 4.6.25
Feſtiuis diebus nullus populus caruit 4 6.26
Feſta Hebræorum 4 6.27
Feſtos dies pleríque inutilibus & malis rebus obſeruant 4.6 28
Feſtis diebus choreæ prohibitæ 4.6.29
Feſtis diebus quæ iudicia permittantur 4.6.30. & quæ opera facienda 4.7.1.
Feſtorum duplicium obſeruatio 4.2.13
Filiæ quando apud Hebræos ſuccedant in regno, & quando non 19.2.
Filij ſunt in poteſtate parentum 5.7.1
Filij Heli ſacerdotis quales 2 40.8
Filius in ius vocare parentes abſque iudicis venia nequit. 2.40.4
Formica laborioſum animal 3.6.8.
Formicæ alias mortuas ſepeliunt 2.44.10
Fornicatio iure diuino prohibita 2.15 8
Frater fratri & ſoror ſorori alimenta quando prę-ſtare teneantur 2.40.12
Funus ſequens an tunc in ius vocari poſſit 4.10.9
Furioſus ab homicidio & parricidio excuſatur 4.8.1

Galli

G

GAlli nomen quid ſignificet 1.11.3
Eius natura ibidem
Galli quare Salij dicti 1.10.1
Galliç reges quæ ſibi propria retinent, & quæ concedunt magiſtratibus 2.32.5
Gallorum in filios & vxores poteſtas 5.7.8
Gallorum populorum natura & mores 1.11.3
Genus argenteum hominum ſublatum ob diuini numinis contemptum 2.22.8.
Germania ob hæreſes turbata & agitata fuit 2.26.5
Gloria & laus ſoli Deo debita, neque ab hominibus vſurpanda 2.20.4

H

HAſdrubal inimicos Romanos ſepeliuit 2.44.8.
Hebræi in portis ſedentes ciuitatum, iudicabant 2.28.10
Hebræorum magiſtratuum diſtinctio 2.32.7
Hecate conuiuium pauperum 2.42.6
Heliogabalus Imperator, Solis fuit ſacerdos 2.24.4.
Hæres non adimplens defuncti voluntatem, priuandus eius hçreditate 2.45.2
Hermaphroditus quis ſit, & cur Androgynos dicatur 5.5.12
Hieremias in lacum miſſus 2.38.12
Hyperborei & Cimmerij frugum primitias per

virgines probatiſſimas Deo offerunt 2.12.4
Hippocratis iuramentum, quod præceptori ſuo præſtitit. 2.41.4
Hippocratis pro patria exemplum 2.39.4
Hiſpane ab vxoribus adulterio maculati, domino temporali quadraginta ſolidos ſoluunt 2.17.4
Homicidia quomodo excuſentur 4.7.10
Homo animal ad laborem natum 3.6.7
Homo ſexto die à Deo creatus 2.3.5
Homo omnium animalium eſt perfectiſſimum ibidem
Homo eſt participium naturæ omnium rerum ibidem
Homo frequenter bona falſa amat & colit 2.3.7
Homo ſolus inter omnia animalia aduerſus paſtorem ſuum conſurgit 1.14.3
Homo inter omnia animalia ſolus eſt diuinitatis particeps 1.14.3
Homo impedire non poteſt ordinata à Deo & ſtatuta 5.2.12
Homo inſtrumentum legis 1.6.3
omniáque ſeruant legem ſibi à Deo datam, dempto Homine 1.7.1
Homo iumentis aſſimilatus, ac illis deterior 1.7.1
Homo ad veritatem natus 2.38.7
Homo homini ea tantùm cauſa quòd homo ſit, prodeſſe tenetur, & quare 2.19.5
Homo probe inſtructus, diuinum ſit animal, malè verò educatus peſſimum omnium quę in terra nu-

ra nutriantur, efficitur 2.16.6
Homo debet vnam tantùm adminiſtrationem habere 5.10.25
Homo eſt liber à Deo creatus 5.3.6
Hominis voluntas eſt libera 5.3.2
Hominis vita eſt dubia 5.3.4. & quid hominis appellatio contineat 5.5.7
Homini data eſt electio boni & mali 5.3.8
Hominis nobilitas 5.5.4
Homines natura ſunt ſociales 3.5.5
Homines cur recti à Deo ſunt creati 1.14.3
Hominum tertia diuiſio 5.7.27
Hominum diuerſa officia 5.10.1
Hominum ſtudia ſunt valde diſſimilia 5.5.5, differentiæ eorum 5.5.7
Hominum diuiſio ſecundum Iuriſconſultos 5.6.1
Hominum opera non ſunt meritoria ad vitam æternam 5.3.7
Honeſtatis quatuor ſunt partes, ex Ciceronis ſententia 2.9.4
Honeſtum in iure diuino quid 2.11.2
Honeſtum iudiciale quid 2.15.1
Honeſtum eſt commune iuri ciuili cum cæteri iuribus 2.11.1
Honeſtum in iure ciuili 2.13.2
Honeſtum naturale quid, & eius effectus 2.12.1
Horatius quare ſororem interemit 3.3.3
Horæ quid 4.1.1, cur ſic dictæ 4.1.3, & horarum intentio 4.1.7

I

Iacob cum Laban diſcordia ob communionem 3.6.4.
Iephte filiam in vectimam obtulit 5.7.6.
Ieiunia in locum vigiliarum à Chriſtianis ſubrogata 4.2.16
Imperatores præceptores ſuos honore proſecuti 2.41.5
Impuberes ad dignitates eccleſiaſticas & officia non ſunt admittendi 4.12.4
Incipiendum à nobilioribus & generalioribus 2.38
In iniuriis ira prolatis puniendis quæ conſideranda & diſtinguenda 4.8.14
Iniuriarum debemus obliuiſci 4.8.16
Iniuriarum perſecutio quo animo facienda 4.8.15
Inſeruientes commodis hominum, ſunt veluti pedes reipublicæ 5.10.14
Inſignia Caroli noni 1.3.10
Interpellatio diei an maior interpellatione hominis ſit 4.10.2
Io. Picus Mirandula ſcripſit aduerſus vana anguria temporum 4.4.2
Ionathas guſtando mel, reſponſum impediuit diuini numinis 2.22.9
Ionathas à Saulis patris iudicio liberatus fuit 5.7.23.
Ioiadas ſacerdos iuſſit ſabbatho Athaliam occidi 4.77.

Ioſeph

Ioſeph cur venditus & à quibus 2.38.11
In ira diſtinguenda quinque obſeruanda ſunt 4.8.8
Ira eſt furoris ſpecies.& vnde naſcatur 4.8.12
argumenta quibus aliqui contendunt, ea quæ Ira fiunt, punienda non eſſe 4.8.13
Iſocratis in cõuiuio Nicroeontis reſponſum 4.6.7
Iſraelitarum in filios poteſtas 5.7.5
Italiæ ſeu Albaniæ Regum ſucceſsio 2.29.2
Iudæi decimas Deo dant 2.25.5
Iudæi in electione magiſtratus quare quinque animalia mactent 2.34.4
Iudęorum ſuperſtitioſa feſtorum obſeruatio 4.7.2
Iudæorum feſta, vindicta reorum non polluntur 4.7.6
Iudex auaritiam odio habere debet 2.27.1
Iudex in iudicando ſeptem conſiderare debet 4.8.2
Iudex tempora obſeruare debet 4.6.4
Iudex vitare debet adulatores & ſycophantas 2.9.1
Iudex quomodo & quando obiurgationes facere debeat 2.5.5
Iudicandi munus Regibus proprium, quod variis exemplis probatur 2.6.1
Iudices antè omnia debent vtramque partem audire benignè 2.8.5
Iudices maximè ſupremi, debent omnes vno tantùm ore loqui 2.8.5

Iudices omnes ferè in Italia mutabiles 2.31.6
Iudices dicti Dij:& de iuramento ab illis præſtādo 1.3.9
Iudices reddituri antè Deum omnium rationem 2.8.1
Iudices vrbibus pellere debent lenones,ad oleſcē-tium peſtes 2.15.2
Iudices debēt creari ꝓ multitudine populi 2.28.10
Iudices variationem fugiant 2.8.6
Iudices debent ſæua quæque pati veritatis tuendæ cauſa 2.38.14
Iudices ſeptuaginta à Moſe conſtituti 2.34.2
Iudicia ciuilia quare dicta ſint pecuniaria ab Hebræis 2.33.1
Iudicia iuſta eſſe debent ex præcepto imperatoris 1.2.6
Iudiciorum diuiſio 2.32.8
Iudicis circa mores hominum officium 3.10.5
Iudicis ſententia non debet eſſe pręceps 2.8.4
Iudicis ſententia debet eſſe ſecundum leges 2.8.7
Iudicium pubertatis ex lenugine ſublatum 2.15.1
Iudicium vtile quid 3.2.1
Iudicium quod ſit ſummariè & de plano 5.11.9
Iudicium centumuirale 2.29.4
Iudicium Iudæorum variæ claſſes 2.34.1
Iulius Cæſar vſum lecticarum & margaritarum, paucis exceptis,ademit 2.18.2 & leges ſumptuarias

ex-

exercuit,& luxum Romanorum coërcuit 2.18.4
Iupiter Regum nutritor 2.21.2
Iura humana quo pacto à diuinis ſanctionibus diſtinguenda 1.6.1
Iura naturalia immutabilia quomodo dicantur 3.7.7
Iura, ea quæ frequenter accidunt non quæ raro, cõtemplantur 2.2.4
Iura omnia dicuntur incorporalia 2.2.5
Iuris tria ſunt generalia præcepta 2.3.1
Iuris diuini quis finis ſit, humani, & vtriúſque ſimul 1.6.2
Iuris tertia pars circa actiones verſatur 4.9.1
Iuris diſcipulus ante omnia fidem colere debet 1.16.2
Iuris pars circa ſceleratos homines, & criminum vindictam verſatur 5.10.19
Iuriſconſulti à quo tempore ſortes hominum conſiderent 5.5.8
Ius quid ſit 2.1.2. & eius variæ ſignificationes 2.2.1
Ius ſummum quid 1.15.2
Ius naturale ſuadet, neminem cum alterius iniuria locupletari 2.19.4.
Ius publicum, priuatorum pactis lædi nequit 3.3.5
Ius naturale eſt immutabile 3.4.7
Ius pontificium vnde ſumptum 2.13.5
Iuſtinianus veritatis amator 2.38.4
Iuſtitia omnis ad Deum referenda 1.16.1
Iuſtitia cur hominum dicatur 1.16.5

Iuſtitia & philanthropia ſunt præclara inter homines bona ibidem
Iuſtitia quietis mater 1. 14 .4. eius laus & vtilitas 1.14.5,& 1.15 4
Iuſtitia omnium artiũ nutrix & cõſeruatrix 1.14.6
Iuſtitia cur pingitur cum trutina in manu recta 2.8.7
Iuſtitia in ſe cæteras virtutes continet 1. 5.1 donúmque Dei eſt 1.5.2
Iuſtitia,vltima quare homines reliquit,& cœlum aſcendit 1.2.5
Iuſtitia eſt finis legis, lex opus principis,princeps imago Dei 1.2.6
quędã à Iuſtitia ſoli Deo tantùm tribuũtur 2.20.2
Iuſtitia quomodo conſtans & perpetua, &c. 1.3.3. Item donum & iuuẽtum Dei,& non hominum 1,3.4
Iuſtitiæ finitio ſoli Deo conuenit 1.3.5. eius deſcriptio 1.3.6
Carneadis error circa Iuſtitiam refellitur 1.3.7
Iuſtitiæ & pacis oſculum 3.10.1 Earum laudes 3.10.2
Iuſtitiæ maximá pars in diſtributione conſiſtit 2.20.1
Iuſtitię origo & finitio ex Ariſtotele & Iuriſconſulto 1.3 1
Iuſtitiam exercentes à Deo primum ſunt conſtituti 2.27.6
Iuuenum ætas fragilis & leuis 4.12.12

La-

L

LAborandi neceſſitas hominibus à Deo propter peccatum impoſita 3.5.4
Labore omnia quæruntur 3.6.9
Laborum finis mors eſt 3.6.10
Laboris laus 3.6.12
Lacedæmoniorum Reges ex conſilio Senatorum pendebant 2.31.2
Lacheſis quid & vindicta 5.4 2
Lacones omnia habent inter ſe communia 3.4.4, & 3.7.4
Latrunculatoris, id eſt, Preuoſt iuriſdictio 2.32.9
Legalia diuinæ legis mutata 1.6.3
Lenones iure ciuili infames 2.15.11
Eorum ſupplicium ibidem
Lex eſt ſpeculum iudicum 2.9.3
Lex quid à conſuetudine differat 1.13.2
Lex Hebræorum alia ſcripta, alia non ſcripta 1.13.2
Lex Amneſtia apud Athenienſes 4.8 3
Lex feriarum ex Luciano 4.6.11
Lex ante homines fuit 1.12.1
Lex ſine ſcriptura eſſe poteſt 1.12.3
Lex Dei ſcribi debet non in lapideis, ſed cordis tabulis 1.12.3
Lex Romanorum in negligentes dominos fundorum 4.11.4
Lex de vltimis non datur à Iuriſconſultis 5.9.3
Lex Scantinia, puerorum amplexus impios ſuſtu-

lit 2.16.1
L. Si longius. ff. de Iudic. 3.8.3
Lex Cincia de muneribus 2.37.10
Lex honeſto vallata eſſe debet 2.9 4
Legiſlatores Deum primò ante oculos habere debent 1.16.5
Legiſlatores quare à Deo fingerent ſe leges acce-piſſe 1.8.1
Legis Moſaicę ſacerdos veſte purpurea induebatur olim qua D. Ieſus Chriſtus in deriſum à Iudæis fuit indutus 2.7.3
Legis 2. de verbor. ſignific. in Pand. 4.2.9
Legis Cenſoriæ circa cibos caput 2.18.5
Legis virtus quæ, & vnde pendeat 1.14.2
Lege Romanorum mulieres lugent viros defunctos 2.45.4
Lege Fannia ſola gallina, & ea non attilis, Romanis in cœna permiſſa 2.18.6
Leges à numine diuino emanarunt 1.12.1
Leges apud Romanos olim nundinis ternis publicè deſcribebantur, & qua ratione 1.12.2
Leges duodecim tabularum à Græcis petitæ 1.12.2
Leges olim cantari ſolitæ ante inuentari ſcripturam 1.12.3
Leges olim & ſcriptæ & non ſcriptæ fuere 1.13.1
Leges cur ab omnibus debeant intelligi 1.13.3
Leges bonæ à iuſtitia Dei ſunt ortæ 1.14.1
Leges perperam & malè dicuntur ſimiles eſſe telis aranearum 1.14.1

Leges

Leges qua ratione obſeruantur 3.1.3
Leges natura ſua ſunt immutabiles, licet aliquando iis derogetur vel addatur 1.6.2
Leges cur hominibus fuerint impoſitæ, & datæ, & vnde pœnæ ſcelerum prodierint 1.7.2
Leges circa ſeruorum curam 5.6.35
Leges armatæ quare dicantur 2.27.5
Leges citandi mos apud Iuriſconſultos ab Hebręis emanauit 1.2 7
Leges ancillantur ſacris canonibus 2.11.2
Leges à quo primum inuentæ, ſeruíque legum homines ſunt 1.6.1, & 1.8.1
Legum ferendarum modi varij 1.12.2
Legum vis pendet ex ſcriptura 1.13.4
Legum contemptus quæ & quanta incommoda pariat 1.14.4
Legum imperium apud ſacerdotes olim tantum fuit 1.3.8
Liberalitas in quibus rebus exercenda 2.42.3
Liberi obſequi patribus iure ciuili cogūtur 2.40.4
Liberi quæ parentibus debeant 2.40. 1, & 2.40.11
Liberi in parentes ingrati, Athenienſium lege, ab omni magiſtratu & ſacrificio remoueantur 2.40.2
Libertas Chriſtiana 5 6.11
Libertas vera quæ ſit 5.6.7
Libertatis diffinitio & laudes 5.6.4
Libertatis ſignum 5.6.5
Libertatis & ſeruitutis ſpecies ex Ariſtotele

5.6 7, & 5.6.9
Libertatis finitio ex Seneca 5.6.10
Libertatis ſpecies ſecundum D.Bernardum ibid.
Liberti qui 5.6.3
Libertinitatis initium & diuiſio 5.10.20
Lyciorum lugentium mortuos veſtes 2.45.7
Lycurgus conſtituit vt Spartiatæ apertes ianuis pranderent 2.182
Lycurgi lege patres filiis omnia relinquere cogebantur 2 4010
Lilium quare ſit inſigne Gallorum Regum, & cuius rei ſit ſymbolum 1.11.3
Literarum vſus cur inuentus 1.13.4
Literæ Pythagoræ deſcriptio ex Virgilio 5.3.9
Lites poſt rerum diuiſionem vnde ortæ 3.7.1
Loth & Abraham ob communitatem diſcordes 3.6.4
Lucretianorum & Lucianiſtarum error circa Dei cultum 2.22.3
Lucretij circa mundi creationem error impius refellitur 5 4 9
Ludouicus XI. voluit mortis ſuæ tempus præſcire 1.11.2
Lugentium veſtes & viduarum cur nigræ erant 2 45.5
Lugubre eſt videre reuulſas imagines maiorum 2.14.3
Lupanarium nomenclatores. 2.15.5
Luſtrum quid, & per luſtra computatio 2.29.11

Luxurian-

Luxurantium contra naturam pœnæ 2.16.1

M

MAchabæi ſabbatho pugnant 4.7.3
Magiſtratus officium 2.5.1
Magiſtratus ſunt legum executores 1.13.3
Magiſtratus ſunt tanquam oculi, & aures, principes 5.10.6
Magiſtratus licet iniquè iudicet, ideo non deſinit ius eſſe integrum 1.15.2
Magiſtratus quales eligendi 2.35.1
Magiſtratus dicitur antiſtes religioſiſſimus 2.36.5
Magiſtratus alij quinquēnales, alij ſemeſtres 2.31.1
Magiſtratus omnes, exceptis ſolis Senatorib. erant Romæ temporales ibidem
Magiſtratus in Gallia ſunt perpetui 2.31.7
Magiſtratus iudicare debēt in loco honeſto: alioquin eorum ſententiæ non valent 2.6.2
Magiſtrat. differre debēt à popularib. ornatu 2.7.1
Magiſtratus ſunt præcipui prouinciæ 5.10.3
Magiſtratus eſt lex loquens 2.28.13
Magiſtratus olim conſtituti, vt curam honeſtatis mulierum gererent 2.18.8
Magiſtratus Senatum Galliæ quo ornatu vtantur 2.7.3
Magiſtratus omnes Romani, excepto Tribunoplebis, purpurati erant, & quare 2.7.1
Magiſtratus olim à populo Rom. in Comitiis creabatur 2.32.1
Magiſtratus ſuſtinent perſonam principis 2.8.1

pacatámque retinere debẽt rempublicam. ibidem. Eiúque obtemperare vtroque iure iubemur ibidem
Magiſtratus nõ debet pati ſe cõtẽni 2.8.3.debéntque modeſtè & cõpoſitè incedere,& quare 2.8 4
Magiſtratuum Romanorum differentia 2.32 6
Magiſtratuum fructus 2.28.11
Magorum & aliorum libri improbandi, & iuuenibus valde pernitioſi 4.4.6
Mala à Domino dantur hominibus 5.12.5
Malleolus pœna parricidij affectus 5.7.11
Maliferi à nobis dicti Verguiers 2.6.2
Manichæorum error circa duo principia repellitur 5.1.16
Mariandini ſerui Heracleotum 5.6.21
Maritus vxori indotatæ aliquando alimenta relinquere cogitur 2.40.12
Marſias Phrygiꝰ cur ab Apolline excoriatus 2.22.7
Martyrum natalitia ſanctorum cur à Chriſtianis obſeruentur 4.6.16
Martis deſcriptio 3.1.9
Maſculi ſuccedunt in feudo paterno & in fœmineo etiam primi 1.9.3
Maſurius I. C. ab auditoribus ſuis ſuſtentatus 2.41.7
Mathematici & Magi vrbe Romana expulſi, & iure vtroque damnati 4.4.4
Medea ob adulterium Iaſonis mariti, filios ſuos interemit 2.17.9

Medicina

Medicina à Deo fluxit 2.20.10
Medicus debet Dei cultor eſſe 2.20.7
Medici à quo tẽpore ſortes humanas incipiãt 5.5.9
Medici plerique athei, & in Deum ſunt blaſphemi 2.20.9
Medici nihil proſunt ſine diuini numinis imploratione & ope 2.20.11
Medici debent Deum pro infirmis rogare 2.20.12
Medici debent ante omnia curare vt ægroti adhibeant ſacerdotem ibidem
Medico vtendum tantùm eſt Chriſtiano ibidem
Medorum & Perſarum Reges habent ſapientes aſſidentes ſibi 2.35.10
Menenij ad populum cum patribus diſcordem oratio 2.28.12
Mens humana infinitis errorib. eſt implicata 1.1.3
Menſes vtiles quid 3.2.1
Mercurius Ægyptiorum leges inuenit 1.8.2
Mercurij filius hermaphroditus quare & quando affectus 5.5.12
Meretrices à probis mulieribus, veſtibus diſtinctæ & quare 2.15.12
Meretricum pœnæ variæ 2.15.8
Meroitarũ Rex iuſſu ſacerdotũ occidebatur 2.24.3
Meſſalina mulier, coitus inſtituit certamina 2.15.6
Metallorum nomina ſecundum Chemiſtas 4.1.6
reprehenduntur qui Metempſycoſim Pythagoræ excuſantes ad reſurrectionem illam transferunt 5.9.9. per totam ſeq. pag.

Metonymia ſeu hypallage quæ 2.2.2
Meum, tuum &c. pronomina quid efficiant 3.4.3, & cur inducta 3.5.2
Milites, ruſtici, agricolæ, & artifices ſunt manus vniuerſi corporis reipublicæ 5.10.11
Milites ſuſtinent mala pro nobis in exercitu 3.9.4
Miltontis Thracis mors 5.7.4
Militum priuilegia circa teſtamentorum ſolemnia 4.10.6
Militum teſtantium olim conſuetudo 4.10.7
Minos leges Cretenſibus dedit 1.8.2
Minos inferorum iudex ibidem
Moabitarum rex filium ſupra muros expoſuit morti 5.7.7
Morbi ob peccata hominibus à Deo mittuntur 2.20.7
Morientium voluntas ad implenda 2.45.1
Mors omnia ſoluit 2.43.3
Mors eſt extremum omnium rerum mortalium 5.12.2, & 5.12.9
Mors eſt omnibus communis 5.12.3
Mors impoſita eſt hominibus ob peccatum Adami & Euæ 5.12.4
Mors cur à Deo creata dicatur 5.12.5
Mors hominis duplex 5.12.6
Mors corporea eſt vita bonis 5.12.7
Mors omnibus eſt ineuitabilis & neceſſaria 5.12.12. Eius ſignificationes 5.13.1

Mors

Mors litium ciuilium & criminalium 5.13.5
Mors naturalis quæ 5.12.14, ciuilis 5.12.15, ſpiritualis 5.12.18
Mortis appellatio an contineat ciuilem 5.12.16
Mortis conſideratio I.C. vtilis 5.12.17
Mortem Iuriſconſulti nominant Sortem fatalem 5.12.13
Mortui ſunt ſepeliendi 4.44.1
Mortui ſepultura & aliis modis à viuis iuuantur 2.44 3. & vbi ſepeliendi 2.44 4
Mortui potius quàm viui iuuandi, ex Ariſtotele 2.43.1
Platonicorum, circa Mortuos opinio 2.43.2
Mortuis an luctus debitus, & quid ſit luctus 2.45.3
Mortuos expoliantium pœna 2.43.4
Mortuorum tranſlatio quomodo permiſſa 2.43.5
Mortuis iuſta facienda 2 43.6
olim pro Mortuis viui agebant pœnitentiam 2.43.7.
Mortuorum in exequiis preces ac ceremoniæ à D. Dionyſio Areopagita inſtitutæ 2.43.7
Moſaica lex quando à Deo data 1.8.2
Moſes Ægyptios à ſeruitute liberauit 2.28.9, Eorúmque legiſlator fuit ibidem, atque munus ſuum iudicandi viris electis diſtribuit ibidem.
Moſſinorum rex ſi iniquè iudicet, incluſus fame maceratur 2.6.2
Mulier cum fiſco concurrens ob dotis repetitionem, quare & quando ei præferatur 3.9.1

Mulieres non poſſunt exequi quæ ad feudi naturam pertinent 1.9.3
Mulieres dotatas eſſe reipublicæ intereſt 3.8.5
Mulieres ſunt malorum artifices & præceptrices 2.15.14.
Mulieres quare hodie admittantur in feudis 1.9.3
Mulieres intereſſe cætibus virorum prohibentur 2.18.7
Mulierum ſolicitatores grauiter puniuntur 2.15.13
Mulierum hypothecæ in debitis primipilaribus ſunt poſteriores 3.9.3
Multa minuunt rerum protia,& illa augent 2.14.2
Muſonis capitonis Tyrrheni mors 2.38 9

N

NAtales Regū dies olim erant celebres 4.6.15
Natura quid 5.5.1
Natura duplex eſt 5.5.2
Natura cuique homini artem dedit 5.5.6
Natura eſt conſtans 5.4.7
Nauiculariorum Reipubl.non nauigantium tempore opportuno pœna 4.5.6
Neceſſitas non habet legem 4.7 4
Neceſſitas delinquentes à pœna grauiori ſubmouet 4.7.8
Neceſſitatis vis & authoritas 4.7.4
Neceſſitatis cauſa; iudicium in latrones & ſicarios die Paſchatis permiſſum 4.7.5
Neceſſitatis lege multa contra iura ſunt permiſſa 4.7.3

Nem-

Nembroth primus tyrannus turrim Babel extruxit 2.28.7
Ninus Rex Aſſyriorum, monarchiam primus ambiuit 2.28.5
Noah quare pater Deorum dictus 2.28.4
Noah cur filio ſuo maledixerit 2.12.1
Noachi regum populus, & iuſtitiæ obſeruatio 2.28.3
Nomina diuerſa quibus Reges & ſummi principes à nationibus ſuis appellati fuere 2.30.4
Nouendialis dies quid 2.43.15
Nox latronum eſt, lux veritatis 4.8.5
Numa primus Romæ pontificem ſacráque inſtituit 2.24.4
Numæ dies faſti & nefaſti 4.6.10
Numæ Regnum quo tempore, & eius nominis etymologia, & eius geſta 2.29.6
Numus olim primò excuſus cur pecunia appellatus 2.32.8
Nuncius ſine exoimne 4.10.11
Nuptiæ honeſtatis ratione inter certas perſonas contrahi prohibitæ 2.18.7

O

Obligatio parit actionem 4.9.2
Occidens aggreſſorem, ab homicidio excuſatur 4.7.8
Octauiani in Sperum philoſophum præceptorem officium 2.41.6
Officia eccleſiaſtica qui volunt obtinere, xxv. an-

norum debent eſſe 4.12.5
Oleum quo Reges Gallici vnguntur, cælitus beato Remigio primò miſſum vbi extet eius miracula 1.11.2
Omnia in orbe nata intereunt & mutantur, nihílque hic perpetuum eſt 1.13.4
Omnia in peius natura ipſa rerum ruunt 1.15.1
Onomacritus Cretenſibus leges dedit 1.8.2
Opinio varia diuerſorum authorum circa mundi æternitatem 5.13.8
Oppia lex, quæ, quando & à quo lata, & abrogata 2.18.1
Oportunitatis vtilitas 4.6.6
Oratio ſacerdotũ Ægyptíorum ad Reges 2.2.7 2
Orchia lege cõuiuarũ numerus præſcriptus 2.18.5
Ordo certus in vniuerſitate per quam neceſſarius 2.26.6
Ordo omnium rerum 2.26.7
Ordo in iudiciis neceſſarius 5.11.8
Orta omnia neceſſariò occidunt 5.13.6

P

Paludamẽtum erat veſtimentum antiquorum Ducum, & vnde dictum ſit 2.7.4
Parcæ à Deo ſunt, & earum ordines ex Dei ordinatione pendent 5.2.6
Parentes quæ debeant liberis 2.40.7
Parentes cur tam ardenter filios diligant 5.7.21
Parentes qui filios ſuos dæmoniis immolabant 5.7.8

Paren-

Parentes magis filiorũ iniuriis torquentur quàm ſuis 5.7.14
Parentum natura partim mortalis, partim immortalis eſt 5.7.16
Paridis & Helenæ adulterium 2.17.8.
Partum occidentis, aut medicamentis partum ſuffocantis pœna 5.5.11
Partus ſequitur ventrem 5.6.2
Paſchalis diei celebratio apud Iudæos 4.6.17
Paſtoria antiquorum vita 2.33.6
Paſtoribus eccleſiaſticis obtemperandum licet mali ſint 2.24.10
Pater filium contra naturam odit 5.7.17
Patria quare à nobis diligatur 2.39.3
Patria poteſtas Romanorum in filios ſuos 5.7.2
Patria Deo debita 2.20.5
Patriæ quæ debeantur 2.39.1
Patriæ amore multi ſanguinem fuderunt 2.39.6
Patriæ cauſa omnia pericula ſubeunda 2.39.7
Patria parentibus & liberis anteponenda 2.39.7
Patriæ inimici ſeuerè puniendi 2.39.8
Patriarcharum diuitiæ ex pecorum quæſtu olim conflatæ 2.33.5
Patrimonium & peculium vnde dictum 2.32.10
Patris nomen quale 5.7.15
Patris & filij eadem eſt perſona 5.7.22
Patronus laicus in electione variare poteſt, non autem clericus 4.12.2
Patroni intra triduum ſcripta poſſunt emendare

ſua 4.11.12
Patrum vita debet ſpeculum filiorum eſſe 2.41.1
Paulus Apoſt. labore manuum ſuarum victum ſibi comparauit 3.7.6
Pauperes in vnaquaque ciuitate & pago quomodo nutriendi 2.42.2
Pauperibus quæ debeantur 2.42.1
Pauperibus iure diuino ſuccurrere tenemur 2.42.7
Paupertas donum Dei eſt 2.42.1
Pauperum priuilegia 2.42.9
Pax opus iuſtitiæ 3.1.1
Pax omni iure commendatur 3.1.2 Eius laus & vtilitas 3.1.8, & 3.1.10
Pax quomodo quæratur ac conſeruetur 3.10.3
Peccata principum quare maiora ſint delictis cæterorum hominum 2.4.2
Peccati hominum cauſa ab ipſis, non à fato procedit 5.3.3
Peccatum vnde naſcatur 4.8.11
Pecuniæ appellatione, omnia quę patrimonij ſunt, continentur apud Latinos 2.33.3, & cur pecunia ſic dicta 2.33.4
Pœna parricidarum ſecundum ius ciuile 5.7.10
Pœna in procurantes abortum 5.7.12
Pœna occidentium filios ſuos 5.7.13
Pœna filij iudici à patre oblati, iure ciuili mitigata 5.7.23
Pœna parricidij ferarum à feris ipſis 5.7 26

Pœna occidentis filium apud Ægyptios 5.7.3
Pœnæ ob veritatem violatam 2.38.15
Pœnæ cur à legibus conſtitutæ 1.14.4
Perſæ mentiri & ære alieno obſtringi, turpe ducunt 2.10.2
Perſæ ebrij conſilium quærunt à ieiunis 4.6.8
Perſonæ rebus digniores 5.5.3
Petrus de Medico Hiſpanus compoſuit librum de Nauigio & eius arte 4.5.7
Pherecidis circa animas opinio 5.9.8
Φιλαυτία ab hominum mente pellenda 2.19.2
Phinees occidendo in lupanari adulterum, Deum placauit 2.15.9
Phyſicorum circa tempora obſeruationes vtiles & permiſſæ 4.4.12
Phocenſium occiſorum grauis vltio 2.20.8
Phoroneus Argiuis primus leges dedit 1.8.2
Pileus & pileati ſerui 5.6.5,& 6
Pythagoræ metempſycoſis 5.9.5
Pithonis egregium reſponſum 2.20.5
Placeta Deo à pinſantibus mulieribus olim offerri ſolita 2.25.6. hodie, templo deſtructo, ab illis comburitur ibidem
Plato quos imitatus fuerit in legib. cõdendis 1.8.2
Plato communionis aſſertor 3.4.3
Platonis circa orbis creationem opinio 5.4.7
Platonici Deum vnum vocabant 5.1.7
Platonis de androgyneis commentum 5.5.15
Plebiſcita quid, & quos ligent 2.30.6

Poetæ diis ſuis elementa diſtribuentes, ab Anarcharſi reprehenſi 3.4.5
Pol tia quid 2.27.7
Pollio ſeruos ſuos in eſcam piſcibus dabat 5.6.30
Popilij reſponſum 3.3.2
Populi aliis ſeruientes 5.6.21
Poteſtas omnis à ſolo Deo eſt 2.21.1
Poteſtas necis in filios adempta 5.7.9
Poteſtas parentum in liberos mitior reddita ibid.
Poteſtas creandi magiſtratus à populo in Principem Roma. tranſlata 2.32.3
Pontifex ſacra faciens in ius tunc non vocandus 4.10.9
Practica Lanfranci de Oriano 5.11.10
Præcepta quid, & vnde dicta 2.41
cum Præceptore modum caſtigandi diſcipulum excedente, lege Aquilia agitur 2.41.10
Præceptores quæ diſcipulis debeant 2.41.9
Præceptoribus patris honor debetur 2.41.2
Prædictiones futurorum ſacris literis ſunt damnatæ 4.4.11
Prædictiones quæ permittantur 4.4.8
Præficæ mulieres 2.45.10
Præſidialium magiſtratuum iuriſdictio in Gallia terminata 2.32.12
Prætores Romæ quando creati 2.30 13 & vnde dicti 2.30.15
Prætores annui tres tãtùm Romæ creati 2.30.19
Prætorum duo genera 2.30.13 Eorum iuriſdictio

ctio 2.30.14
Prætorum plures ſpecies 2.3.17
Prætoria authoritas quæ 2.30 20
Primmachus mori maluit quàm ſeruire 5.6.18
Primitię frugū olim diuino numini oblatę 2 25 3
Princeps Dei imago 2.4.4
Princeps rectam ac fulgidam fidem habere debet 2.4.4
Principes debet euellere iudicum auaritiam 2.37.9
Principes boni & iudices quare Dij dicti 2.28.4
Principes quales ſunt, tales ſunt & ciues ibidem
Principi quatuor neceſſaria 2.4.4
Principibus debent ſubditi obedire 2.24.1
Principum diuiſio 2.24.2
Principum varia vitia ob quæ reprehenſi fuere 2.4.5
Prior tempore præfertur in beneficiorum collatione 4.6.2
Prophetiæ diuinæ cur olim ante fores templi ſcriberentur 1.13.3
Proſtibula publica cur olim permiſſa 2.15.3 & à Chriſtianis ſublata, etiam Tholoſæ 2.15.7
Prouinciarum adminiſtratores abeſſe die integro nequeunt niſi voti cauſa 4.6.1
Publica vtilitas priuatæ præferenda 3.3.1
Pudor, teſtis honeſti naturalis 2.12.1
Pueri omnes, excepto Papyrio, Romano ſenatu excluſi 4.12.6

Pueri Romani olim erant miniſtri ſacrorum 4.12 8.& 9
Punitio medicina eſt improbitatis 1.14.2
Purpuræ vſus à quo & quãdo,& vbi inuentus 2.7.1
Purpuræ vſus priuatis pœna capitali interdictus 2.7.7

Q

QVadrageſimæ & feriarum tempore, cognitio criminum olim ſuſpendebatur 4.6.20
Quæſtiones inter patrem & filium periculoſæ 2.40.5
Quæſtio muliérne an vir in adulterio grauius peccet,in vtranque partem agitata 2.17.15
Quò quis maior,eò demiſſior eſſe debet 2.21.1

R

RAtio probat Iuſtitiam eſſe opus Dei 1.4.1
Rhaconis in filium ſuum Cartonem exemplum 5.7.24
Rex eſt imago ſuperni Regis 2 21.3
Rex debet eſſe ſapiens 235.11
Rex eſt in ſuo regno caput,populus autem vt corpus 5.10 3
Rex Galliarũ ſolus miraculosè chæradas, ſiue ſtrumas ſanat 1.11.2
Regis cor in manu Dei eſt 1.14.1
Reges quare à pleriſque nationibus creati, poſtea è Republica ſublati 2.30.5
Reges Antiſtites & Imperatores quare & à quibus vngantur 1.11.1,& 2

Reges olim erant ſacerdotes & pontifices 2.21.3
Reges quædam ſacra publica olim faciebant 2.21.4
Reges debent regna ſua, hæretica contagione purgare, ſub periculo amiſſionis Regni 2.21.5
Reges ſine religione coloſſis ſunt ſimiles 2.4.4
Regum Romanorum ſucceſſio 2.29.5
Regum ſolia, ſeu tribunalia varia 2.6.2
Regum imperium vnde ortum 2.28.6
Regibus peritia armorum & legum cognitio, neceſſaria 2.27.3
Regibus Romanis imperium quare, quando & à quibus ademptum 2.29.13, & numerus annorum quibus Romani Reges regnarunt 2.29.14
Regnorum ſucceſſio olim erat hæreditaria 1.9.2
Reipublicæ corpus quibus compactum eſt 5.10.7
Reipublicæ intereſt, ne quis re ſua malè vtatur 3.2.5
Religio quid contineat 2.22.13
Religionis contemptus, Dei iram prouocat 2.22.4
Rerum diuiſio 5.8 1, & 2
Res qua ratione dicantur diuerſæ 5.11.6
nemo ad Reſciſſoriam actionem poſt decennium in Gallia admittitur 4.11.10
Reſurrectio dominica quando facta 4.2.19
Romani parentabant 2.43.7
Romani cur maiores magiſtratus ex minoribus ſeligebant 2.34.3

Romanis regibus ſceptrum cum diademate dabatur 1.11.3
Romanorum conſuetudo & ritus in ſepeliendis Imperatoribus 2.45.8
Romanorum legatorũ vrina à Tarentinis reſperſorum prudentia 3.3.4
Romulus Arnos inſtituit ſacerdotes 2.24.6
Romulus Rex & eius geſta 2.29 3
Romuli lex de ſacerdotibus eligendis 4.12.14
Rubrica quid 2.23.11

S

Sacerdotes & ſacra facientes cuius ætatis debeant eſſe 4.12.15
Sacerdotes Ægyptij ex ſapientibus eliguntur 2.35 8
Sacerdotes Heliopolitani erant philoſophi 2.25.8
Sacerdotes Ægyptij ex philoſophis deliguntur 2.25 8
Sacerdotes Herculis apud Ægynenſes deliguntur ex pueris 4.12.7
Sacerdotum miniſtri qua ætate eligebantur 4.12.13
Sacerdotibus qui iniuriam faciunt, reprehendẽdi, & ſeuerè puniendi. 2.24.9
Sacerdotij leges 224.5
Sacrificia antiquorum pro mortuis 2.43.13
Sacrificium idoli Moloc 2.23.5
Sacrificium in eccleſia per vniuerſum orbem, iuge & perpetuum 2.24.12

Salica

Salica lex vnde dicta 1.10.1
Salica lex vnde emanauit 1.9.2
Salica lege maſculi ad regnum vocantur, excluſis fœminis ibidem
Salicæ legis nomen Hebræum eſt, & quæ ſit eius nominis ratio 1.11.3
Salicæ legis ſecundo capite maſculi primogeniti in ſucceſſione præferuntur 1.9.3
Salomon verus Rex 2.4.4
Salomon ſapientiam quam à Deo petiit obtinuit 1.16.4,& 2.35.15
Samuel adhuc puer in templo Dei miniſter erat 4.12.9
Samuelis filij, improbi iudices 2.37.5
Samuelis contra auaritiam adiuratio 2.37.8.
Sapientia à Deo procedit,& ab illo petenda 1.16.3
Sapientia iudicibus perquam neceſſaria 2.35.2, & quid ſapientia ſit 2.35.3
Sapientia vt numen ab Ethnicis coli ſolita 2.35.8
Sapientia Roboam, in Abia filio Rege conſtituendo 2.35.11
Sapientia in quibus conſiſtat 2.35.12, & quomodo comparari poſſit 2.35.12, Eius laus 2.35.13
Sapientia Ethnicorum 2.35.16, Chriſtianorum 2.35.17
Sapientiæ Deus inuentor,& ſolus ſapiens 2.35.7
Sapientiæ deſcriptio 5.2.13
Sapiens Stoicorum, etiam priuatus, magiſtratum gerit,& quare 2.35.9

Sapientes quinam à Stoicis dicti 2.35.4
Sapientes ſeptem Græciæ 2.39.9
Saturnus legem brutis animantibus & hominibus dedit 1.5.2
Scylla inimicorũ corpora ſepeliri permiſit 2.44.8
Scipio, Hannibale deuicto, cur pueros puelláſque videre noluerit 2.4.5
Scythæ, Medi, & Lydi quõ feriant fœdus 1.10.2
Sellulariæ lupę conſtitutione Ludouici Magni expulſæ & ſublatæ 2.15.14
Senatorũ inſtitutio, numerus, & authoritas 2.29.4
Senatus, orbis conſilium 2.31.3
Senatores olim cur ordine ſubmoti 2.31.4
Senatus Rom. cur in loco cõſecrato ſedebat 2.39.5
Senatus quando purpuratus ſedet 2.7.6
Senes olim alios docere ſoliti 4.12.18, & qua ratione 4.12.19
Sententia citra iuris ordinem lata, nulla eſt 5.11.8
Sententię etiam magnorum Principum non ſunt ſequendæ niſi iuſtæ, & quare 2.8.8
Sepultura carere, eſt ſpecies maledictionis 2.44.11
Sepultura impiis cum bonis eſt communis 2.44.15
Sepultura eſt viuorum conſolatio 2.44.14
Sepultura quare probata 2.44.17
Sepulturæ electio libera 2.44.4. & quæ cura olim fuit circa ſepulturam morientium 2.44.5
Sepulturæ leges 2.44.7
Sepulturæ ius eſt naturalis iuris 2.44.9
Serpentis apologus 2.26.3

Seruij

Seruij Tullij leges & geſta 2.29 8
Seruus olim cum domina ſe commiſcens comburebatur,& illa capite plectebatur 2.17.12
Serui in Gallia nulli ſunt 5.6.19
Serui Amalecitæ petitio à Dauide 5.6.17
Seruitutis conditio ex moribus dominorum pendet 5 6.20
Seruitus quæ Deo debetur ſacris ſcripturis imperata 5 6.12
Seruitutis corporalis origo 5 6.13. eius mala 5.6.14.& 5 6.20 eius epitheta 5.6.23
Seruorum rebellantium in dominos tumultus & & clades 5 6 26
Sibyllę Erythreę de creatione orbis ſentẽtia 5.4 11
Singulare quid 3.2.4
Socratis reſpublica repudianda & expellenda & quare 3.7.2
Sodomitici feris peiores 2.16.2
Sodomiticę ciuitates quare olim igne conſumptę 2.16.3
Sodomiticum crimen iure diuino puniendum vltimo ſupplicio 2.16.4
Solicitatores alienarum nuptiarum quomodo puniantur 2.17.16
Sol quare Ianus bifrons & quadrifrons dictus 4.1.2
Sol & luna dicuntur Magna luminaria, & quare creata 4.1.4
Solon & Draco Athenienſibus leges dederunt 1.8.2,& quomodo Solon eas firmarit, ibidem

Solonis lex contra negligentes res ſuas 4.11.3
Sorte ſua nemo contentus 5.10.24
Sparthaci bellum 5.6 28
Spartiatarum magiſtratus 2.31.6
Spiritus ſanctus doctos, eloquentes, & ſapientes reddit homines 1.16.5
Stoici id ſolum quod honeſtum eſt, bonum dicũt 2.10 2
Stoicorum hæreſis reprobatur, qui ſapientem ab adminiſtratione reipublicæ arcent 2.35.6
Subditis principes quæ debeant 2.27.1
Subditorum erga principes & Reges munus quale 2.26.2
Summi honores delati olim ſacra facientibus 2.24.2
Superbia iudici vitanda, vnde procedat, & quæ incommoda adferat 2.5.2
Superbia ſola ex benefactis oritur 2.5.3, & variæ pœnæ inflictæ hominib. propter ſuperbiã ibid.
Superbia iudicum quibus remediis comprimenda 2.5.4
Superficies apud Iuriſconſultos 5.8.9
Suſannæ inſontis iudicium 2.38.2

T

TAlentũ quiſque ſibi à Deo cõmiſſum debet exercere 5.13.9
Tamburlanus Scytarum Imperator, quare ante prælium tria tentoria diuerſi coloris expanderet 2.7.2

Tarquinij Superbi Regnum, & eius geſta 2.29.12
Themis quę,& de tribus eius filiabus 1.2.1
Themis cum Ioue ſermones frequẽter confert 1.1.1
Themiſtiæ ſorores quare reliquerunt terras 1.2.3
Themiſtoclis patriæ egregiè factum 2.39.5
Tempus in ſolutionibus inſpiciendum 4.9.6
omnia Tempus habent 4.1.1
Tempus finiendarum litium 4.11.14
Tempus in delictis conſideratur 4.8.4
Tempus certum & incertum in obligationibus inſpiciendum 4.9.4
Temporum obſeruatio in quibus & quando iudicibus neceſſaria 4.10.8
Temporum obſeruatio in omnibus artibus neceſſaria & vtilis 4.3.1.2.3.4.5.6.7.8
Tempora in teſtamentis obſeruanda 4.10.3
Tempora collationis beneficiorum 4.12.1
Tempora appellationis 4.11.13
Terram promiſſionis quare diuidere fuerit neceſſarium 3.6.5
Teſtamenta inualida 4.10.4
Teſtamentorum genera 4.10.5
Tiarę,ornamentum Principum Perſarum 2.7.3
Timere Deum quid 2.36.1
Timor Dei magiſtratibus neceſſarius. 2.36.7
Eius ſpecies 2.36.3,effectus ibidem
Tyrannus quod placet, Rex quod honeſtum eſt facit 2.4.6
Tituli iuris ad ſacra pertinentes 2.23.12

Tituli iuris & ordinationum regiarum de vſucapione 4.11.9
Tituli vtriuſque iuris pertinentes ad agricolas, & milites 5.10.11
Tituli iuris ciuilis ad tributa pertinentes 5.10.1
Tituli iuris ciuilis ad mercatores ptinētes 5.10.15
Tituli iuris ciuilis ad ſeruos ſpectantes 5.10.16
Tituli iuris ad criminalē materiā pertinētes 5.10.19
Tituli vtriuſque iuris ad ſummum Pontificem & cæteros paſtores pertinentes 5.10.5
Tituli vtriuſque iuris ad doctores & publicos profeſſores & concionatores pertinentes 5.10.10
Tituli vtriuſq. iuris ad magiſtratus ptinētes 5.10.7
Tituli vtriuſq; iuris ad aduocatos pertinētes 5.10.9
Thobiæ laus ob mortuos ſepultos 2.44.16
Tractatus Rabinorum de purificationibus 2.11.3
Troianus Imperator fiſci ſolicitus fuit 3.9.2
Troianus Imperator poſt mortem iuuatus precibus B. Gregorij pontificis 2.43.8
Tribuni plebis quando à Romanis creati, & eius nominis etymologia 2.30.5, Eorum authoritas & leges ibidem
Tribunorū militum Romanorū creatio 2.30.12
Triumuiratus Romæ quando renouatus 2.30.15
Troiani afflicti ob Chryſem ſacerdotem inhonoratum 2.24.7
Thule inſula, quales dies habeat 4.2.6
Turcarum pro mortuis ritus & ſacra 2.43.16
Turpe quid, & quare vitandum 2,12.2

Turpia

Turpia natura quæ 2.12.3
Turpia iure ciuili improbata 2.13.2

V

VEctigalia Romanorum cur olim pecunia dicta 2.32.9
Venus olim quare & quomodo culta fuerit 2.15.6.& eius varia nomina 2.15.7
Veridici occiſi à principibus 2.38.8
Veritas odium parit 2.38.13
Veritas à quibus inueniatur 2.38.6
Veritas & verum quid 2.38.3
eius laudes & vis 2.38.1
Veritas iudicibus ineſſe debet ibidem
Veritatis inuentio de Deo poſtulanda 2.38.7, Eius oſores 2.38.8
Viceſeneſchalli in locum latrunculatoris ſuffecti 2.32.10
Vidua, domo in qua habet vſumfructum, expellitur, ſi in eam inducat ſcholarem 2.15.15
Viduarũ mulierũ veſtes cur hodie ſint albæ 2.45.6
Vigilia noctis natalis Chriſti & dies eius quando celebretur 4.2.16
Vigiliæ priſcorum Chriſtianorum 4.2.14
Vigiliæ Ægyptiorum 4.2.15
Vindicta particularis eſt prohibita 4.8.16
Virgilij de creatione orbis opinio 5.4.10
Vita hominis duplex 5.12.6
Vita hominis eſt ærumnoſa 3.6.11
Vlyſſes ancillas cũ procis coeuntes occidit 2.15.10

Vlyſsis in patriam ſumma charitas 2.39.2
Vmbracia matrona ab Adriano fuit relegata ob ancillas malè tractatas 5.6.33
Vniuerſale quid 3.2.4
Q. Volumnius Saxa, legem tulit ne quis mulierem hæredem inſtitueret, eámque M. Cato perſuaſit 1.9.3
Vox perennior eſt ſcriptura 1.13.3, & vocis ac ſcripturæ vtilitas ibid. Item doctrina quæ viua voce traditur, optima eſt, & melior quàm quæ ſcriptura diſcitur ibidem
Vrbes refugij 4.8.6
qui in Vtero eſt, quando pro nato habeatur, & quibus proſit & obſit 5.5.10
Vtile quid 3.2.1. Eius ſpecies 3.2.3
Vtilitas publica priuatæ quando & quomodo anteponenda 3.8.2
Vxorem ducens an in ius vocari tũc poſsit 4.10.9

X

XEnophontis pręcepta data belli futuri duci 3.1.6
Χρήματα quid apud Græcos, ſeu pecunię ſignificent 2.33.2

Z

ZAchariæ mors 2.38.11
Zaleucus Locrenſibus leges tradidit 1.8.2, & vnde eas ſit mutuatus 1.8.2
Zeno ſolos ſapientes liberos cenſet 5.6.8

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE